

SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE.

CONSPECTUS PERIODICUS.



SEPARATA EDITIO SUPPLEMENTI
PUBLICATIONIS PERIODICAE CLERI BOHEMICI
„ČASOPIS KATOLICKÉHO DUCHOVENSTVA“.

DIRIGENTIBUS

Dr. JOS. TUMPACH, Dr. ANT. PODLAHA, AD. ŠPALDÁK
Pragae.
J. URBAN Dr. FR. GRIVEC Dr. LUC. JELÍČ
Cracoviae. Labaci. Jadrae.

ANNUS II.

1906.

PRAGAE BOHEMORUM 1906.

SUMPTIBUS PROPRIIS. TYPIS AEP. OFFICINAE TYPOGRAPHICAE.
IN COMMISSIONE EIUSDEM TYPOGRAPHIAE PRAGAE I.-190.
(ROHLIČEK & SIEVERS.)

Epitome.

BOHEMICA.

Dr. K. Statečný: O Spencerově „Nepoznatelném“. (Ref. Dr. Kachník.)	1
Monumenta Vaticana res gestas bohemicas illustrantia. (Ref. P.)	2
Babylon Bohemiae 1780—90. Ed. Dr. A. Podlaha. (Ref. K.)	3
Jana z Jenštejna: Tractatulus de potestate clavium. Ed. Dr. J. Zítek. (Ref. P.)	3
Hilarius Litoměřický: Traktát o nejsvětějším přijímání lidu obecného pod jednou způsobou. Vyd. Dr. A. Podlaha. (Ref. K.) . .	4
Dr. A. Vřešťáл: Nejstarší mravoučná literatura česká až po dobu Tómy ze Štětího. (Ref. P.) . .	4
V Hradský: Náboženství budoucnosti — žádné náboženství? (Ref. J. Černý S. J.) . .	4
Biblica litteratura bohemica ab a. 1900—1905 incl. Concinnavit Ad. Jašek	5
Česká Mysl 1905. (Ref. J. Vlk)	13
Časopis katolického duchovenstva 1905	16, 87, 178, 245
A. Fux: O tajné mluvě v mythech a při obřadech hellenských. (Ref. V.)	18
Dr. Aug. Kadeřávek: Morálka filosofická. (Ref. Dr. Kordač.)	81
Dr. Fr. X. Kryštufek: Protestanství v Čechách až do bitvy Bělohorské. (Ref. V. Roudnický)	83
Dr. Jos. Kachník: Práce. (Ref. Dr. Soldát)	84
Cr. Rich. Špaček: Božství Ježíše Krista. (Ref. Dr. Eug. Kadeřávek)	85
Hlídka 1905. (Ref. Mužný)	85, 85, 176, 243
Dr. E. Kadeřávek: O darwinismu	161
Dr. Edward Babák: O theorii vývojové. (Ref. A. Špaldák) . .	191
Dr. Rožánek O.: Pud pohlavní a prostituce. (Ref. Ž.) . .	174
Dr. Vlastimil Kybal: M. Matěj z Janova. Jeho život, spisy a učení	241
Dr. Ant. Kubíček: Piaristé a jejich školy. (Ref. Dr. C. Kašpar) .	242
Dr. Jaroslav V. Sedláček: Museum biblických starožitností. (Ref. P. Franc. Reindl, C. SS. M.)	243
Frant. Tischner: K dějinám sporu arcibiskupuv pražských o právo metropolitní nad biskupy olomouckými XVI. století. (Ref. Dr. C. Kašpar) .	245

BULGARICA.

Bibliotheka. Priloženie na „Cerkoven Věstnik“. (Ref. Dr. F. X. Grivec)	18
Cerkoven Věstnik 1905 .	. 20, 88

CROATICA.

Iv. Tkalčić; Slavensko Bogoslužje u Hrvatskoj. (Ref. A.)	21
Josip Juraj Strossmayer, biskup bosansko-djakovečki i sriemski. God. 1850–1900. (Ref. F. H. Žundálek)	21
M. Stepinac: O drevnom dogadjaju nove misli ili o nasilnoj smrti hrvatskoga kralja Zvonimira. (Ref. F. H. Žundálek)	24
U. Talia: Socijalism i soctjalno pitanje. (Ref. F. H. Žundálek)	24
List dubrovačke biskupije. (Ref. —a)	89
Vrbbosna. (Ref. Fr. H. Žundálek) .	91
Katolički List. (Ref. Fr. H. Žundálek)	92

PALAEOSLAVICA.

Jos. Vajs: Glegolitica (Liber Ecclesiastis). (Ref. P.)	25
--	----

POLONICA.

Ex periodicis, quae anno 1905 edebantur. (Ref. J. Urban S. J.)	25
Editio scriptorum SS. Patrum graecorum cura Scientiarum academiae Cracoviensis. (Ref. P.)	29
Ks. Wł. Chotkowski: Historia polityczna dawnych klasztorów panieńskich w Galicyi. (Ref. P.)	30
Ks. Władysław Szczęński: Nowy Indeks książek zakazanych, oraz jeho uzasadnienie, dzieje i nowe prawo. (Ref. C. Konopka)	92
Ex periodicis, quae anno 1905 edebantur: Kwartalnik theologiczny, Wiadomości Pasterskie, Kronika Dyecezyi Przymyskiej. (Ref. J. Urban)	93
Przegląd Kościelny	96
Przegląd Powszechny. (Ref. β)	97
Ks. Władysław Szczęśniak: Obrządek słowiański w Polsce pierwotnej	249
A. Parczewski: Początki chrystianizmu v Polsce i misya Irlandzka	250
Ks. Jan Rostworowski T. J. Z nowych kierunkow myśli katolickiej	250
Idem: Liberalny katolicyzm	250

RUSSICA.

A. P. Lebedev: Cerkovnaja istoriografia v glavných eja predstaviteljach. (Ref. Dr. F. X. Grivec)	30
A. P. Lebedev: Istorija greko-vostočnoj Cerkvi pod vlastiju Turok. (Ref. F. X. Grivec)	33

Cerkovnyja Vědomosti. (Ref. Dr. L. Petr)	37
A. L. Bajkov: Sovremennaja meždunarodnaja pravosposobnost papstva v svjazi s učeniem o meždunarodnoj sposobnosti voobše	40,	179
Pravoslavnyj Sobesednik 1904. (Ref. M. Haluščynskyj)	41
M. D. Muretov: Rodoslovie Hrista. Ekzegezičeskoe izslēdovanie. (Ref. C. Večeřa)	47
Bogoslovskij Věstnik. (Ref. Dr. Lub. Petr)	49, 272
Libri russici a. 1905 editi	53, 255
I. Krestnikov: Hristianskij apologet Ilgo věka, Athinskij filosof Aristid i ego novootkrytyja sočinenija. (Ref. M. Haluščynskyj O. S. B. M.)	98
M. Popov: Arsenij Macěevič, mitropolit Rostovskij i Jaroslavskij. (Ref. M. Haluščynskyj)	102
N. Lipskij: Psihologičeskija osnovy umstvennago i religiozno-nravstvennago vospitanija v doškolnyj period. (Ref. C. Jež.)	105,	187, 229.
Pravoslavnaja Bogoslovskaja Enciklopedija. (Ref. M. Haluščynskyj, C. Večeřa)	109
Strannik. (Ref. Dr. F. Grivec)	114
„Učenyja Zapiski Imperatorskago Kazanskago Universiteta“	114
Pís'ma i donezenija izeuitov o Rossii konca XVII. i načala XVIII. věka	115
M. N. Esauлов: Naučnyja osnovy religii	116
Tentamen bibliographiae patristicae	117
„Vizantijskij Vremennik“. (Ref. —a)	120
Academia ecclesiastica Kazanensis, et polemica christianoislamica. (Ref. P. A. Palmieri)	251
Věra i Razum. (Ref. A. Palmieri)	253
Hristianskoe Čtenie. (Ref. F. Jemelka)	257
De statu, qui nunc est, disciplinae iuris ecclesiastici in Russia quaedam animadversiones. (Ref. D. Jaremko)	261
Voprosy Filosofii i Psihologii. (Ref. C. Jež.)	264
Episcopus Arsenij: Isledovanija i monografii po istorii Moldavskoj cerkvi. (Ref. M. Haluščynskyj)	265
Cerkovnyj Věstnik. (Ref. Dr. Lub. Petr)	277
A. P. Lebedev: Istorija vselenskih soborov	280

RUTHENICA.

Niva.	56
Katolickij Vshid. (Ref. Fr. H. Žundálek)	57
De statu, praesenti ecclesiae et litterarum theologicarum apud Ruthenos in Galicia. (Ref. On. Volanskyj)	191

SERBICA.

Uredba crkveno-prosvjetne uprave srpskih pravoslavnih eparhija u Bosni i Hercegovini	58
Glasnik Pravoslavne Crkve. (Ref. G. R.)	122

IV

Glasnik pravosl. dalmatinske crkve. (Ref. G. R.) .	. 193
Istočnik 1905	281

SLOVENICA.

Fr. Kovačić; Občna metafizika ali Ontologija. (Ref. Dr. A. Ušeničnik)	. 58
Dr. Jos. Somrek: Gospodova zadnja večerja. (Ref. Dr. F. Kovačić)	60
Fr. Kovačić: Anicij Boetij in njegovo modroslovje. (Ref. Dr. A. Ušeničnik)	60
Voditelj v bogoslovnih vedah	194
Katoliški Obzornik	195

QUAEDAM DE QUIBUS THEOLOGI UTRIUSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT.

De sacramento paenitentiae. (A. Špaldák) . .	61, 195
Doctrina Russorum de canone Veteris Testamenti. Concinnavit Ad. Jašek .	123, 282
Sunt-ne Latini Quartodecimani? (C. Tondini)	138
Slavorum Meridionalium catholicorum liturgicae linguae. (Dr. J. Jelić)	. 296

EXTRANEA, RES SLAVORUM SPECTANTIA.

Archiv für slavische Philologie.	76
Bessarione	77
Echos d'Orient	77
Revue de l'Orient chrétien.	78
Revue Augustinienne	78
Byzantinische Zeitschrift	79
Revue d'histoire ecclésiastique	152
Rivista storico critica delle scienze teologiche	153

MISCELLANEA.

Abbé Gust. Morel †	79
Joannes de Kronstadt	79
† Ivan Tkalčić	80
† P. A. Syrku	80
In transcribendis litteris Russorum	80
D. Placide de Meester O. S. B.: Le dogme de l' Immaculée Conception et la doctrine de l' Eglise grecque	154
Antoine Malvy: L'union des Eglises Chrétaines	. 155
Revue internationale de théologie	. 232
Fontes theologiae orientalis	. 236
Κωνστ. Ι. Δυοβουνιώτης, Η ΜΕΣΗ ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΣ ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ (Ref. A. Špaldák)	. 306

Revue Augustinienne 1906	313
Zeitschrift für katholische Theologie 1906	313

RESPONSA AD INTERROGATIONES.

Liturgia orientalis	155
De capite ecclesiae	156
De purgatorio	158
De divortio.	237
Quas quaestiones controversas esse inter catholicos et orthodoxos Russi vulgo opinentur	238

ALIORUM IUDICIA DE NOSTRO PERIODICO.

Wissenschaftliche Beilage zur Germania .	239
La Civiltà Cattolica .	240
Slovenec 1906	315
Theologisch-praktische Quartalschrift	315

ଶ୍ରୀମତୀ

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach. Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák. Pragae.
J. Urban. Cracoviae.

Annus II. (1906)

Pragae Bohemorum.

Nr. I.

BOHEMICA.

O Spencerově „Nepoznatelném“. Kritický rozbor prvé kapitoly Spencerovy „Filosofie Nouborné“. Podává Dr. *Karel Stutečný*, professor morálky a filosofie při theor. ústavě v Českých Budějovicích. V Praze, 1904. Otisk z „Čas. kat. duch.“ 1904—1905. (**De Spenceri „Incognoscibili“** Analysis critica primi capituli Spenceri „Philosophiae syntheticae“. Auctore Dre *Car. Stutečný*, theologiae moralis et philosophiae in instituto theologico Budvicensi Bohemorum professore. Pragae 1904. Separata editio tractatus in Čas. kat. duch. [Public. periodica cleri catholici bohemici] annis 1904—1905 publicati.)

Philosophi Spenceri opera in linguam bohemicam translata late apud Bohemos propagantur et frequenter leguntur. Non exignum exinde religioni et moralitati imminent periculum. Meritorium ideoque certe anctor huius tractatus suscepit opus, argumentis e philosophia christiana depromptis doctrinam Spenceri de „Incognoscibili“ redarguendi.

In articulo primo (pag. 1—6) ostendit, Spencerum frustra religionem cum scientia conciliare velle, religio enim christiana a religione naturali, quam Spence religione revelata reiecta admittit, toto coelo differt. In articulo secundo (pag. 7—18) exponitur, Spencerum affirmare, id, quod de re simul cogitari non potest, esse symbolicum, impossibile, fallax. Hoc valere de origine mundi. Non enim potest cogitari mundus a se, quia deberet cogitari alicubi et deberet cogitari in praeterito, neque potest cogitari mundus creatus ab infinito ente, quia ipsum ens infinitum deberet cogitari in aliquo loco et in tempore praeterito, quod utrumque Spencerus impossibile esse dicit. — Rite contra hoc sophisma, iam a sophista Gorgia usurpatum, auctor opponit ubi infinitum est, ibi de spatio et tempore sermonem fieri non posse, quia conceptus infiniti omne spatium et tempus excludit. Si Spencerus falsae sententiae de infinito insistens asserat, diversas de origine universi opiniones religiosas alio modo conciliari non posse, nisi ut vis, cuius effectus universum est, absolute incognoscibilis et inscrutabilis agnoscatur, recte auctor opponit, cum universum sit cognoscibile et scrutabile, etiam causam, cuius effectus universum est, aliquatenus cognoscibilem et serutabilem esse oportere. In articulo tertio (pag. 19—54) ad particularia iam procedens, auctor supremas scientiae ideas et

quidem; materiae, motus, efficientiae, extensionis et substantiae — quas Spenceer absolute incomprehensibiles esse dicit — secundum doctrinam s. Thomae Aquinatis exponit, casque rationi humanae vere accessibiles esse, clare ostendit. Maior pars ontologiae christiana loci contra positivistica principia Spenceri ad bellum producitur. Neque desunt in articulo quarto (pag. 55—71) principia logicae christiana. quibus opinio Spenceri, Absolutum ideo esse absolute incogitabile, quia deest, ad quod referatur, a quo differat et cui sit simile — refutatur. Vere enim non est methodus cognitionis analytic a, qua Spencer in scientia a singularris ad universalia unice progreendiendum esse censem, via unica, qua cognitionem haurimus, sed existit etiam methodus synthetica et methodus cognitionis analytic o-synthetica, quae est optima. Hac autem via Absolutum — Deum — causam primam, via causalitatis, remotionis et eminentiae aliquatenus etsi solummodo per analogiam cognoscere possumus. Quae cognitio per analogiam vere est cognitio scientifica, quia ipsa etiam in scientiis naturalibus persaepe locum habet, quum evidentia mathematica solummodo in paucissimis haberi queat. — In articulo denique quinto (pag. 72—145) auctor conciliationem scientiae et religionis in eo consistentem, ut agnoscatur tum a scientia tum a religione, adesse limitem, citra quem „Inscibile“, etsi cordi humano desiderabile et necessarium, positum sit — impossibilem dicit. Hac enim conciliatione admissa, religio nihil esset, nisi pars scientiae, et vera esset theoria Spenceri, falsas et imperfectas sententias religiosas progrediente scientia esse reformatas et reformari, usque dum scientia locum occupet religionis. Actum esset revera de religione supernaturali. Laudabile quidem est. Spencerum ens experientiam huminam transcendens strenue asserere, sed cum illud „Inscibile“, inscrutabile esse dicat, agnosticismum religiosum docet et secum ipse dissentit.

Testimonia auctor lingua latina afferit terminosque philosophicos eiusdem linguae saepissime adhibet. Propter lectores linguae latinae in genere et terminorum scholasticorum in specie ignaros utilius forsitan esset, si passim termini philosophici linguae bohemicae, prout eos in operibus suis viri nostrates in philosophia christiana versati Dr. Jos. Pospíšil et Dr. Eug. Kadeřávek statuerunt, adhibiti fuissent. Multum enim occupantur versione bohemica operum Spenceri magistri scholarum inferiorum, quibus omnis scientia linguae latinae deest.

Ceterum autem sincere fatendum, argumentationem et criticam ubique esse claram et stringentem. Studiosi philosophiae christiana et academice exculti exemplar hic habent, quomodo principia philosophiae perennis ad mentem piae memoriae papae Leonis XIII. ad redarguendos errores philosophiae „moderna“ apte adhiberi possunt.

Olonucii.

Prof. Dr. Jos. Kachník.

Monumenta Vaticana res gestas bohemicas illustrantia.

Sumptibus comitiorum Regni Bohemiae ediderunt ad recensendos historiae bohemicae fontes delegati.

Anno 1887 comitia regni Bohemiae in eo convenerunt, ut omnis materia in archivis Romanorum Pontificum latens, quoad res gestas spectat bohemicas, per viros historiae patriae peritos quam accuratissime indagaretur. Inde ab anno 1894 cura materiae archivo Vaticano iam depromptae in lucem proferenda viris commissa est eruditis, qui recensendis historiae patriae fontibus deputati existunt. Hucusque in lucem prodierunt:

Tomus I. Acta Clementis VI. 1342—1352 opera Ladislai Klicman (Pragae 1903). Pag. XIV+953.

Tomus V. Acta Urbani VI. et Bonifatii IX. 1378—1404 opera Camilli Krofta. (Pragae 1903—1905). Pag. XXIII+1502.

Ad historiam ecclesiasticam regni Bohemiae cognoscendam opus hoc summa cum diligentia elaboratum maximi est momenti. Tomi huensque editi praecipue de interiore ecclesiae statu in Bohemia nos edocent, supplantque fontes ex aliis archivis domesticis in lucem prolatos, videlicet „Libros confirmationum“ et „Acta indiciaria consistorii Pragensis. De hac re editor tomus V. C. Krofta ipse ita in praefatione scribit: „Cum enim hi domestici, prius editi fontes rerum ecclesiasticarum dioecesos Pragensis administrationem illustrent, quantum archiepiscopus auctoritate ordinaria eam exercebat, ex monumentis Vaticanis hucusque editis patebit, quatenus eadem administratio a sede apostolica dependerit.

P.

Josephus Locatelli: Babylon Bohemiae ab anno 1780 usque ad annum 1790. Edidit Dr. Ant. Podlaha. (Editiones archivii et bibliothecae s. f. metropolitani capituli Pragensis. Fasc. I.) Pragae 1905. III+152 pag. Preium: 3 C.

Canonicus metropolitanae ecclesiae Pragensis Josephus Locatelli (* 1749, † 1800) scripsit tres libros de memoria vitae suae. Primus liber hac editione publici iuris factus est. Opus hoc ad illa tempora cognoscenda haud exigui est momenti. Auctor novitatibus in rebus ecclesiasticis tunc introductis nequaquam amicus opinionem suam aperte profitetur, etsi optimam Josephi II. caesaris voluntatem sincere agnoscat.

Jana z Jenštejna: Tractatulus de potestate clavium. Z vaticánské knihovny podává, úvodem a poznámkami provází Dr. Jan Zítek. (**Ioannis a Genczenstein: Tractatulus de potestate clavium.** Ex manuscripto bibliothecae Vaticanensi nunc primum edidit notisque illustravit dr. Joh. Zítek.) V Praze. Tiskem kníž. arcib. knihtiskárny Nákladem vlastním 1905. Pag. 39 in 8°.

Joannes a Genczenstein, archiepiscopus pragensis (1379—1396) scripsit tractatulum hunc rogante papa Urbano VI. tempore funestissimi schismatis ecclesiae occidentalis, cuius causa fuit antipapa Robertus Avignonensis. Demonstrat existentiam et necessitatem primatus romani pontificis refellitque obiectiones ea aetate tritas. Praefatio observationesque, quibus accurata haec editio instructa est, diligentissime sunt elaboratae.

P.

Hilarius Litoměřický: Traktát o nejsvětějším přijímání lidu obecného pod jednou způsobou. Vydal Dr. Ant. Podlaha. (**Hilarii Litomericensis: Tractatus de communione laicorum sub utraque specie.** Edidit Dr. Ant. Podlaha.) Editiones archivii et bibliothecae s. f. metropolitani capituli Pragensis Nr. II. Pragae 1905. Sumptibus s. f. metropolitani capituli Pragensis. Pag. III+127. Pretium 3 Cor.

Anno 1495 mense Februarii indictus est Pragae procerum sacerdotumque conventus, in quo sollemnis inter catholicos et ultraquistas instituta est disceptatio. Duravit certamen hoc quinque diebus continuis. Palmam tulit Hilarius Litomericensis, metropolitani capituli Pragensis decanus, qui una cum canonico Venceslao Křížanovský sophismata Rokyczanae, ultraquistarum ducis, diluit et gloriosum veritati catholicae testimonium perhibuit. Ipse dein disputationem hanc latine descripsit, quam narrationem Henricus Canisius in suis "Lectionibus antiquis" (1601) primus vulgavit, deinde Jac. Basnage (1725), postremo autem et quidem optime A. Voigt (1775) ediderunt. Materiam disputationis Hilarius insuper fusius in opere lingua bohemica elaborato pertractavit, quod opus nondum typis vulgatum nunc primum e quatuor manuscriptis codicibus bibliothecae metrop. capituli Pragensis diligenter collatis critica ratione editum est.

Nejstarší mravoučná literatura česká až po dobu Tómy ze Štítného. Řeč, kterou při své dne 5. prosince 1905 konané installaci promluvil Dr. Ant. Vřešťál, t. č. rektor c. k. české university Karlo-Ferdinandovy. (**De antiquissimis litteris bohemicis doctrinam de moribus tractantibus usque ad Thomam de Štítné.** Oratio, quam habuit 5. Decembris 1905. Dr. Ant. Vřešťál, dum in rectorem c. r. universitatis bohemicae inauguraretur.) V Praze 1905. Pag. 8 in 16⁰.

Doctissimus auctor, h. t. professor theologiae moralis in theologia facultate Pragensi necnon rector universitatis paucis exponit, quaenam de moribus lingua bohemica scripta fuerint incipiendo a saec. XIII. usque ad finem saeculi XIV. Quae ante Thomam de Štítné, qui in fine huius periodi floruit, scripta sunt, parum valent cum maxima ex parte nihil aliud sint nisi poëmata ad usum rudium composita. Ille demum Thomas scripsit nonnulla opera, quae iure meritoque magni aestimantur.

V. Hradský: Náboženství budoucnosti — žádné náboženství? (Religio futuri temporis — nulla religio?) Pragae 1905. P. 128.

Tempori aptus hic libellus apologeticus eos impugnat, qui ex progressu atheismi saeculi decimi noni evincere student, futurum tempus religionibus vacuum fore. Praeter partem polemicam invenitur hic admixta pars positiva. Ibi agitur de causa celebritatis famae atheistarum, de nativa religione theistica, de origine paganismi et polytheismi, de philosophia materialistico-pantheistica comparata cum religione christiana, de modo levi et a doctrina alieno, quo gravissimae quaestiones vitae tractari soleant, prorsus de eis, quae perversitatem omnimodam atheismi efficiunt.

Libellus scriptus est magna eruditione, scribendi genere facili et iucundo: unde etiam ad oratores iuvandos aptus est.

J. Černý S. J.

Biblica litteratura bohemica ab a. 1900—1905 incl.

Concinnavit A d. Jašek.

Quoniam occidentales publicationes periodicae biblicae ignorant biblica slavica¹⁾, tamquam supplementum litterarum biblicarum enumeratarum in Orientalische Bibliographie (Berlin) et Biblische Zeitschrift (Freiburg in Br.) colligere placuit biblica bohemica edita ultimo quinquennio.

Explicationes abbreviationum: B. Pr. Bílý Prapor. Olomuc. Anno 1901. editus a. I.; Č. k. d. Časopis katolického duchovenstva. Praha. A. 1899 — 1900 — XLI.; Hl. = Hlídka. Brno. A. 1900 — XVII.; M. b. Museum. Časopis bohoslovečů českoslovanských. Brno. A. 1899—1900.—XXXV.; Č. M. kr. č. = Časopis Musea královstí českého. Praha. A. 1900—LXXIV.; N. D. Naše Doba. Královské Vinohrady. A. 1900—VII.; N. Ž. Nový Život. Prostějov. (Nový Jičín antea.) A. 1900—V; O. N. S. Ottův Naučný Slovník. Praha. A. 1900 fasc. XV.; VI Vlast. Praha. A. 1899 — 1900 XVII. P. (p.) = pagina(e). R recensuit. Numeri, qui ponuntur post locum editionis, complendi sunt num. 19—, ut accipias annum saec. XX.; () = recensio libri litteraturae extrabohemicae; [] = ubi recensio libri inveniatur.

Biblica litteratura Veteris Testamenti :

V. Müller a E. Žák, Svatá země. Pouť v obrazích z Betlema na Golgotu. Terra Sancta. Praha. [Č. k. d. XLI. p. 608].

Dr. Just. V. Prášek a Tošner de Simon Ludvík, Palestina. O. N. S. XIX p. 95—102.

B. Javurek, Palestina z ptačího pohledu. Palaestina ex obliquo visa. Praha [Č. k. d. XLIII].

Dr. Just. V. Prášek, Samaria. O. N. S. XXII. p. 572.

Josef Ružička, Mrtvé Moře. Mare Mortum. O. N. S. XVII. p. 826—28.

Voda Mrtvého Moře. Aqua Maris Mortui. Věda a Práce. Praha XI. (03.) p. 42—43.

Dr. Just. V. Prášek, Moab O. N. S. XVII. p. 483.

Poloostrov Sinajský Paeninsula Sinai. Hl. XXI. p. 71—72.

Dr. Just. V. Prášek, Mesopotamie O. N. S. XVII. p. 157—58.

Jos. Ružička, Nil. Nilus. O. N. S. XVIII. p. 322—27.

Dr. Al. Musil, Nil u staré Káhiry Nilus apud antiquam Káhiram. N. Ž. VI. p. 51—54.

Dr. Al. Musil, Staroegyptské prameny místopisu a národopisu jižní Palestiny a pohraničních území. Starozákonní studie. Fontes Antiquae Aegypti spectantes ad topographiam et ethnographiam austrinae Palaestinae et terrarum finitimarum. Hl. XVIII. p. 247-52, 302—06, 695—98 778—84.

Dr. Ignác Steinöchl, Starý Egypt v pařížském Louvru. Antiqua Aegyptus in Louvres Parisiorum. VI. XIX. p. 902—07, 1024—29.

Dr. Jar. Sedláček, Pouť do posvátných míst sv. země a Egypta. Průvodce po svatých místech. Peregrinatio in sacra loca s. terrae et Aegypti. Praha 02. P. 302. [Č. k. d. XLIII. p. 216].

¹⁾ In Orientalische Bibliographie per aliquot annos indicabat Dr. Just. V. Prášek bohemicam litteraturam spectantem orientalia, sed nescio, qua de causa ab hoc meritorio opere defecerit. Hucusque haec publicatio indicat litteraturam russicam spectantem orientalia sed mancam.

- Dr. Just. V. Prášek, Martina Kabátníka Cesta z Čech do Jerusalema a Kaira r. 1491—92. Martini Kabátník iter ex Bohemia in Hierosolymos et Cairo susceptum a. 1491—92. Praha. Světová knihovna 191. [Vl. XVII. p. 871].
- Dr. Al. Musil, Kušejr 'Amra. Věstník České Akademie. XI. 02. 5. p. 325—49. [Č. M. kr. č. LXXVI. p. 567—70. R. Dr. Just. V. Prášek — Vl. XX. p. 570.]
- (Dr. Al. Musil, Kušejr 'Amra und andere Schlösser östlich von Moab. Wien 02. [Hl. XIX. p. 440—41. R. Dr. Fr. Kyzlink.])
- (Кондаковъ Н. Н., Археологическое путешествие по Сирии и Палестинѣ. Санктпетербургъ. 04. Iter archaeologicum per Syriam et Palestinam. [Č. k. d. XLVI. p. 298-300 R. Dr. Jar. Sedláček]).
- Josef Folty novský, Ze severosemitské epigrafie. Ex epigraphia Semitarum septentrionalium. M. b. XXXIX. p. 15—18, 80—81, 117—19, 171—75, 246—47.
- Dr. Rud. Dvořák, Orientální filologie, Philologia orientalis. O. N. S. XVIII. p. 864—65
- Dr. Rud. Dvořák, Semitské jazyky. Linguae semiticae. O. N. S. XXII. p. 838—43.
- Dr. F. Karban, Hebrejsko-český slovník k prvním 10 kap. Gen. Hebraico-bohemicum vocabularium ad prima X cap. Gen. Praha.
- Dr. F. Karban, Hebrejsko-český slovník ke knize Ruth. Hebraico-bohemicum vocabularium ad librum Ruth. Praha.
- Fr. Vymazal. Hebrejsky snadno a rychle. Hebraice facile et celester. Praha.
- Dr. F. Karban, Arabsky čísti a psáti ve 4 hodinách pro samouky. Arabice legere et scribere in quattuor horis sine magistro. Praha.
- Dr. Jar. Sedláček, Úvod do knih Starého Zákona. Introductio in libros Veteris Testamenti. Praha 04—05. P. 471. [Č. k. d. XLVI. p. 737. R. Franc. Reindl. M. b. XXXIX. p. 270—71]
- (Dr. Herm. Zschokke, Historia Sacra Antiqui Testamenti. Vindobonae 03. [Č. k. d. XLVI. p. 179—183 R. Dr. Jan Hejčl.])
- Frant. Kozák, Nauka o Písni. Doctrina de S. Scriptura. (= Introductio in libros sacros U. T.). Čáslav 02
- Jan Hejčl, Nově objevený rukopis Pentateuchu hebrejského, psaný písmem čtvercovým. Nuper inventus codex ms. Pentateuchi hebraici exaratus scriptura quadrata. Č. k. d. XLV. p. 263—64.
- (Vajs Jos., Recensio croatico—glagolitici fragmenti Verbenicensis. Veglae. 03. [Č. k. d. XLVI. p. 100]).
- (Zwolski Stephanus, De bibliis polonicis, quae usque ad initium saeculi XVII. in lucem edita sunt. Posnaniae 04. [Č. k. d. XLVI. p. 101]).
- Codex Písma (latinský). Codex Scripturæ latine scriptus asservatus Olomucii e saec. XIV. Hl. XXI. p. 72—73
- Dr. Rud. Dvořák, Septuaginta. O. N. S. XXII p. 871
- Dr. Rud. Dvořák, Pešito. O N. S. XIX. p. 595—96.
- Jan Rouhal, Dvě rukopisné bible české. Duo manuscripta biblia bohemica. Výroční zpráva c. k. vyšší reálné školy v Pardubicích 01. [Listy filologické. Praha XXVIII. 01. p. 478—79. R. O. Hujer.]
- (Dr. Janez Ev. Krek, Zgodbe svetega pisma. Historiae biblicae. Celovec. 04. [Č. k. d. XLVI. p. 214]).
- (Бигуру-Воронцовъ, Руководство къ чтению и изучению Библии. 2 т. Moskva 1897—1902. [Č. k. d. XLVI. p. 312]).
- Dr. Al. Musil, Nejnovější směry v kritice Starého Zákona. Novissimi cursus in critica V. T. Recensuit in hoc artic.: Briggs, The higher criticism of the Hexateuch. New York. 1897. G. A. Smith, Modern criticism and the preaching of the O. T. London 01. Ed. König,

- Neueste Prinzipien der alttestamentlichen Kritik geprüft. Berlin 02. Hl. XX. p. 227—31.
- V. Oliva, Moderní kritika Písem sv. Nova critica S. Scripturae. Č. k. d. XLI. p. 514—17.
- Otzácka biblická. Quaestio biblica. B. Pr. II. Autorita bible. Auctoritas S. Scripturae. p. 5—6, 17 19, 37, 50—51. Počátky Israele a kritika. Principia Israelis et critica. p. 60—61, 76—77. Bible, věda a historia. S. Scriptura, scientia et historia. p. 99—100, 117—118.
- Biblická otázka a nový papež. Quaestio biblica et novus Papa. B. Pr. I. p. 334—35.
- Dr. Al. Musil, Církev a bible. Ecclesia et S. Scriptura. Hl. XXI. p. 244—50.
- Dr. Al. Musil, Církev a bible. Ecclesia et S. Scriptura. N. Ž. IX. p. 315—19.
- Castranus, Bible a Církev. S. Scriptura et ecclesia. B. Pr. I. p. 252—53, 261—63, 279—81, 288—89, 301—03, 308—09, 324.
- Lang V., Bible a kritika. S. Scriptura et critica. B. Pr. II. p. 248—49, 269—72.
- Dr. Frant. Novák, Loisy. Hl. XXI. p. 153—61, 225—32, 305—13, 419—24, 473—78, 564—68, 647—51, 721—25.
- Co se soudí o Loisym. Quid putetur de Loisy B. Pr. II. p. 13—14. — Biblická komise a »loisysmus«. Biblica commissio et »loisysmus«. B. Pr. II. p. 3—4. — A ještě o Loisym. Et rursus de Loisy B. Pr. II. 51—53.
- Fr. Grieve, Ex apologia russica biblica. Č. k. d. XLVI. p. 206.
- Projevy pravoslavného tisku o biblistice katolické. Quid orthodoxi de catholicis biblicis sentiant. M. b. XXXIX. p. 111.
- (Fr. Vinc. Zapletal, Der Totemismus und die Religion Israels. Freiburg 01. [Č. k. d. XLII. p. 587—89. R. Dr. Jar. Sedláček]).
- (A. H. Sayce, The Religions of Ancient Egypt and Babylonia. Edinburg 03. [Hl. XX. p. 476—77. R. Dr. Al. Musil]).
- (Dr. Franz Schmid, Der Unsterblichkeits- und Auferstehungsglaube in der Bibel. Brixen 02. [Hl. XX. p. 43—44]).
- (P. M. Jos. Lagrange, La Méthode historique surtout à propos de l' A. T. Paris. [Č. k. d. XLV. p. 397—98. R. Dr. Vinc. Zapletal]).
- (Dr. Fr. Döller, Rytmus, Metrik und Strophik in der biblisch-hebräischen Poesie. Paderborn 1899. [Č. k. d. XLI. p. 154—56. R. Dr. Ign. Steinochrl]).
- (Dr. Fr. Vinc. Zapletal, Die Metrik des Buches Kohelet. Freiburg 04. [Č. k. d. XLVI. p. 79. R. Frant. Reindl]).
- (Hildebrand Höpfl, Das Buch der Bücher. — Freiburg 04. [Č. k. d. XLVI. p. 729—30. R. Dr. Ant. Podlaha. — M. b XXXIX p. 110—111]).
- (K. Rýbniček, О Библии. Kiev 02. [Č. k. d. XLVII. p. 287]).
- Inspirace. Inspiratio. Hl. XXI. p. 274—75.
- F. Kratochvil, Inspirace Písma sv. Inspiratio S. Scripturae. M. b. XXXV p. 22—30, 77—80, 128—31, 198—235.
- (Fr. Hummelauer, Exegetisches zur Inspirationsfrage. [Hl. XXI. p. 683]).
- F. Vigouroux, Bible a nejnovější objevy v Palestini, Egyptě a v Assyrii. Biblia et novissimae adinventiones in Palaestina, Aegypto et Assyria. Versionem fecit et locupletavit dr. Ant. Podlaha. Praha 1895—03. 5 vol. P. 370 + 576 + 650 + 664 + 376 [VI. XIX. p. 1148 — Č. M. kr. è. LXXVII. p. 570—72. — N. D. VII. p. 316—17].
- Dr. Klouda, Bible a Babel. Transl. e germ a prof. Delitzsch. Praha 1903.
- Dr. Al. Musil, Bible nebo Babel? Biblia an Babel? Hl. XX. 289—94, 366—71, 531—36, 586—93, 675—81, 756—61, 829—36, 881—901.
- Frant Stejskal, Bible a (et) Babel. Č. k. d. XLV. p. 14—20, 176—80, 283—87, 375—78, 438—47.
- Jos Černík, Bible a Babylon. VI. XIX. p. 1046—49, 1134 1140.

- K otázce Babel a bible. Ad quaestionem Babel et Biblia. VI. XX p. 454—57.
- Palic J., Biblia a Babel (slov. ev.) Církevní listy 5.
- Bibel-Babel. M. b XXXVIII. p. 189—195.
- Bibel-Babel. Česká mysl. Král. Vinohrady IV. 03. p. 236—38.
- Bible-Babylon N D. IX p. 558—59.
- Dr. Al. Musil, Zákonník Hammurabiho. Leges Hammurabi III. XX. p. 372—76, 497—501, 606—610, 682—86, 767—70, 822—29.
- Zákon Hammurabi-ho a Mojžíšův. Lex Hammurabi et Moysis. B. Pr. III. p. 126—27.
- (Dr. Jos. Döller, Bibel und Babel oder Babel und Bibel? Paderborn 03. [Č. k. d. XLIV. p. 282—87])
- Z babylonské školy. E schola babylonica. Hl. XXI. p. 78.
- Písemné památky z babylonských rakví. Litteraria monumenta ex capulis babyloniceis N. D. IX. p. 717—18.
- Dr. Fr. Bolek, Symbolismus Chamitův a tabulka sipparská. Symbolismus Chamitarum et tabula Sipparae. Hl. XX. p. 124—29, 191—97.
- Dr. Al. Musil, Nejstarší knihovna. Antiquissima bibliotheca (babylonica Nippuri). Hl. XVIII. p. 197—98
- Jos. Červík, Tell-el-Amarnské listy Epistolae Tell-el-Amarna M. b. XXXVII. p. 61—66. — (Ebehard Schrader, Die Keilinschriften und das Alte Testament. Berlin 02—03. [Hl. XX. p. 298—99. R. dr. Al. Musil]).
- Dr. Václav Hazuka, Příspěvek k otázce, zda západosemitské Ja'um je skutečně jméno Boží, či tvar slovesný neb adjectivum. Quaedam de quaestione, utrum Ja'um Semitarum occident. sit revera nomen Dei, an vero forma verbalis vel adiectivum Č. k. d. XLVI. p. 897—907.
- Dr. Jan Lad. Sýkora, Zlatá bible klassiků. Dějiny zjevení Božího ve Starém i Novém Zákoně. Aurea biblia classicorum. Historia revelationis divinac in Vetere et Novo Testamento Vídeň. [Č. k. d. XLI. p. 414. R. dr. Fr. Kryštufek].
- Dr. Jan Lad. Sýkora, Ze zlaté bible klassikův. Ex aureis bibliis classicorum. Alétheia Praha VII 03 Status et lapsus protoparentum. Promissio Redemptoris. Incrementum et passio posteriorum Jacobi in Aegypto. Electio Moysis a Deo. Plagae Aegyptiorum. Israelitae in deserto. Lex in Sinai promulgata p. 89—99, 115—24, 142—49, 164—69, 193—202, 231—37, 251—61
- Dr. Ant. Podlahá, Dějiny zjevení Božího Starého i Nového Zákona Historia revelationis divinac Veteris et Novi Testamenti. Praha 01. [Č. k. d. XLII. p. 407—08. R. dr. Jan Fr. Zítek]
- Dr. Al. Musil, Edomský králevič Hadad dle LXX B a textu massoretského. Starozákonní studie Edomitarum regulus Hadad secundum LXX B et textum massoreticum Hl. XVII. p. 15—18, 86—90, 158—63.
- Dr Just V. Prášek, Dějiny starověkých národů východních. Díl I. Od prvých začátků po vznik staroorientálních velmocí. Díl II. Velmoci staroorientální. Historia antiquorum populorum in Oriente. Pars I. A primordiis usque ad originem imperiorum Veteris Orientis. Pars II. Imperia Veteris Orientis. Praha P XII. + 487 + 520 [Č. M. kr. č. LXXV p. 549—55 R. dr. Al. Musil. — Č. k. d. XLIV. p. 359—60. R. dr. Vinc. Zapletal — Osvěta. Praha XXX. 00 p. 276—77. R. dr. Ant. Podlahá]
- O počátku egyptského království De initio regni Aegyptiorum. Hl. XXI p. 76—77.
- (H. Guthe, Geschichte des Volkes Israel Leipzig 1899 [Č. k. d. XLI p. 540—44, 604—06, 652—54. R. dr. Just. V. Prášek])
- (Z. Ragozina, Drevnějšaja istorija Vostoka. Istorija Chaldeji s otдаленнějšich vremen do vozvyšenija Assiriji. Petrohrad. [Hl. XX. p. 45]).
- Dr. Rud. Dvořák, Semité. Semitae. O N S. XXII. p. 837—38.

- Fr Žák, Vzpomínka na dílo P. Jana Slesiny T. J. »Commentarius in universam Sacram Scripturam. Recordatio operis P. Joannis Slesina S. J. »Commentarius in universam Sacram Scripturam. Č. k. d. XLVI. p. 949—52
- Dr. Al. Musil, Od stvoření do potopy A mundi creatione usque ad diluvium. Praha 05. P. 168 [Č. k. d. XLVI. p. 381—82 R. dr. Vinc. Zapletal. — Vlast XXII. p. 181—82 R. Alfr. Neubauer]
- (A. П. Лопухинъ, Пятокинжие Моисеево. Толковая Библия или комментарий на все книги св. Писания Ветхого и Нового завета. Peterburg 04. [Č. k. d. XLVI. p. 204—205]).
- Frant. Šverdík, Hexaëmeron v exegesi. Hexaëmeron in exegesi. M. b. XXXV. p. 54—60.
- (Dr. Vinc. Zapletal, Der Schöpfungsb. richt der Genesis. Freiburg 02. [Č. k. d. XLIV. p. 73—74. R. Fra J. Mergl. — Vl. XIX. p. 1147]).
- Dr. Vinc. Zapletal, O obrazu božím v člověku. De imagine Dei in homine. Č. k. d. XLIV. p. 392—97, 508—13.
- Dr. Vinc. Zapletal, Alttestamentliches. Freiburg. [Č. k. d. XLV p. 202—03. R. P. Jan Hudeček]).
- Potopa. Diluvium., O N. S. XX. p. 337—38.
- Dr. Al. Musil, בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Gen. 10, 22; I. Chr. 1, 17. Hl. XVIII. p. 272.
- (Gottfried Hoberg, Die Genesis nach dem Literarsinn erklärt Freiburg 1899. [Č. k. d. XLI. p. 413—14. R. dr. Ign. Steinochr]).
- Dr. Al. Musil, Farao Exodu, Pharaeo Exodi. Hl. XVIII. p. 263—65.
- Mojžíš, Moyses. O. N. S. p. 511—12.
- Dr. Just. V. Prášek, Levitae. O. N. S. p. 970—71.
- Dr. Rud. Dvořák, Pentateuch O. N. S. XIX. p. 453—57.
- Dr. Jan Hejčíl, Pentateuch. Č. k. d. XLVI. p. 657—63, 830—36.
- Dr. Al. Musil, Jak vznikl Pentateuch. De origine Pentateuchi. Hl. XXI. p. 253—55.
- O Pentateuchu De Pentateucho. Hl. XX. p. 711—12
- O zastavení slunce Josuem. De statione solis per Josuem Hl. XXII p. 980.
- (P. M. Jos Lagrange, Le Livre des Juges Paris 03. [Č. k. d. XLIV. p. 218—19. R. dr. Vinc. Zapletal])
- Dr. Rud. Dvořák, Rut. O. N. S. XXII. p. 386
- (Jos Vajs, Liber Ruth. Glagolitice. Veglae 05. [Č. k. d. XLVI. p. 783—84]).
- (Dr. Rud. Dvořák, Exegetisches zum Hohenliede. Prag 01. [Č. k. d. XLIII. p. 344. R. dr. Vinc. Zapletal]).
- Dr. Jar. Sedláček, Výklad Žalmů. Explicatio Psalmorum. Pars I. Ps. I.—LXXI. P. LVIII. + 568. Praha 00. Pars II. Ps. LXXII.—CL. et biblica cantica. P. 569—1284. Praha 01. — [Č. k. d. XLII. p. 146—149, 412. R. dr. Jan Nep. Soukup. — Hl. XVIII. p. 189, 336. — VI. XVII. p. 771—72].
- Dr. Rud. Dvořák, Žalm 3. a 11. Psalmus III. et XI. (Versio). N. Ž. VI. p. 241.
- Dr. Rud. Dvořák, Žalm 137. Psalmus CXXXVII. (Versio). N. Ž. VII. p. 64.
- Dr. Rud. Dvořák, Job (Versio). N. Ž. V. Cap. III. p. 97—98. Cap. IV. p. 171. Cap. U. p. 202—03.
- (Jos. Vajs, Analecta Sacrae Scripturae ex antiquioribus codicibus glagoliticis. Liber Job. Veglae 03. [Č. k. d. XLVI. p. 100—01]).
- Jar. Jivánka, Jeremiáš a jeho Pláč. Jeremias et eius »Threni« N. Ž. X. p. 13—17, 92—97.
- Ludvík Kašpar, Obléhání Jerusalema Senaheribem. Obsessio Hierosolymorum ab Senaherib. M. b. XXXVIII. p. 133—38.
- Dr. Just. V. Prášek, Senaherib. O. N. S. XXII. p. 603—04.
- (Dr. Just. V. Prášek, Senaheribs Feldzüge gegen Juda. Berlin 03. [Č. k. d. XLVI. R. dr. Vinc. Zapletal. p. 373—74]).
- (Mich. Faulhaber, Hesychii hierosolymitani interpretatio Isaiae prophetae. Freiburgi. 00. [Č. k. d. XLII p. 411 (dr. Vinc. Zapletal)]).

- (J. Meinhold, Jesaja und seine Zeit Freiburg. 1898 [Č. k. d. XLII. p. 77. R. dr. Just V. Prášek]).
Dr. Just. V. Prášek, Ninive. O. N. S. XVIII. p. 332—33.
Dr. Ant. Podlahá, Ezechiel autorem knihy Jobovy? Ezechiel auctor libri Job? Č. k. d. XLIV. p. 453.
(Peter Schmalzl, Das Buch Ezechiel Wien 01. [Č. k. d. XLIII. p. 404—05. R. dr. Vinc. Zapletal]).
Raška Jan, Danielovy týdny ve shodě s dějinami. Quonodo Danielis LXX. hebdomades congruant cum historia. Č. k. d. XLV. p. 43—47, 101—08, 242—46, 312—15, 369—75, 447—58, 545—52, 604—18.
Dr. Rud Dvořák, Mene, tekel u farsin, O. N. S. XVII. p. 100.
(Joh. Nikel, Die Wiederherstellung des jüdischen Gemeinwesens nach dem babyl Exil Freiburg 00. [Č. k. d. XLII. p. 410 11 R. dr. Vinc. Zapletal]).
Dr. Rud. Dvořák, Královské knihy Libri Regum. O. N. S. XV. p. 59—60.
Dr. Carl Holzhey, Das Buch der Könige. München 1899. [Hl. XVIII. p. 190—91. R. dr. Al. Musil].
Dr. Rud Dvořák, Samuelovy knihy. Libri Samuelis. O. N. S. XXII. p. 588.
Dr. Rud. Dvořák, Chronika. O. N. S. XV. p. 249—50.
Dr. Vinc. Zapletal, O chronologickém pořádku knih Esdrášovy a Nehemiášovy. De chronologico ordine librorum Esdrae et Nehemiae. Č. k. d. XLII. p. 353—57, 453—56, 551—56.
Mart. Velický, Kdy přišel Ezra do Judéy. Quando Esdra in Iudeum venerit. Č. k. d. XLVI. p. 522—25, 801—05
Dr. Vinc. Zapletal, Co znamená »Qohelet«? Quid significet verbum »Qohelet«? Č. k. d. XLVI p. 113—17.
- Bartošík Petr, Mariánská starozákonní proroctví a akkomodace. Prophetiae et accomodationes V. T de B. V. »Matce Boží« Olomouc 04. p. 31—46.
Vášek Bedřich, Panna Maria předobrazena ve St. Z. B. V. Maria praefigurata in V. T. »Matce Boží«. Olomouc 04. p. 47—54.
Dr. Al. Musil, Urim a Tummim. Hl. XVIII. p. 127—28.
Dr. Vinc. Zapletal, Efod ve St. Zákoně. Ephodus in V. T Č. k. d. XLI. p. 459—65, 554—61, 624—28.
Th. C. Jan Zítek, Biblický yzop. Biblica hyssopus. Č. k. d. XLI. p. 518—20.
Dr. Mutl Vinc.. O nemocech a způsobech léčení ve St. Z. de morbis et modis sanandi in V. T Č. k. d. XLV. p. 26—29, 169—73, 215—19, 297—83.
Dr. Rud. Dvořák, Sanhedim. O. N. S. XXII. p. 605.
Dr. Sedláček Jar XIII. mezinárodní sjezd orientalistů v Hamburku. XIII. internationalis congressus orientalistarum Hamburgii a 4.—10. Sep. 02. VI. XIX. p. 63—66.
Архимандритъ Андрей, Какъ понимать человѣко-образныя представлія св. Иисаія о Богѣ. Казань 04. [Č. k. d. XLVI. p. 878]).
(Giov. Schiaparelli, L'astronomia nell' antico Testamento. Milano 03. [Č. k. d. XLV. p. 517 R. Fr. Stejskal]).
Dr. O. F. Vaněk, 'Ebrejská slavnost pesa'h. Historická ethnologická úvaha. 00. [N. D. VIII. p. 296—98.]

Biblica litteratura Novi Testamenti:

- Dr. Jan Sýkora, Úvod do Písma sv. Nového Zákona. Introductio in Sacram Scripturam Novi Testamenti. Praha 04. [Č. k. d. XLV. p. 648 R. Dr. Ant. Podlahá].
(Dr. Jož. Lésaz, Uvod v biblijske zgodbe nove zaveze. Maribor. 02. [Č. k. d. XLIII. p. 519—20 R. Dr. Jan Sýkora]).

- (Dr. Joh. Belzer, Einleitung in das neue Testament. Freiburg. [Hl. XIX. p. 738]).
- (Adolf Jülicher, Einleitung in das Neue Testament 01. [N. D. VIII. p. 556-57]).
- (Fr. Brandscheid, Novum Testamentum graece et latine. Freiburg 01. [Č. k. d. XLII. p. 350-51 R. Dr. Jan Sýkora]).
- (Dr. Hermann Freiherr v. Soden, Die Schriften des Neuen Testamentes in ihrer ältesten erreichbaren Textgestalt auf Grund ihrer Textgeschichte. Berlin 02. [Č. k. d. XLIV. p. 275-82 R. Dr. Jan Sýkora]).
- Dr. Jan Sýkora, O textě knih novozákoních. De textu librorum Novi Testamenti. Č. k. d. XLII. p. 610-33.
- Dr. Jos. Kupka, Testamentum D. N. Iesu Christi. Č. k. d. XLI. p. 361-65, 465-72.
- (Aug. Arndt S. J., Das Neue Testament unseres Herrn Jesus Chr. [Č. k. d. XLV p. 140 R. Dr. Jos. Tumpach]).
- (Dr. F. X. Funk, Das Testament unseres Herrn und die verwandten Schriften. Herausg. v. Dr. Ehrhard u. Dr. J. P. Kirsch. II. Bd. [Č. k. d. XLII. p. 73-77 R. Dr. Jos. Kupka]).
- Dr. Pavel Vychodil, O jazykové stránce Sušilova překladu a výkladu N. Z. De lingua translationis et explicationis N. T., quam fecit Sušil. Hl. XXI. p. 639-40.
- Prokop Haškovec, Rukopis Rokycanova Výkladu na evangelium sv. Jana. Codex ms. Rokycani Commentarii in evangelium s. Ioannis. Filologické listy. Praha XXIX. 02. p. 62-66, 150-57.
- Dr. Jan Lad. Sýkora, Pravost, neporušnost, věrohodnost a příslušná vážnost novozákoních knih vůbec, evangelií pak zvláště. De authenticitate, integritate, fide et competenti auctoritate librorum Novi Testamenti in genere, evangeliorum in specie. Praha 02. [Č. k. d. XLIV. p. 152-57 R. Dr. Jos. Havránek].
- Jokl Jeno, Historický důkaz věrohodnosti sv. evangelií. Historicum argumentum pro fide ss. evangeliorum. M. b. XXXIV. p. 121-55, 157-69.
- (M. Syrski, De authentia loci, qui in evangelio secundum Joannem inde a cap. VII. v. 53. usque ad cap. VIII. v. 11. le gitur. Varsoviae. [Č. k. d. XLVI p. 743]).
- Harnack o evangeliích. Harnack de evangeliis. N. D. XI. p. 721-25. 806-10.
- (V. Rose, Etudes sur les Evangiles. Paris 02. [Č. k. d. XLIII. p. 403-04 R. Dr. Vinc. Zapletal]).
- Dr. Jan Sýkora, V které řeči bylo původně sepsáno evangelium sv. Matouše. Qua lingua scriptum sit evangelium Matthaei. Č. k. d. XLVI. p. 267-75, 350-56, 452-58.
- Dr. Václav Vondrák, Reinešské evangelium. Evangelium Remorum. O. N. S. XX. p. 539-41.
- (Louis Leger, L'evangéliaire slavon de Reims. [Osvěta Praha XXX. 00. p. 557-58. R. K. Jireček]).
- Dr. J. Pastrnek, Ostromirovo evangelium. Evangelium Ostromiri. O. N. S. XVIII. p. 945-46.
- Dr. Anton. Podlahá, Památky bývalé liturgie konané jazykem slovanským v kostele Emáuzském v Praze. De liturgiae slavieae Pragae quondam in monasterio Emautino florentis monumento. (Evang. Remorum) Č. k. d. XLVI. p. 92-97.
- Jindřich Skopec, Versus memoriales o evangelijních perikopách roku církevního. Z kapitulního archivu svatovítského z r. 1600. Versus memoriales de pericopis evangeliorum ecclesiastici anni. Ex archivo capituli s. Viti ex a. 1600. Č. k. d. XLIV p. 149-51.
- Postilla. O. N. S. XX. p. 307-08.
- Dr. Jan Sýkora, Apokryfní knihy novozákoní. Libri apocryphi Novi Testamenti. Č. k. d. XLV. p. 55-58, 114-18, 184-90, 209-15, 287-93.

- Holéczy Sigmund, Ptejte se Písma. Vysvětlivky krátké ku vzdělavatedlnému čtení Nového Zákona. Scrutamini Scripturas! Breves explicationes aptae ad foyendam lectionem N. T. Modra 03 (Stadler, Djela apostolska. [Č. k. d. XLVI. p. 193]).
- A d. Špaldák S. J., Quid e s. libris N. T. probari possit de divortio ob adulterium. Č. k. d. XLVI. p. 413—16, 509—12, 601—04.
- A d. Špaldák S. J., Quomodo theologi ecclesiae romanae et theologi ecclesiae graeco-russicae locum Mt. 16, 18 interpretari soleant. Č. k. d. XLVI. p. 784—93.
- Sir J. R. Seeley, Ejhle člověk, Ecce homo. Transt. J. Váňa. Praha 01 [Č. k. d. XLII. p. 517—19. R. dr. Jan Sýkora].
- Stejskal Fr., O Kristově historické existenci. De Christi historica existentia. Č. k. d. XLV. p. 325—26.
- Bělina J., O zázracích Kristových. De miraculis Christi. »Časové úvahy«. Králové Hradec roč. IX. 05 č. 8/9.
- Fryč Fr., Chronologie ze života Páně. Chronologia vitae Iesu Christi. Č. k. d. XLI. p. 34—80, 88—95, 190—95, 255—65, 332—41, 395—402, 427—40, 576—82, 618—23; XLII. p. 129—35, 215 22, 297—302, 457—74, 557—66; XLIII. p. 238—42, 307—13, 360—65, 477—84, 613—17; XLIV. p. 133—38, 166—71, 266—70, 321—24, 428—39, 544—49; XLVI. p. 130—35, 257—67, 356 62, 545—55, 685—99.
- Rok narození Páně. Annus Nativitatis Jesu Christi, Aletheia Praha. VII. p. 248—50.
- (Phil. Schumacher u. Jos. Schlecht, Das Leben Jesu, Wien 02. [Č. k. d. XLIV. p. 533. R. V Oliva]).
- (H. Schell, Christus. Mainz 03. [Hl. XX, p. 221—23]).
- (P. Hippolyte Leoroy, Jésus Christ, sa vie, son temps. Paris, [VI. XVI. p. 970]).
- (Jesu Christo nella letteratura. Torino 03. [Hl. XXI. p. 759—60]).
- (Francis G. Peabody, Jesus Christ and the Social Question. N. York 02. [N. D. p. 238]).
- (H. Weinel, Jesus im XIX. Jahrhund. [N. D. IX. p. 79]).
- (Dr. Stan. Spis, Rozprava egzegetyczna o pokusach Christusa Pana. Krakow 00. [Č. k. d. XLI. p. 606—07. R. dr. Tumpach]).
- (Dr. Joh. Belser, Die Geschichte des Leidens und Sterbens, der Auferstehung und Himmelfahrt des Herrn. Freiburg. [Hl. XXI. p. 760]).
- Lad. Dvořák, Lukáš. S. Lucas evang. O. N. S. XVI. p. 443—44.
- Lad. Dvořák, Matouš. S. Matthaeus evang. O. N. S. XVI. p. 993—94.
- Lad. Dvořák, Marek. S. Marcus evang. O. N. S. XVI. p. 827—28.
- (L' Abbé C. Fouard, Saint Jean et la fin de l'age apostolique. Paris, [Č. k. d. XLVI. p. 286—87. R. J. Hanuš]).
- Lad. Dvořák, Sv. Pavel apoštol. S. Paulus apostolus. O. N. S. XIX. p. 245—47.
- Václav Oliva, Osten těla sv Pavla. Stimulus caruis s. Pauli. Hl. XIX. p. 204—05.
- Dr. Ant. Podlahá, Stimulus carnis u sv. Pavla. Stimulus carnis apud s. apost. Paulum. Č. k. d. XLIII. p. 505—06.
- (Ep. dr. Michael Napotník, Sv. Pavel, apostol sveta in učitel narodov. Maribor 04. [Č. k. d. XLVI. p. 408—09]).
- Marie, osoby biblické. Mariae, personae biblicae. O. N. S. XVI. p. 842—43.
- Jášek Adolf, Panna Maria v Novém Zákoně. B. V. Maria in N. T. »Matce Boží«. Olomouc 04. p. 55—66.
- Dr. Jan Sýkora, Učení o neposkvrnění početí P. Marie ve spojení se základními pravdami zjevenými a s dílem vykupitelským. Doctrina de Immaculata conceptione B. Mariae V. in connexu cum fundamentalibus veritatibus revelatis et opere redemptionis. Mariánský Almanah. Praha 05. p. 5—31.
- Josef Foltnovský, O jiné Maria. De nomine Mariae. »Matce Boží«. Olomouc 04. p. 67—70.

Dr. Jan Sedlák, Sv. Josef pěstoun Páně v apokryfních evangeliích. S. Josephus, custos Domini, in apocryphis evangelii. C. k. d. XLI. p. 161—68.

Fr. Grivec, Z biblicko-patristické literatury ruské. Ex Russorum litteris patristicis atque ss. Litteras spectantibus quaedam propo-nuntur. C. k. d. XLVI. p. 86—90.

Fr. Stejskal, Jerusalemský chrám zničen Titem úmyslně? Templum Hierosolymitanum a Tito deletum consulto? Č. k. d. XLVI. p. 175—76.

Dr. Fr. Kryštufek, Poslední pomazání. Biblicko-dějepisný rozbor. Extrema unctio. Č. k. d. XLIII. p. 1—5, 98—102, 159—63.

(J. Hastings, Dictionary of the Bible. Edinbourg. [Č. k. d. XLVI. p. 959. R. Jos. Valenta]).

Česká Mysl 1905. (VI.) Praha (Vinohrady). Publicatio periodica philosophica.

Duae commentationes hoc anno insunt, quas cognoscere theologi interest. Prior est de Kantii philosophia religionis (G. Tichý, Filosofie náboženství u Kanta) p. 13—24; 96—113. Ibi docemur Kantii meritum in eo maxime fuisse, quod nec empirica nec transcendentia ratione mentem quicquam efficere posse ostendit. Veram theologiae doctrinam eius refutatione in onine tempus exclusam esse, solius philosophiae religionis copiam dari, non religionis philosophicae (19). Ontologicum argumentum falsum est, cosmologicum in ontologico nititur, physicoteologicum nihil evincit nisi mundi effectorem potentem et mundum esse contingentem (cf. p. 136). Alia argumenta non sunt (20—22). »Haec est censura argumentorum, quae historia philosophia, religio praebent, quibusque mens humana facillime decipitur«. Ratio, quam Kant init, ut religionem tamen salvaret, auctori non probatur. Tam violente ac plene ratio a fide divelli non potest (100). Si ideae morales innatae sunt, nonne haec ipsa est ratio negandi legislatorem? Neque enim formarum temporis auctor quaeritur. Hinc efficitur, ut in noëtica huius temporis iam non sit locus Deo: empiria nihil de eo refert (104).

Contra vel in ipso arguento ontologico refellendo appareat in Kant inopia scientiae historicae: cartesianum et anselmianum confunduntur, s. Thomam idem alio arguento compensasse negligitur. Simul magna solemnitate centesimo repetitur omnem propositionem exsistentialem esse syntheticam, verbo esse non existentiam exprimi sed meram praedicati ad subiectum relationem. Si vel Platonis Parmenidem legisset, formale verbum »esse« a reali discernere didicisset. Praeterea ex falsis principiis falsa consequantur necesse est. Kantii censura profecta est a quaestione, sintne iudicia »syntheticia a priori« possibilia. Cum enim Hume relationem inter causam et effectum negasset¹⁾, Kant veritatem cognitionis ita salvare conatus est, ut principium causalitatis principio identitatis insereret et ita — in speciem — in subiectivo cognitionem realem tutam redderet. Verum quaestio illa de iudiciis syntheticis a priori — quidquid ipse respondit — ipsa ostendit, quantopere confuderit diversas notiones. Sed non est hic locus, ut de his rebus loquamur; sufficient haec pauca.

¹⁾ Secundum Hume immediate evidens est solum principium identitatis vel contradictionis; hoc indicium est analyticum, „ratio pura“. Unde Hume principium causalitatis stabile esse negavit. Causam enim esse rei aliud aliquid cognosceretur aut a priori, lege cogitandi, aut a posteriori experientia. Sed secundum legem identitatis e notione nihil deduci potest nisi quod in ea contentum, cum ea identicum est, ergo non aliud; experientia vero nihil praebere nobis potest nisi unum post aliud; ex post facere propter error est, quo assueti sumus, ergo nulla est cognitio realis.

Posterior commentatio est de quaestione noëtico-theologica in Platonis philosophia (J. Kratochvíl, Noeticko-theologická záhada ve filosofii Platonové). Neque in hac eum omnibus rebus consentire possumus. P. 411—2 exponit Platонem criterium veritatis statuisse evidētiām. Nec sensatio ad veritatis cognitionem sufficit nec subiectivismus seu skepsis sophistica; tamen certe possibilis est cognitio et acquiritur reapse notionibus universalibus.

Sunt haec elementa ex Theaeteto, sed minus bene explicata. Plato docet ibi nec ex ipsa sensatione nec ex ulla operatione, quae in illa sit (ex visis eorumve coniunctione) cognitionem oriri posse. Ita enim haeremus intra fluxum naturae rerum continuum. Immo, si in nobis non esset notio similitudinis, non possemus duas res similes esse cognoscere; notio igitur, universale condicio absoluta est cognitionis rei singularis, sensationis. Qui notionem iudicat aliquid mere formale et res singulas, quae sensibus percipiuntur, solas reales, ei in referendis diversis notionibus (velut unitatis, multitudinis similitudinis, dissimilitudinis) ad rem eandem nihil est negotii. Cogitatio ita salvata videtur esse, reapse tamen veritas cogitationis perdita est, philosophia evasit dialectica sophistica. Res singularis facile et unitatis (ex una parte) et multitudinis (ex altera) particeps esse potest; at, si notionem qua notionem (redupl.) sumimus, diversitas fit incompatibilis contrarietas: quomodo enim unum qua unum simul multum poterit esse? Quodsi id esse nequit, estne ponendum solum alterutrum, unum aut multum, an utrumque mittendum itaque existentia notionum universalium neganda eaque mere formales habendae? Hoc qui ponit, constantiae causa conclusionem Antisthenis amplectatur (Soph. p. 251, B)! Plato autem contra Antisthenem veram definitionem τοῦ λόγου statuit, quia p. 260, A ipsam philosophiam contineri dicit, postquam iam pag. 253, A diserte monuit in ea quaestione totum versari²⁾. Ο λόγος οὐκ ἀνομάλει μόνον, ἀλλὰ περάνει τι; λόγος, propositio, non est idem ac iudicium (δόξα), quod componitur subiecto et praedicato, sed est coniunctio nominis et verbi. (Cf. Classen, De gramm. Graec. primordiis p. 45). Repetitum ἐν ἐν non sufficit, aliud aliquid, distinctum ab illo ἐν, accedit necesse est, verbum ἔστι, ut cogitatio procedat; id dialogo »Parmenide« ostenditur. Oratione igitur, λόγῳ, qui ut est nominis cum verbo coniunctio et ut a formalis sua ratione (a δόξᾳ) differt, summam contrarietatem dialecticam categoriarum τοῦ esse et motus superatam continent, scientia dialectica (νόησις) firmatur. Doctrina de recordatione non est nisi mythica forma sententiae de nexu cognitionis singulorum hominum cum mente universalis, quae in λόγῳ sita est. Non dicimus Platонem traditionalistam fuisse, absit, sed certe, saltem inscius, illud respicit — quod multi negligunt — quod singuli homines non sunt sibi solis commissi, sed contra unumquemque »venientem in hunc mundum« (Görres in Praef. ad Sepp, Leben Jesu) et mentis compotem oratione iuvante evadentem, stat oratio ipsa (imprimis aliqua lingua [vel nutus, si placet], quae tamen nihil est nisi concreta species ipsius orationis) ut totum organicum absolutum atque perfectum, quod suae conformatio[n]is legem a singulis non dependentem nec perturbabilem in se continet³⁾. Quod enim singuli intra hanc legem et conformatio[n]em aliquam vim ad orationem habent, non magis reddunt eam a

²⁾ Dialogus, qui vocatur Sophistes immediate coniunctus est cum „Theaeteto“, unde illa Platonis principia noëtica exposita sunt.

³⁾ Die Sprache ist jedem einzelnen gegenüber eine absolute Autorität, ein objectiv gegebenes σοφόν, ein fertiges organisches Ganzes, das sein Bildungsgesetz in sich trägt, in seiner Entwicklung von der Willkür und der vorbedachten Einflussnahme der Menschen unabhängig ist, und jeden einzelnen, will er unter die Vernünftigen gezählt werden, absolut bindet. J. Justus, Das Christenthum im Lichte der vergleichenden Sprach- und Religionswissenschaft. Wien 1883. S. 15. 74. etc.

cogitatione particulari sua dependentem, quam lex organica crescendi in herbis dependens redditur ab homine, qui aliquomodo eam regere potest^{4).}

Hae sententiae, in quibus receptis (nisi quod loco orationis aliquid magis indeterminatum ponebant, »lumen divinum«, etiam scholasticae noëticæ vis tota vertitur⁵), Platoni sunt vindicandæ, prout, quantum hic licuit, ex eius scriptis probavimus. Res certe facilis non est, ideoque auxilium aliorum auctorum, qui in Platone exponendo desudarunt, minime spernendum.

P. 417 auctor dicit Platonis »notiones ontologizantis« summani ideam non esse ens eleaticum sed ens »par excellence«. De ontologizatione notionum dixeris Kantianum vel Hegelianum scripsisse; si ideæ non sunt aliquid reale, perii cogitatio nostra. — Et Socrates (ap. Xenophon., Memorab. I., 6, 14: τῶν περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων τοῖς μὲν δοκεῖν ἔν μόνον τὸ ὄν εἶναι τοῖς δὲ ἀπειρα τὸ πλήθος καὶ τοῖς μὲν δεῖ κινεῖσθαι πάντα, τοῖς δὲ οὐδὲν ἀν ποτε κινηθῆναι) et Aristoteles (Met. IV., 3. 1004. b, 25: καὶ πάντα ἀνάγεται εἰς τὸ ὄν καὶ τὸ μὴ ὄν καὶ ἐν καὶ πλήθος, οἷον στάσις τοῦ ἐνός, κίνησις δὲ τοῦ πλήθους . . .), maxime vero Plato duo suprema statuerunt unum et multum, quam contrarietatem ad altiorem reduxerunt entis et motus. Unde Plato, postquam statuit et unum et multum et ens et motum habenda esse realia (καὶ τὸ κινούμενον δὴ καὶ κίνησιν συγχωρητέον ὡς δύτα. P. 249, B), ut unum habeatur principium — duo enim ultima principia admitti non possunt — in superanda hac differentia per dial. Sophisten desudavit et labravit. Unde patet non posse dici Platонem docuisse summam ideam esse ens »par excellence«.

Platonis argumenta, quibus Dei existentiam probabat, non omnia esse firma verum est; sed ipse id sensit ac professus est. At quod Platonis doctrina de Deo semipantheismus (quod tenuerit mentes finitas

⁴⁾ Si quis rei momentum declinare vellet opinione orationem paulatim esse ortam activitate individuali, ita ut tantum suboles auctorati orationis subiecta sit, ei respondendum est: 1. opinionem tales empiria dissolvi, cum omni vera inquisitione grammaticorum perveniat ad singulorum linguarum generum conformatiōnem eo magis evolutam, quo ulterius retroiur, usque ad terminum quandam, ubi compluribus linguae generibus inter se derupte separatis occurritur, quorum origo nequit explicari transitu unius ex altero, et quorum originis ex oratione prima explicatio aut renuntietur oportet aut per analogiam chemicæ resolutionis electrica percussione factæ tentari potest, in quo convenientia scientiae cum revelatione manifesta est: 2. eandem opinionem logice teneri non posse, cum redeat in fine ad famosam illam explicationem originis linguarum ex convento, 3. eandem denique nihil prodesse, quia nisi merum easum in conformanda oratione ac linguis ponere audeamus, operatio singulorum aliter numquam cogitari potest quam exprimens legem conformatiōnis, qua determinatur, itaque iterum oratio vel saltem lex cogitandi eā expressa cogitationem singulorum absolute determinat. Cf. etiam K. Werner, Fr. Suarez II., p. 214. ss.

⁵⁾ Die Scholastiker meinten, daß die göttlichen Ideen von den Weltdingen, und speciell von den Formen der materiellen Welt, gleich unmittelbar in doppelter Weise nach außen ausgestrahlt werden, einerseits durch Verwirklichung ihres Inhaltes in der Materie, anderseits durch Nachbildung ihrer selbst in der Intelligenz der Engel, während sie der menschlichen Intelligenz erst durch das Zusammenwirken des göttlichen Lichtes und der äußeren Objekte eingebildet würden. Scheben, Handb. d. kath. Dogm. § 139, n. 194. Cf. Augustinus, De Trin. I. 12, c. 15. »Credendum« est mentis intellectualis ita conditam esse naturam, ut rebus intelligibilibus naturali ordine disponente conditore subiuncta, sic ista videat in quadam

ac Deum esse idem) et dualismus (quod materiam aeternam posuerit) appellatur, summa ei iniuria infertur. Auctor Zellerum secutus omnino neglexisse videtur quae Ritter, Susemihl, Michelis, alii scripscrunt; certe hic (Die Philosophie Platons II., 287) bene ostendit eum, qui Platoni doctrinam de aeternitate mundi tribuit, committere »eine directe und vollständige Eutstellung des platonischen Standpunkts«. Sane ipsa opera, quam in ea re impedit, testatur eum secundum intentionem mentis suae nolle mundi aeternitatem admittere. Id quidem negari nequit cognitionem Dei, quam Plato habuit variis obscuritatibus subiectam fuisse; sed non docuit, quae superare non potuit, quamvis superare voluerit. Ita verum est etiam Platonem, cum de diversitate inter spirituale et materiam ageret, sub membro priore complexum esse et absolutum et relativum; sed praeterquam quod paene idem committunt etiam nonnulli dogmatici christiani, qui a Deo eodem modo removent materiam, quo a spiritibus creatis, cum tamen Deus et virtualiter et eminenter eam in se contineat, angeli non item — Plato in dial. de re publ. ens absolutum ponit supra diversitatem τοῦ esse et τοῦ cognoscere ita, ut simul insit in eo principium cognitionis, cognitionis, mentis, quod similiter, ac sol lucem diffundit corpoream, sit fons lucis spiritualis (P. 509, B).

Opinio, qua auctor in fine (422) dirimere conatur controversiam, tenueritne Plato ideas extra Deum an in Deo, praemissis respondens, felix non est. Platonem enim in ente absoluto, in quod spatiis aut temporis rationes cadere negavit, quicquam iuxtapositi collocasse quis dixerit?

Platonis et universae historiae philosophiae studium numquam satis commendari laudarive potest. Quapropter etsi auctori etiam in maioribus rebus assensum negavimus, tamen industriam eius in re optima collocatam omnino agnoscamus. Florent, crescant haec studia! Id saltem omnes nos optamus, qui veritati catholicae non timemus nec philosophiam christianam iam absolutam exactamque esse opinamur et progressui scientiae etiam catholicae intendimus. *J. Vlk.*

Časopis katolického duchovenstva. 1905.

J. Vajs, Úcta neposkvrněného početi B. Marie P. v liturgických knihách hlaholských (*Cultus immaculatae conceptionis B. Mariae V. in liturgicis libris glagoliticis*). p. 1–6. Hac commentatione quomodo B. V. ab eis, qui glagolitica liturgia utebantur, in genere culta, et praecipue eius immaculata concepcionis celebrata sit, ostenditur; quid festi huius obiectum fuerit, aliunde constare supponitur. Primum enumerantur festa B. M. V. secundum codicem anni 1371 et cum posterioribus conferuntur; deinde agitur de missis votivis in honorem B. M. V. — duarum sequentiarum textus ex glagolitico missali a 1483 typis exscripto formis latinis repetitur —, tum de officiis votivis breviariorum glagoliticorum. Quo facto liturgia festi Immaculatae Conceptionis describitur. Novum certe est hoc festum in breviario quodam a. 1561 ritu duplicis cum octava ornatum esse. — Eiusdem immaculatae conceptionis iubilaeum etiam alterius commentationis occasio fuit:

luce sui generis incorporea, quemadmodum oculus carnis videt, quae in hac corporeal luce circumadiacent, cuius lucis capax eique congruens est creatus.“ Cf. De Trin. I. 9, c. 7. Etiam processus, quo eo pervernerunt, similis fuit Platonicus; cf. Augustinus, Qu. 83, q. 9 (quod antem non manet, percipi non potest); Henricus, Summ. art. 1, p. 2; Qnodl. 5, q. 4. (Notitiam veritatis certam et infallibilem nemo habet, nisi habeat, unde possit discernere verum a veri simili; quia si non potest discernere verum a falso vel verisimili potest dubitare se falli; sed sine speciali illustratione in ordine ad ideas seu exemplaria increata non potest discernere verum a verisimili) etc.

A. Špaldačk, Řečtí Otcové církevní o neposkvrněném početí Panny Marie (Patiens graeci de immaculata Deiparae conceptione). Ab auctore imprimis (p. 12—14) contra adversarios huius dogmatis notatur veritatem doctrinae affatim probari miraculis, quae ad Lourdes evenerunt et sequi ex praemissis revelatis, etiamsi ipsa revelata non esset: nam etiam secundum Russorum theologos infantes, dum nascuntur, non sunt puri nec innocentes coram Deo. Deinde (p. 14—16) argumento, quod ex Apoc 12 sumi solet, testimonii patrum et symbolico usu obiter illustrato eiusque vi explicata, de obiecto festi Immaculatae Conceptionis inquiritur et Russorum (Lebedev, Sil'vestr) opinio refutatur. Pars reliqua in investiganda traditione theoretica versatur. Ibi plurimis testimonii probatur Mariam fuisse benedictam — non maledictam, maledictione parentum generis humani non contactam (160); non propter peccatum originale aut poena inde contracta esse mortuam, ut ceteri homines moriuntur, sed ob eandem rationem, ob quam Filius eius mortem oppetiit (161—3); etiam quatenus reliquorum vitae citerioris malorum particeps fuit, Mariam similiter iuribus suis renuntiatis ad nos descendisse ac Verbum ipsum (163); in eadem nihil fuisse improbitatis hominibus omnibus communis (eius rei causam fuisse ipsius virtutem praescitam, non Dei gratiam praeservantem, sine qua nostri similis evasisset, auctori in populari Mariologia »Kritika katolické nauky o P. Marii«, Pragae 1905 probabilius videtur); item ab ea omnem concupiscentiam afuisse (330); propterea etiam originem et conceptionem eius fuisse sanctam, non ex voluntate carnis sed ἐν θεῷ, etc.; infantem modo genitum puritate, gratia, sanctitate vel angelos superasse eam Dei similitudinem consecutum, cuius homines post lapsum expertes fuerant (333—4); non creatam sicut cetera sed modo singulari aedificatam a Deo Deiparam et ex gratia contextam — filiam Dei κατ' ἔξοχίν appellari. filiam κατὰ πνεῦμα ἀγιούντης (336—7). Deinde copiose auctor ostendit B. Virginem prius salvatam esse quam nos et cum Filio nostram salutem operatam esse; etiam inde subtili arguento probat merita Christi ei ipso vitae initio applicata esse (459—464). Denique in vim nominis ἡ πανάρωμος et siuilium secundum Dom. Palmieri inquirit et patrum manifesta testimonia de eadem Deiparae immunitate ab omni labe (ἀμαρτίᾳ, φθορᾷ etc.) eiusque solius, qua puritate etiam angelos superaverit, exponit.

Commentatio haec differt a similibus in litteris periodicis et alias editis eo, quod scrupulose ex copia testimoniorum, quae afferri solent (additis nonnullis rarioribus et quae alibi non invenimus) ea seliguntur, quae revera firma et ad persuadendum apta sunt, eaque graeca omnia, et singula ponderantur, quidque et quomodo id efficient, examinantur, et quae opponi possent, praecaventur. Quomodo auctor in testimonii seligendis processerit, cum multa omissa (velut Deiparam sanctitate angelos superare), tum ea, quae p. 464—5 de arguento quodam (ex comparatione cum terra virgine) adnotat, ostendunt. Graecis admixta sunt etiam alia orientalia antiquiora, velut insigne illud ex breviario syr. p. 162; nonnulla alia fortasse commentatio L. Šayhō (Dogma Immaculatae conceptionis in ecclesiis orientalibus) in arabico periodico »Oriens« 1904 (Bayrūt) ei praebuisse, quam nullibi allegat. Item L. Kösters, Maria die unbefleckt empfangene, Regensburg 1905, E. Bishop, On the origins of the Feast of the Blessed Virgin Mary, London 1904 non afferuntur; ad adnot. 19) etiam Bessarione 1904, II. (fasc. 80. p. 92—102 allegari potuit. Quod testimonia omnia lingua et verbis ipsorum testium afferuntur magnopere laudandum est; id quod e. g. testimonii ex apoer. de transitu B. M. V. adnot. 84) vim consuetam immutavit, aliorum testimoniorum (velut adnot. 105) satis auxit; aliquando etiam coniecturae textus tentatae sunt (adn. 74). Omnia allegantur secundum Migne, columna et littera accuratissime indicatis. Dolendum tamen est, quod auctor brevitatim nimis studet, adeo ut nisi lector bene attendat — e. g. ad intervalla litteris interiecta

— vis argumenti praeterire eum possit; velut p. 333 adn.⁷³⁾ verbum τέστα probat textum non posse intelligi de puritate virginis post partum, quae velut connexa cum imagine Deiparae in eius nativitate tantum commemoretur; cf. p. 336 θεόνυμφος. Ex mendis adnotamus p. 332 adn. 65 annum Menaei slavici manuscripti 1905 loco 1095; adn. ⁷⁶⁾ loco sijušči legendum est si(?)jušči.

(Reliqua deinceps persequemur.)

A. Fux, O tajné mluvě v mythech a při obrádech hellenských (De arcana allegoria in fabulis et caerimoniis graecis). Pragae 1905; p. 175.

Cum liber hic, licet et ad apologeticam et ad introductionem in V. T. aliquo modo pertineat, proprie theologicus nostra notione sub verbo subiecta non sit, paucis eius argumentum adnotare satis habemus. Auctor mythologiam graecam reducere conatur ad imagines et involucra (»kryty«), quibus nucleus quidam tegatur, quem Graeci antiqui bene noverant, quique ad eorum »mysteria« pertinebat. Opinionem caeli, quo iusti ex his vineulis emissi ferantur, expressi nomine semitico p.ri'-oseph = fructus messis, quod versum est in Graecum ἡγ-ἀμητίρ (messor hordei) et explicatum verbis πλοῦτος et κόρος (aegypt. Hu et Sa), a Graecis immutatis, ne nomina sacra rei arcanae usu profano vilescerent, nominibus (Ἀη-μήτηρ = mater quaerens, Κόρη, Ηλούτων, p.ri'-asaph = filiae raptus), obvolutam esse fabula de matre filiam quaerente (44–5). Nucleus mythi de Artemide nihil est nisi morale praeceptum de iustitia servanda (sem.m'oz.najim = trutina; unde Amazones etc.). Amazonum pugnae significabant Graecis trutinam, qua opera vitae post mortem ponderantur (69). Cum in sepulero vas cum imagine venationis apri Caledonii ponebatur, prudentibus prosperi iudicii de homine defuncto exspectatio significabatur (67). In imagine quadam in urna marmorea, in mus. therm. Romae asservata, hieroglyphice legit porcum (ὅρθαγοπόκος – ὅρθως ἀγορεύω) et de confessione facienda ab eis, qui mysteriis initiantur, interpretatur (cf. Plutarch. [?], Apophthegm. lacon. de Antalcide et Lysandro; Etymologicum Gud. p. 594). Imagine ea summam mysteriorum adumbrari arbitratur = sacerdotem monere initiandum, ut a vitae pravitate desistat, sincere peccata sua confiteatur, eaque in posterum evitet; post mortem, si labes eius evanuerint, fructum operum suorum eum percepturum esse (p. 38–40, 142).

Laudandum est auctoris studium Graecorum fabulas cum pietate et religione eiusdem gentis componendi et conciliandi. Quod num ei contigerit, alii iudicent. Certe tamen quae de Pentateucho dicit (95–6), quem corpus exemplorum ad illustrandam doctrinam illam de terreno emolumento bonorum operum esse putat, itemque eius opinio de non desituro mundo, quia nondum desierit, quod logice (!) conclusum esse credit (136–7) — falsa et inania sunt. Forma dialogi usus est modo parum ingenioso aut commodo.

BULGARICA.

Biblioteka. Priloženie na (Supplementum ad) „Cerkoven Věstnik“ fasc. XIII—XV. Sophia 1905. Pg. 200; lev (franc) 1.

Supplementa ad »Cerkoven Věstnik« (de quo iam aliquoties rettulimus), unoquoque anno prodeuntes, generatim magis quam folium „C. V.“ ipsum scientiae theologieae sunt dicatae. — Hoc anno elucubrationes characteris scientifici dimidiā fere supplementi partem explet. —

I. N. G. *commentatione sua De eruditorum ad ecclesiam relatione* (pg. 3—20) eruditos qui ecclesiam religionemque impugnant ad concordiam cum sacerdotibus invitat. — St. Cankov sub inscriptione, *Biblia et Babilon* (21—42) statum huius quaestio[n]is clare exponit. — M. S., *Kratъk istoričeskо-psihologičeski očerk za svěstjta Brevis historico-psychologicus tractatus de conscientia*, pg. 43—75. Auctorum classicorum et Patrum usque ad saec IV. (incl.) de conscientia doctrina exploratur et evolvitur. Res tractatur maxime secundum „*Pravoslavnyj Sobesednik*“ a. 1902. (auctor aut titulus non indicatur), secundum auctores russicos atque germanicos (protestanticos, qui omnes secundum versiones russicas allegantur) „*Quaestio de conscientia* — sic auctor concludit — ciusque natura et essentia in litteris patristicis non multum tractabatur, quia primis saeculis christianis quaestiones dogmaticae moralibus praevalebant; theologi magis in Deum ratione cognoscendum quam in hominis ad Deum relationem inquirebant“ (74). Hanc conclusionem arbitriam esse, patet. Tota dissertatio non videtur multa auctoris propria continere.

D. Cuhlev, *Iz Vidinskata agiologija*. — Prěpodobni[ij] Romil (Ex hagiologia Vidinensi. — S. Romil) pg. 85—111. Commentatio haec valde erudita magnoque apparatu scientifico-critico adornata, historiam et mores ecclesiae bulgaricae saec. XIV. illustrat. Auctor aliquoties ad suam „*Historiam Ecclesiae Bulgaricae*“ typis nondum editam provocat; commentatio praesens opus hoc edendum optime commendat.

D. M. *Molitvenník* ot XIV-to stolětie (Liber precum e saec XIV.) 112—119. Librum manuscriptum, qui 286 foliis 4⁰ constat, auctor apud sacerdotem Cvětko Georgiev in urbe Panagjurišče invenit. Pars prima varios ordines (poslědovanija) et ritus cum precibus continet (velut benedictionem aquae, ritum baptismi, ordinem sepeliendi etc.). Inter precationes quaedam ignotae originis turbulentis saec. XIV. condicionibus eximic respondent; auctor unam ex precationibus, quae regem (car) Bulgariae Joannem (ut opinatur auctor Joannem Šišman) memorat patriarchae Euthymii (cf. Sl. l. th. 1905, 171—172) esse existimat. Sequuntur omnia troparia paschalia, quae imprimis philologorum studiis digna sunt. — Pars posterior manuscripti momento historico priores superat. Ibi variis canones disciplinares et poenitentiales inveniuntur, qui disciplinam ecclesiae populique mores saec. XIV. illustrant. Pro variis furtis (frumenti, ponorum, gallinarum etc.) fixa est poena ieiunii nonnullarum hebdomadarum vel mensium, fures in hospitium recipientes eosque iuvantes poenam per totum annum dant; qui venumdant vinum admixta aqua corruptum ieiunio 6 mensium, mulier procurans sibi abortum ieiunio 5 annorum, saga (Věščica) ieiunio 3 annorum puniuntur etc. Ex his exemplis iam patet manuscriptum laudatum revera magni esse momenti in historia ecclesiastica; quapropter cum auctore desideramus ut saltem partes eius potiores typis edantur.

V. Tupuzov, *De confraternitatibus (bratstva) sacerdotum* (142—157) agens sacerdotum confraternitates, quae populi instructionem

pietatisque incrementum et librorum ad id aptorum editionem et alia utilia promoveant, commendat.

Reliquae commentationes (Quid homo sit? De miraculorum Chi ad leges naturae relatione. — De philosophis saec. XIX. religionis defensoribus) ex lingua russica translatae sunt. Dr. F. X. Grivec.

Сърковен Вестник 1905 Nr. 29—45.

Nr. 30—31. G. V. Angelov: Razprostranieto na Hristianstvoto v Makedonija i v sъsедните i strani (Divulgatio religionis christiana in Macedonia regionibusque finitimis (pg. 354—357; 364—367). — De initiis religionis christiana in Macedonia inde ab ap. Paulo auctor breviter quidem, tamen critice et scientifice exponit. Primo loco de Thessalonica, de episcopis et sanctis Thessalonicensibus narrat (usque ad tempus ss. Cyrilli et Methodii). Sequitur descriptio religionis christiana ciusque institutionum in urbibus: Philippi, Boerea, Dyrrhachium, Nicopolis, Sardica e. a. (pg. 364—366). Denique breviter de conversione Bulgarorum et Slavorum narratur (366—367). G. V. Angelov, ut ipse fatetur potius breves adnotationes quam tractatum historicum conscripsit, nihilominus eruditioem admirandam ostendit, permultos fontes historicos totamque litteraturam ecclesiastico-historicam hue pertinentem respicit et enumerat. Auctoris adnotationes magni pretii sunt, cum nullibi tanta copia fontium ac litteraturae historico-ecclesiasticae de Macedonia et Bulgaria collecta et iudicata inveniatur.

Nr. 31. — G.: »De condicione exarchatus Bulgarici« (361—363). Auctor de magna Bulgarorum, exarchati Bulgarico subiectorum, in Turcia vexatione conqueritur.

Nr. 34. — D. M. pg. 402—404. sermones publicos de religione christiana quaestionibusque cum religione christiana connexis ut Bulgaris valde necessarios commendat. — Similiter G. nr. 35 (pg. 409—410) prædicationem verbi divini commendat.

Nr. 35. — I. M.: De iudicio ecclesiastico et processu canonico in causis divortii iuxta leges matrimoniales ecclesiae Bulgaricae (pg. 414—418). Res matrimoniales »Consilio Eparchiali« (Eparchialnija Sъvѣt) et »S. Synodo«, inter se non obnoxii aut dependentibus, subiectae sunt. Causa scripto iudicanda est »Consilio eparchiali«, ubi dies statuitur, qua accusator et reus coram »Consilio« comparere debent. Processus iudicialis non est publicus, tamen 4—6 personae cognatae ex utraque parte adesse possunt. A sententia »Consilii Eparchialis« ad »s. Synodum« appellari potest.

Nr. 40, p. 471—473 Dr. S. Cankov denuo sermones publicos de quaestionibus religiosis ac theologicis commendat.

Nr. 40—41. — I. M. Principium et fundamentum systematis religionis catholicae (pg. 476—479; 486—488). — Ut Bulgari contra »propagandam catholicam« muniat, auctor varia protestantium et Russorum contra ecclesiam catholicam commenta enumerat, quae fere omnia de libris Russorum: Lopuhin, N. I. Bѣljaev (Osnovnoj principijskago katolicizma — Kazan' 1895), Kirčevskij, Ivancov-Platonov, deprompsit. Quibus obiter perlustratis concludit: Systema religiosum catholicum nec est iudaismus, ut nonnulli, nec paganismus, ut alii opinantur, nec pelagianismus aut obiectivismus, nec rationalismus, sed »absolutismus papisticus«, qui natura sua sistema tyrannismi et absolutismi spiritualis est.

Nr. 42—43. — I. S.: De constitutione et regimine ecclesiae Bulgaricae (pg. 497—498; 507—8). Contra anonymum »klirik«, qui in ephemeride bulgarica »Prѣporec« (nr. 63—64) »S. Synodum« bulgaricam ut institutionem non canonicam impugnat, auctor regimen ecclesiae Bulgaricae ut vere canonicum defendit, qua in demonstratione eruditioem theologiam non exignam ostendit.

Praeterea fere in quolibet nr. de orationibus religiosis ac theologicis publicis, de praedicatione verbi divini de oratoribus ac missiōnariis »peregrinantibus« et similibus exponitur, quae ostendunt, quaestione de praedicatione verbi divini variis modis, variis coram auditoribus, nunc in Bulgaria esse »actualem«.

G. R.

CROATICA.

Iv. Tkalčić, Slavensko Bogoslužje u Hrvatskoj. Zagreb 1904.
p. 124. (*Historia liturgiae slavicae in Croatia*).

Quae dnobus primis capitibus exponuntur, nova non sunt nec ab ipso auctore explorata. Agitur ibi de ss. Cyrillo et Methodio (cuius vitam a Gorazdo conscriptam esse ponitur) et de historia liturgiae slavicae in Croatia universa. Tertio capite Tkalčić exponit historiam eiusdem liturgiae in dioecesi Zagrabensi. Duh Bohemum, qui primus episcopus fuit renovatae a Ladislao rege (a. 1003) dioecesis Zagrabensis seu, ut antea vocabatur, Sisacensis, monachum ante fuisse dicit ad Sazavam in Bohemia; unde eum a Spytlhněv principe (a 1055) vel a Břetislav II. (a. 1092) cum aliis monachis expulsum esse in Hungariam. Liturgiam slavicam in hae dioecesi diu floruisse (usque ad 1743) documentis certis demonstrat.

Quarto capite narrat de desideriis et conatibus restituendae in Croatia liturgiae slavicae. Denique quinto capite agit de glagoliticis libris liturgicis. Appendix instar addit indicem oppidorum, parochiarum, locorum in dioecesi Zagrabensi, ubi liturgia slavica lingua peragebatur.

A.

Josip Juraj Strossmayer, biskup bosansko-djakovečki i sriemski. God. 1850—1900. Posvećuje mu svećenstvo i stado prigodom njegove petdesetgodišnjice biskupovanja u Djakovu 8. rujna 1900. U Zagrebu 1900—1904. Tisak Dioničke tiskare. — (*Josephus Georgius Strossmayer*, episcopus bosniensis, diaconensis et sriemensis (1850—1900). Dedicat ei clerus et populus occasione eius iubilaei quinquaginta annorum episcopatus Diacovii 8. septembri 1900. Zagrabiae 1900—1904. Typis societatis typographieae.) Mag. 4⁰, 965 + XI pag. Cum compluribus imaginibus.

Strossmayer, episcopus diaconiensis, qui 8. aprilis 1905 diem supremum pie obiit, de dioecesi neenon de patria sua optime meruit, quod eo facilius ei erat, cum per 55 annos sedem episcopalem tenuerit, atque egregio spiritu religioso et ecclesiastico neenon sufficientibus facultatibus materialibus praeditus fuerit. Gratissimo corde clerus et populus beneficia episcopi sui agnovit et libro praesenti tunc usque viventem maxime honoravit.

Liber in tres partes divisus est: I. de Strossmayeri episcopatu, II. de eius vita publica quoad populum croaticum et Slavos, III. de eius administratione honorum temporalium. Ad nos maxime pertinet pars I., quae sequentia capitula habet: 1. Vita episcopi inde a pueritia — 2. Consecratio episcopalnis, 3. Inthronisatio Diacovii (29. septembri 1850), 4. Episcopus uti sacerdos magnus, 5. Fundationes episcopi.

6. Seminarium episcopale, 7. Seminarium puerorum, 8. Episcopi verba de vocatione clerici (quattuor proprietates clerici: solida scientia, tenera in Deum pietas, zelus domus Dei, orationis studium), 9. Episcopus de praedicatione verbi divini adultis, 10. Episcopus ordinat catechizationem parvulorum, 11. Episcopus praedicat. 12. Episcopus sacerdos magnus quoad cultum Dei, 13. Episcopus in itinere canonico. 14. Episcopus concordia coniunctus cum clero et cleris cum episcopo, 15. Administratio spiritualis episcopi, 16. Episcopus et vita christiana in dioecesi, 17. Episcopus et opus litterarum in dioecesi, 18. Episcopus et monasterium sororum misericordiae, 19. Episcopus et schola nationalis, 20. Episcopus et iuventus scholarum mediarij, 21. Tres sermones ad universitatem croaticam. 22. Episcopus et papa Pius IX. 23. Episcopus in concilio oecumenico in Vaticano (de qua re ulterius mentio fiet). 24. Episcopus et papa Leo XIII. 25. Episcopus et institutum s. Hieronymi Romae, 26. Ecclesia cathedralis, 27. Ecclesiae per dioecesim.

Strossmayer a nonnullis „liberalis“ appellatus est et id propter sermonem contra infallibilitatem papae in concilio Vaticano habitum, qui corruptus in lucem editus est. In epistola pastorali 4. februarii 1895 data contra hanc suspicionem ipse Strossmayer scripsit: „Ante 20 annos quidam temerarius sacerdos Americanus confinxit sermonem, quem mihi supposuit. Qui sermo haereticus, scandalosus, revera fructus inferni est. De hac re catholicorum inimici laetabantur. catholici tristitia affecti sunt. Ego autem hunc sermonem falsum esse declaravi. Ille sacerdos moriens sacerdotem, qui eum consolabatur, rogavit, ut mihi scriberet et suo nomine a me remissionem peteret“. Tamen serbicus historicus archimandrita Ruvarac sermonem illum verum esse asseverabat. Qua de re Strossmayer denuo declaravit: „Impossibile est episcopum catholicum talem sermonem enuntiavisse, quia anathematizatus esset.“ Strossmayer oppugnabat quidem opportunitatem declarationis novi dogmatis, nequaquam autem veritatem doctrinae. Eandem sententiam habuerunt etiam alii episcopi iisque optimi, ex. gr.: Mathei, Rauscher, Schwarzenberg, Dupanloup, Darbois, Ketteler, Melchers.

Ex secunda parte libri excerptimus capitulum 13., quod ostendit episcopum Strossmayer de natione Slavorum optime meritum esse. Toto animo et studio omni in id incubuit, ut Slavi non solum unicam quasi nationem constituant, verum etiam ut unicam religionem profiteantur. Qua de re unionis idea ex omnibus eius operibus, scriptis et sermonibus ecclesiasticis elucescit. Post s. Cyprianum atque Augustinum vix ullus episcopus tanta de unitate scriptis et sermocinatus est. Unitatem Ecclesiarum habuit pro praecipuo ac pretiosissimo fructu salvationis. Spes unionis crevit in eo praesertim regnante Leone XIII., qui caritate et benevolentia sincerissima Slavos complectebatur.

Iam primo anno episcopatus sui tempore Nativitatis Iesu magna laetitia fideles suos affecit, cum iis pristinum ins cantandi epistolam et evangelium lingua croatica in omni missa sollemni recuperaverit.

In paschate 1859 primum Romanum profectus est et Pio IX. Slavos, praecipue meridionales commendavit, quod fecit etiam quoad liturgiam glagoliticam a Ioanne VIII. et Innocente IV. concessam.

Rogabat eundem papam, ut liturgicos libros glagoliticos denuo edendos curaret commendavitque, ut Romae vel in Dalmatia seminarium conderet, ubi neosacerdotes linguam palaeoslavicam discerent. Eloquentia et eruditio episcopi Strossmayer effecit, ut papa scriptum eius „pro memoria“ porrectum secretario curiae suae redderet iubens sine mora omnia in hac re possibilia peragi. Libellum supplicem renovavit Strossmayer anno 1864. apud s. Congregationem de propaganda fide. S. Sedes episcopo Strossmayer primam curam redactionis librorum liturgicorum commisit, qui negotium hoc viris peritissimis Francisco Rački, Pavlinović et prof. Joanni Brčić detulit. Aliquamdiu etiam Jagić membrum huius societatis erat. Constitutum est quoad linguam originalem redactionem slovenico-croaticam restituendam esse. Opus ipsum — missale — dirigendum traditum est professori Brčić, qui operā glagolantis (glagolaš) Caroli Parčić utebatur. Mortuo Brčić (1870) et mutato statu publico Romae eodem anno atque mortuo Pio IX. (1878) editio missalis intermissa est. Ast epistola encyclica „Grande munus“ papae Leonis XIII. de 30. septembbris 1880, pactum inter s. Sedem et principem Montenegrinensem anno 1886, qui in archidioecesi Antivariensi liturgiam slavicam introduci volebat, in causa erat, ut res iterum suscepta sit et anno 1893 missale glagoliticum auctore Carolo Parčić in lucem prodierit. Omnia exemplaria brevi tempore divendita sunt, ita ut s. Sede iubente liber typis denuo exscribi debuerit.

Parčić summa laetitia affectus 20. sept. 1893 misit episcopo Strossmayer novum missale, qui 29. sept. ei respondit „Animo libenti audio s. Sedis Romanae favore alteram editionem huius sacri libri praeparari. Quod vero maxima me afficit laetitia hoc praecipue est s. Sedem Romanam pro sapientia et iustitia sua a se reppulisse omnes sine causa tentata et saepe malitiosa consilia, quibus id petebantur, ut nostri libri sacri supprimerentur. Excellenti decreto s. Sedis Romanae finitum est perpetuo tempus, quo saepius per homines, qui ipsam ecclesiam nequaquam magni aestimabant, affirmabatur: linguam palaeoslavicam in occidentali cultu apud Slavos unitati s. ecclesiae adversari, mihiique persuasum est, si temporis decursu secundum dona et signa Providentiae divinae probabile fuerit, per linguam veteroslavicam in sacra liturgia Slavorum ad unionem in s. ecclesia et fide perveniri posse, fore ut Romana sancta Sedes nostram linguam veteroslavicam in liturgia occidentalium Slavorum confirmet, ipsamque sancta benedictione sua in radicem et fontem sempiternum pacificationis et unionis duarum magnarum ecclesiarum transformet.“

Strossmayer plurimos libellos supplices, immo totos fasciculos de lingua veteroslavica introducenda concinnavit, qui in archivis Romae, Vindobonae (in nuntiatura), Bellogradi et Cetinii asservantur, fontesque historici magni momenti esse censemur.

Qua de re etiam clericos suos in lingua veteroslavica instruendos curabat. Anno 1863—4 hoc munere Franciscus Kurelac et deinde professores linguae croaticae, uti Korajac, Becić, Pavić, Pavličić et alii functi sunt.

Eius consilio Pius IX. die 26. februarii 1863 per occasionem memoriae millenariae festivitatem s. Cyrilli et Methodi quotannis die 5. Julii

apud omnes Slavos celebrandam introduxit. Strossmayer clerum monuit, ut hoc festum summa eum sollemnitate omni anno renovaretur. Die 4. febr. 1885 iussit omnibus annis 11. februarii, 6. aprilis et 5. iulii atque per octavas tres Pater noster et tres Ave Maria cum pulcherrima precatio in honorem ss. apostolorum Cyrilli et Methodii atque ad impetrandam unionem omnium Slavorum in fide et in ecclesia orari. Quae precatio in omnibus ecclesiis eius dioeceseos infixa est, ut eam omnes advenientes peragere possint. In epistola pastorali 12. Maji 1898 ordinavit, ut festivitas s. Cyrilli et Methodii, si in diem ferialem incideret, pro foro ecclesiastico quidem die currente sed pro populo dominica subsequenti sollemnissime celebraretur, ut populus amore ss. apostolorum impleretur. Die 5. Iulii 1881 Romae in basilica s. Clementis super sepulcrum s. Cyrilli, praesente coetu cardinalium, egregiorum virorum ex Italia, Bohemia, Polonia, concomitante capella Sixtina missam lingua veteroslavica in honorem ss. Cyrilli et Methodii cantavit, sermone eloquentissimo prius habito; quae tempore peregrinationis Slavorum gratias Leoni XIII. pro encyclica „Grandes munus“ edita agendi causa facta sunt. Anno 1885 cum Rački sepulcrum s. Methodii Velehradii visitavit. Anno 1877 fundationem 500 florenorum instituit, ut primo quoque sabbato singulis mensibus missa in honorem B. Mariae eo consilio, ut unirentur ecclesiae cantaretur. Suis sumptibus anno 1881—1887 in basilica

Clementis sub sepulchro s. Cyrilli capellam ss. apostolorum nostrorum erexit. Inde ab anno 1890 iussu ipsius Leonis XIII. Romae in universitate s. Apollinaris D'Annunzio linguam veteroslavicam docet, quod etiam opus Strossmayeri est. In hoc opere operando auxiliatores ei erant intimi amici eius, cardinales Franchi, Nina, Rampolla et praepri-
mis doctissimus Bartolini.

Fr. H. Žundálek.

O drevnom dogadjaju nove misli ili o nasilnoj smrti hrvatskoga kralja Zvonimira te njenim posljedicama za hrvatski narod sa gledišta etičkoga. Napisao Msg. Matija Stepinac, apostolski protonotar, čazmanski kanonicus. (De violenta occisione regis croatici Zvonimiri et eius eventibus pro natione croatica ratione ethica considerata. Concinnavit Msg. Matthaeus Stepinac.) U Zagrebu 1905. 204 pag., 8^o. Naklada hrv. katol. tiskovnog društva. K 1·50.

Liber hic est editio specialis seriei articulorum, qui in »Katolički List« Zagrabensi in Nro. 1—27. anno elapso in lucem prodierunt. Idea, quam auctor tuetur, est: Deus punit non solum singulos homines, sed etiam totas gentes, si scelus aliquod patraverint. Deus poena affecit et afficit Croatas pro occisione Žvonimiri. Opus hoc impugnabatur non solum ab auctoribus liberoribus, sed etiam a nonnullis catholicis quos omnes Stepinac argumentis suis refellere studet.

Fr. H. Žundálek.

Socijalizam i socijalno pitanje. Napisao O. Urban Talia, franjevac. Tiskom i nakladom hrvatske tiskare. Dubrovnik 1905. (**Socialismus et quaestio socialis.** Auctore P. Urban Talia, O. s. F. Typis et sumptibus typographiae croaticae.) Ragusii. Pars I—VIII. 190 pag. 8^o. Pretium 1·20 cor.

Auctor libri de quaestione sociali modo ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodato disserit. Perniciosis placitis democratiae socialis reiectis auctor ostendit, fata societatis humanae nonnisi ethica christiana duce in melius restituи posse.

Fr. H. Žundálek.

PALAEOSLAVICA.

Glagolitica. Publicationes palaeoslavicae academiae Veglensis.

Fasciculus 2.: **Liber Ecclesiastis.** Ex breviario I. Verbenic. transcriptum notis bibliographicis in eundem codic. nec non variis lectionibus aliorum cod. ornavit *Joseph Vajs*. Veglae 1905. Pag. VI + 25 in 8°.

In archivio parochialis ecclesiae Verbenicensis (Vrbnik, castellum in orientali plaga insulae Veglensis) praeter duo manuscripta missalia glagolitica saec. XV. et aliquot minora fragmenta quatuor manuscripta breviaria asservantur, ex quibus tria priora „Proprium de tempore“, quartum denique maiorem partem „Proprii Sanctorum“ nec non aliquot officia de communi sanctorum continet. Ex uno horum breviariorum, quod numero I. signat, quodque initio saec. XIV adscribit, indefessus antiquorum monumentorum glagoliticorum investigator librum Ecclesiastis edidit. Textus hic, cum secundum Vulgatam comparatus sit, minus quidem valet, quam antiquiores glagoliticae Sacrae scripturae versiones, quae ex graeco translatae sunt, nihilominus sat magni est momenti.

P.

POLONICA.

Ex periodicis, quae anno 1905 edebantur.

Przegląd Katolicki, omnium periodicarum publicationum, quae in Polonia rebus ecclesiasticis serviunt, vetustissima est. Editur Varsoviae singulis hebdomadibus sub directione R. D. Antonii Szaniawski, constans ex 16 paginis in 4° maiori. Pretium subscriptionis annuae 5,00 rub. Ephemeris haec, fundata iam anno 1863 a Michaële Nowodworski, postea episcopo plocensi, per plures annos unica fuit, quae res ecclesiasticas et doctrinam christianam strenue propugnabat defendebatque ab hostili incursione incredulorum, qui praesertim ab anno 1867 placita positivistica spargentes fidei revelatae non parva detrimenta fecerunt.

Praeter res currentes, quibus praeccipuum dabant operam, *Przegląd* per decursum 40 annorum multas lucubrationes in suis columnis publicavit, quae etiam scientificum in theologiae provincia valorem habent. Ultimis tamen annis, postquam alii fasciculi a viris ecclesiasticis emitti coepi sunt, *Przegląd* fere iam unice de rebus spectantibus externam ecclesiae vitam tum in Polonia tum in aliis regionibus sollicitus erat. Informabat insuper clerum de rebus ad proxim sacerdotalem curamque animarum pertinentibus.

Anno 1905, qui eventibus maximi pro ecclesia momenti in imperio rossiano fuit locupletissimus, etiam *Przegląd* multas res tractavit gravissimi ponderis, ut de participatione cleri in re politica, de quaectionibus socialibus, de educatione cleri reformanda, etc. Hinc lucubrationibus theoreticis fere nullus relinquebatur locus. Notandae veniunt sequentes tantum dissertationes, quae aliquam nostrorum lectorum attentionem merentur :

1. Męka Pana naszego Jezusa Chrystusa (Passio Domini nostri Iesu Christi) commentarius historico-asceticus, auctore A. Ch.

2. *Brewiarz Rzymski* (Breviarium Romanum), studium historico-liturgicum Antonii Nowowiejski, excerptum ex eius vastissima Liturgia, de qua rationem iam redditimus p. 249 (961) a. l.

3. *Purpura kardynalska arcybiskupów mohyłowskich* (De purpura archiepiscoporum mohyloviensium), auctore profess. M. Godlewski; exhibit conatus archiepiscopi Sietrzeńciewicz necnon gubernii rossiaci apud S. Sedem dilatandi auctoritatem „metropolitae omnium ecclesiarum catholicarum in imperio rossiaco”

4. Eiusdem auctoris studium historicum *Prymasówstwo wileńskie* (Primatus vilnensis); de mente tractat Alexandri I. imperatoris — instituendi Vilnae primatalem sedem pro omnibus Rossiae catholicis.

5. *Wspomnienie o jubileuszu męczenników kaziemierskich* (De iubilao martyrum casimiriensium). Celebravit nimurum Polonia iubilaeum 900 annorum a beata morte quinque martyrum eremitarum, quorum vitam primus S. Petrus Damiani publicavit. —

Homiletika, fasciculi menstrui, arti concionatoriae necnon vitae spirituali clericorum saerati, eduntur iam ab 8 annis Vladislaviae (Włacławek) dioecesis Cujaviensis, sub directione R. D. Mariani Nassalski. Pretium subscriptionis 8 rub. per annum. Unusquisque fasciculus exhibit circiter decem conciones, instructiones cathecheticas pro populo et iuventute, plures notificationes de rebus liturgicis, résolutions casuum conscientiae, bibliographiam. Dantur theoretica praescripta de re concionatoria et tractantur nonnulla ex historia oratoriae artis sacrae praesertim in Polonia.

Inter contiones, quae anno elapso in Homiletika publicatae sunt, eminent populares catecheticae instructiones Rmi Caroli Fischer, episcopi auxiliaris premisliensis, aliqui sermones Eximi Josephi Bilezewski, archiepiscopi leopolitani sermones antea nondum editi Adami Krasiński, olim episcopi vilnensis, qui post longum exilium Cracoviae mortuus est. a. 1891.

Commentationes et tractatus separati, qui per singulos menses in Homiletika primum occupabant locum, maxima ex parte curam pastoralem et actionem socialem spectant. Specialem mentionem in nostro periodico merentur commentationes anonymi scriptoris:

1. *Aspersya pod wzgledem historycznym* (Hom. t. XIV, pag. 502), historice tractans de origine aspersionis aquae lnstralis, ante missam maiorem faciendas.

2. *Spowiedź uszna* (Confessio auricularis), (Hom. t. XV, pag. 97, 225). Auctor huius lucubrationis afferit varias sententias theologorum tum ex catholica tum ex protestantica parte de confessione secreta primis Ecclesiae saeculis, expendit varias hypotheses de origine huius usus posteriore tempore, multisque argumentis demonstrat confessionem secretam extitisse saltem altero diuidio saeculi IV et in occidentali et in orientali ecclisia. Quod priora tria saecula attinet, auctor refellit sententiam Kirschii, iuxta quem poenitentiae sacramentum illis temporibus ad quaedam tantum peccata se extenderit, et sententiam Harnackii, reconciliationem peccatorum tribuentis prophetis charismaticis. Ceterum

agnoscit auctor difficultatem interpretandi cum omnimoda certitudine patristica monumenta de re poenitentiaria, quae ut plurimum eiusmodi sunt, ut varii scriptores nostri aevi proprias coniecturas suas facile ipsis ingerere possint. —

Gazeta Kościelna edebatur singulis hebdomadibus Leopoli a R. D. Ioanne Chęciński, constans ex 8—12 paginis in 4^o maiori. Pretium annum 11 cor. Fundata est 13 abhinc annis a „Societate mutui auxilii sacerdotum“, inservitque ut plurimum practicis cleri exigentiis. Nimurum in quovis fasciculo offertur una vel duae conciones, notatur chronica eventum memorabilium in vita ecclesiastica, habentur nuntii ex dioecesibus galicionis et ex ipsa Societate, cuius *Gazeta* est organum.

In specie anno proxime elapso dr. A. Kopyciński plurimos publicavit articulos separatos de rebus fidei, ut de primatu, de prima apparitione Messiae, de Sanctissimo Sacramento, de concione in monte, de Nicodemo, de Maria Magdalena, de muliere christiana, de familia christiana, de societate, de ecclesia catholica eiusque habitudine ad socialem quaestiones et exigentias etc. In suis commentariis, super evangelica facta paraenethico fine scriptis, dr. K. hoc excellit, quod de thematis evangelicis disserens multam lucem afferat quaestionibus religiosis et socialibus, quae his praesertim diebus multorum animos exagitare solent.

Notatu dignae sunt commentationes anonymae :

1. *Kult obrazów Matki Bożej w Rosy* (pag. 109, 265, 276), quae historias affert de singulis imaginibus miraculosis quae in ecclesia rossiaca coluntur. Auctor usus est ut fonte — menologio ecclesiae rossiaceae a prot. Malcev Berolini edito.

2. A fasciculo 26^o coepta est publicari fusior dissertatio ex theologia naturali : *Dowód kosmologiczny na istnienie Boga*. Est autem amplificatio noti omnibus (cf. Sl. l. th. I, 135—6) argumenti cosmologici pro existentia Dei, eo consilio, ut sacerdotibus in cura animarum occupatis ad apologeticas conferentias inservire possit. Argumentatio tamen in nonnullis locis non convincit, velut pag. 293, ubi atomos non esse entia a se ex hoc auctor demonstrari censem, quod aliter non habeatur ratio, cur non etiam aliae atomi similes existant. Pariter et sequentia sub *b* et *c* argumenta eiusdem rei deterrimam metaphysicam sapiunt. — Potius ita videtur procedendum (si quis materiam per atomos separatas distributam esse censem) : Supposito materiam esse ens a se, idem dicendum esset de quavis eius atomo essent scilicet plurima entia a se. Cum vero manifestissima cernatur singularium atomorum mutua inter se coordinatio, e. c. eadem mensura et gravitas atomorum unius speciei chimicae, mirabiles leges proportionis in combinationibus chimicis, aptitudo teleologica atomorum ad efficienda anorganica et organica composita etc. — incomprehensibile esset miraculum tam plurima „entia a se“ casu inveniri ad invicem destinata secundum sapientissimas leges. Qui de hac re attentius cogitaverit, facile cogetur admittere aliud ens, a quo destinatio illa mutua particularum materiae facta sit idque in ipsa creatione. Ut paucis dicam : ens ad alium est etiam ens ab alio. — Nimis iciuna videtur

nobis refutatio adversariorum liberi arbitrii, praesertim sic dicti determinismi psychologici, qui motivorum vim in re ethica non solum agnoscit, sed etiam exaggerat (p. 137.) Ceterum dissertatio haec, cum etiam recentiora placita referat, suis lectoribus non modicam utilitatem afferre potest.

Dwutygodnik katechetyczny i duszpasterski editur a 9 annis Tarnoviae in Galicia, bis in mense, fasciculis 32 pag. in 8⁰, redigente R. D. Valentio Gadowski, pretium subscriptionis 9 cor. Ut ipse titulus declarat, *Dwutygodnik* practicam utilitatem catechetarum scholarium necnon cleri parochialis propositam habet. Ideo multae conciones, exhortationes, catecheses, liturgicae et pastorales consultationes, eronica ecclesiastica — en stabile argumentum omnium fasciculorum. Etiam ex articulis separatis praecipua pars respicit rem scholarem praesertim in Galicia, item paedagogiam christianam et in familiis et in scholis.

Ex aliis commentationibus notamus eas, quae nostris lectoribus scitu utiles esse possunt:

1. Pag. 213 R. D. Lukasziewicz contra Wł. Szezniak et alios auctores probare contendit sanctos Slavorum apostolos Cyrillum et Methodium non ritum romanum sed graccum in lingua slavica in Moravia propagasse. Probat hoc 11 argumentis, quorum nonnulla afferre liceat. Nimirum liturgia romana in linguam slavicam translata fuit iam duabus saeculis ante ss. Fratres; ergo versio eorum de liturgia graeca est intelligenda. Deinde liturgiam ss. fratrum impugnabant episcopi germani, quod non potuit fieri respectu liturgiae romanae in lingua slavica, a Sede Ap. iam dudum approbatae. Insuper, expulsi ex Moravia s. Methodii discipuli attulerunt in Bulgaria eandem liturgiam, qua in Moravia usi fuerant; atqui haec est liturgia graeca. Denique, ss. fratres obtinuerunt a Ioanne VIII papa licentiam utendi lingua slavica in liturgia: atqui liturgia romana in lingua slavica iam prius erat concessa, ergo nova concessio potius de graeca liturgia intelligi debet.

2. Anonymus auctor (*a*) tractat de unione ecclesiarum. *O unii Kościolów* (pag. 449, 545, 636, 668) Cum commentatio haec nondum sit finita, accuratiorem eius recensionem in futurum reservamus. Hoc loco motivum adnotari iuvat, quo auctor dicitur in sua inquisitione. „Plurimi fidelibus detrinenta in fide affert status christianitatis qui nunc est; status hic unam ex praecipuis indifferenti religiosi causis constituit. Quam saepe enim audire possumus rem in incerto positam esse, quae sit genuina Christi ecclesia, cum omnes sectae apud se tantum plenam veritatem christianam inveniri praetendant!“ (p. 449). Auctor dolet „nos non facile caritatem et iustitiam erga alias confessiones constantiae fidei adiungere.“ In articulis hucusque publicatis afferuntur definitiones ecclesiae, ex auctoribus tum protestantibus, tum vetero-catholicis tum denique orientalibus depromptae.

3. *Prawosławie czy Katolicyzm?* auctore dr. A. Macko (pag. 1, 37, 321, 391). Continuatur incepta a 1904 dissertatio de ecclesiae notis, et ultimo quidem anno de catholicitate et apostolicitate tractatum est, ut ostenderetur notas has non orientali „orthodoxiae“

sed potius ecclesiae occidentali competere. Via trita procedens, auctor imprimis ostendit respectivam proprietatem ecclesiae esse necessariam einsque a coetibus aliis distinctivam, deinde demonstrat, cur ab ecclesia orientali eiusmodi nota ab iudicari, occidentali autem tribui debeat. Catholicitatem ecclesiae intelligit auctor moralem, nimurum „ut ecclesia quovis tempore sit praesens et diffusa in notabili maiestate regionum, quae tunc temporis notae sunt, item ut sumatur relative, comparatione scilicet facta cum diffusione et numero adhaerentium aliarum societatum religiosarum. Omnino absque ratione scribit auctor p. 37 „orthodoxiam esse ecclesiam exclusive rossiacam, et proinde pro ecclesia catholica haberi non posse“. Pag. 38. procuratoribus Synodi petropolitanae adscribit conatus adhibitos, ut ecclesia rossiana vocaretur catholica; melior tamen cognitio litteraturae theologie orientalis doceret auctorem „orthodoxos“ semper usurpasse hoc nomen, cum catechismos et alia symbolica documenta conficerent. — Quod apostolicitatem attinet, haec ab auctore definitur: „identitas cum ecclesia, quam instituerunt apostoli, praesertim Petrus nomine et imperio Christi“ (p. 321). Iudicio auctoris praecipuum valorem apologeticum obtinet hierarchiae apostolicitas, quae tamen, ut sit „formalis“, coniunctionem et dependentiam episcoporum a centro catholicae unitatis postulat. Sed nonne hic committitur „petitio principii“, cum volumus ope notae apostolicitatis ecclesiam nostram esse legitimam ostendere? Siquidem argumentatio tota ad id, reducitur: ecclesia papae subiecta est genuina Christi ecclesia, quia est apostolica, i. e. habens episcopos papae subiectos! Iudicio nostro*) formalis apostolicitatis notam assumere ad probandum ecclesiae catholicae genuinitatem methodice est omnino superfluum, quia pro medio demonstrationis adhibetur id, quod re ipsa est idem cum re demonstranda. Historicis scil. argumentis simul probantur et legitimitas ecclesiae occidentalis et eius apostolicitas „formalis“ neque iuvat quidquam unum ex hisce duobus demonstratis sumere ad aliud demonstrandum. In genere dicere audemus theoriam de quattuor verae ecclesiae notis, in quantum adhibetur contra orientales, spectato eius valore methodico tantum abesse, ut catholicum apologetam iuvet, ut potius nostrae apologiae navem supervacua saburra gravare videatur.

P. 438 et 754 Dwntygodnik valde benevolam mentionem nostri periodici fecit. J. Urban S. J.

Editio scriptorum S. S. Patrum graecorum cura Scientiarum académiae Cracoviensis. Philologica sectio scientiarum académiae Cracoviensis in sessione sua die 13. Februarii 1905 consilium cepit edendi scripta S. S. Patrum graecorum saeculi IV. Ad id ipsum comes Aug. Cieszkowski donavit 10.000 cor., prof. Leo Sternbach obtulit 1000 cor. ad comparandam bibliothecam auxiliarem. Officium consilium hoc ad effectum adducendi suscepit commissio. eius membra sunt: Miodoński, Morawski, Pawlicki, Sinko, Sternbach, Witkowski. A scriptis s. Gregorii Nazianzeni initium capere decreverunt. P

*) Cf. Slav. litt. th. 1904 p. 154.

Ks. Wl. Chotkowski Historya polityczna dawnych klasztorów panieńskich w Galicyi (1773—1848). (Politica historia antiquorum claustrorum monialium in Gallicia. (1773—1848). Cracoviae 1905. Pag. VIII + 431 in 8°.

Historia haec scientifice scripta eruta est ex actis, quae in archivio secreto c. r. ministerii cultus et eruditionis Vindobonae asservantur. In prima parte enarratur historia sublationis quindecim claustrorum monialium, in parte secunda historia claustrorum, quae manserunt (benedictinarum et sororum misericordiae) neenon claustri Leopoli anno 1843 fundati monialium de Sacré-Coeur.

P.

RUSSICA.

A. P. Lebedev, Церковная историография въ главныхъ ея представителяхъ съ IV.—XX. вѣка. ² (Historiographia ecclesiastica eiusque columnae saec. IV.—XX.). Peterburg 1903. Pg. 610: rub. 3.

A. P. Lebedev inter celeberrimos historicos russicos numeratur. Inde a 40 annis iam totam historiam ecclesiae graeco-orientalis (sensu strictiore) usque ad saec. XIX. omni ex parte perlustravit ac descripsit. Insuper in Russia iam tota schola historica, nt ita dicam, ab eo profecta est inter eius discipulos nonnulla lumina scientiae russicae numerantur (e. g. Glubokovskij, qui initio historiae eccl. et patrologiae operam dabat). J. Brodovič, prof. universitatis Moscoviensis, de A. P. Lebedev scribit: „Quicunque Russus, historiae ecclesiasticae operam dat, ante omnia libros prof. Lebedev inspicere debet. Hic vir doctissimus scientiae ecclesiastico-historicae russicae auctor seu „Bahnbrecher“ — ut Germani dicunt — dici potest. Prof. Lebedev, veteranus russicae scientiae ecclesiastico-histor., calamo eleganti ac perito 18 saec. ecclesiae vitae, nempe saec. II—XIX. peragravit, scientiaeque russicae thesauros permagnos paravit“ (Trudy Kiev. D. A. 1904. okt. pg. 315—316). Opera Lebedev in 10 amplos tomos collecta prodierunt. Primum 1. tomum ut introductio quaedam praesens liber efformat; alii tomi sunt: 2. Aetas persecutionum populi christiani ed. 3. Spb. 1904 (2 R.) 3—4. Historia conciliorum oecumenicorum (usque ad saec. IX., cum Graeci posteriora concilia oecum. non agnoscant) ed. 3. Spb. 1904 (4 R.) 5. Historia separationis ecclesiistarum saec. IX—XI. ² Spb. 1905 (2 R.). 6. De statu interno ecclesiae orientalis saec. IX—XI. M. 1902 (240 R.). — 7. Historia ecclesiae byzantino-orientalis saec. XI—XV². M. 1902 (320 R.). — 8. Tractatus eccl. historici ex antiquis ecclesiae christianaem temporibus². Spb. 1903 (2 R.); — 9. Historia eccl. graeco-orientalis saec. XV—XIX. (vide inferius). — 10. De clero ecclesiae antiquae M. 1905 (3 R.).

Praeseus liber non totam historiographiam ecclesiasticam, sed solum historiographiam ecclesiae antiquae usque ad saec. VI. vel VII., posterioremque de eadem antiqua ecclesia historiographiam pertractat. Primo loco late et accurate de historicis ecclesiasticis

graecis usque ad saec. VI. exponit. Ii magni sunt momenti; quicumque in doctrinam theologicam inquirit, saepe iis uti debet, nemo tamen adhuc quid ad historiae disciplinam valeant omni ex parte perscrutatus est. — Apud Eusebium, primum rerum ecclesiasticarum scriptorem (pg. 11—91), iam initia critices historicae occurunt, tamen usus eius non est constans sed adventicius. „Historia Eccl.“ Eusebii chrestomathia quaedam est ex aliis auctoribus selecta atque composita, historicus materiam historicam non continet sed ea tenetur (47—48). Tamen pragmatismus historicus et idealis iam invenitur (89—90). Separatim tractat L. de Eusebii Vita Constantini“ (92—110). De historicis Socrate, Sozomeno, Theodoreto tractat pg. 111—145, tunc vero seorsim de Socrate (146—180) et de Sozomeno (181—206), quibus deerat eruditio theologica necessaria, deinde de Theodoreto (206—228). Pg. 249—251 character historiographiae byzantinae, quae multo inferior est historiographia graeca saec. IV—VI. (pg. 251), breviter describitur.

In disciplina ecclesiastico-historica protestantes in Germania principatum tenere, Lebedev affirmit (252), quapropter his potissimum libri partem concedit. Auctor non systematice totam litteraturam ecclesiastico-historicam recenset, sed de celeberrimis tantum historicis seorsim tractat. — Initium criticæ historiae ecclesiasticae in Germania fecerunt „Centuriatores Magdeburgenses“ (pg. 258 sqq.), quorum ad criticam historiam ecclesiasticam momentum L. valde quidem effert, tam agnoscit ostenditque eos, odio contra R. Pontifices ductos, fabulas incredibiles confecisse (271—272). „Centuriis Magd.“ Baronius „Annales“ suos opposuit: L. concedit Baronium a partium studio multo liberiorem esse quam „Centuriatores“ (285). — Tractat deinde de Weismann, Mosheim (295—315), Semler, Planck, Henke (316—336). Augustinum Neander (337—375) Lebedev historicis celeberrimis adnumerat, qui in historicos russos (371—375), maxime in Gorskij et Čel'cov habuerit influxum non exiguum. — F. Ch. Baur (376—426) nimis philosophando historicam veritatem obscuravit, fidelitatem historicam unisit, talenta sua dissipavit. L. ab A. M. Ivancov se defendit dicens, se in sua „Conciliorum Historia“ F. Ch. Baur nullo modo, neque methodum eius imitatum esse (419—426). De Gfrörer (qui catholicus factus est), Gieselér, Hase, Niedner, Hasse, Herzog brevius tractat (427—460).

Amplissimus est tractatus de A. Harnack (461—517). Dolidum est, I. in 2. operis sui editione (prima prodiit a. 1898) non novam, sed primam (a. 1886—1887) tantum editionem Harnackii „Lehrbuch der Dogmengeschichte“ respicere. „Dogmengeschichte“ Harnackii auctori nostro quasi „philosophia“ quaedam historiae ecclesiasticae videtur esse. Harnackii historia ecclesiastica fundamento caret, cum divinitatem personae et doctrinae I. Christi, fundamenti ecclesiae christiana, neget (466). Recensenti Harnackii sententias de auctoritate evangeliorum et ep. paulinarum (466—471) nova editio libri „Dogmengeschichte“ inspicienda fuit. Harnack omnino artificiose et arbitrarie historiam primorum saeculorum composuit (471) eamque corrupit (472).

Harnack iam eo, quod historiam suam omnino falsis fundamentis superstruxit, totum opus suum corrupit, quod Lebedev totum opus perlustrans demonstrat (473—516). Totum Harnackii opus demonstrat, „quomodo procedendum non sit“ historiam ecclesiae tractanti.

„Notata quaedam de historia ecclesiastica in Russia“ (pg. 518—550) statim initio aperint historiam ecclesiasticam in Russia multo inferiorem esse quam in Occidente (519). Prima tractatio historiae eccl. in Russia est „Liber Historicus“ lingua latina conscriptus ab ep. Methodio Smirnov, editus Moscoviae a. 1805. M. Smirnov magna quidem eruditione opus suum conscripsit, tamen opus ad usum practicum et scholarem non est aptum (524—526). A. 1817 editus est liber manualis historicus „Načertanie cerkovnoj istorii“ conscriptus ab Innocentio Smirnov, destinatus seminariis et academiis theologicis approbatusque, qui, si doctrina exquisita spectatur, multo deterior est superiore. I. Smirnov pleraque, saepe ad verbum, iuxta historicos germanicos (prot.) Spanheim (saec. XVII. v. fin.) et Weissmann (saec. XVIII.) composuit (529—532). — Postea in academia Moscovensi floruit prof. A. V. Gorskij († 1875), qui inter doctissimos historicos ecclesiasticos in Russia numeratur (535—536). In academia Petropolitana eodem tempore eminent prof. I. V. Čel'cov, cuius tamen „Istoriya hristianskoj Cerkvi“ (l. et unicus tomus editus est a. 1861) sub nimio influxu historici germanici A. Neander conscripta est (537—538). — Inde ab a. 1869 historia ecclesiastica valde progressa est, cum inde ab hoc anno in academiis theologicis magis respiciatur: a. 1863 vero historia eccl. etiam in universitatibus (in facultate historico-philologica) introducta est (539—543). A. 1884 laurea „doctoratus“ historiae eccl. instituta est, quod scientiam historiae ecclesiasticae valde promovit (544—547). Inter historicos, qui historiam ecclesiae antiquae tractant vel tangunt, tempore recentiore eminent: V. V. Bolotov, I. E. Troickij, Th. A. Kurganov (547—48).

„De scientiae ecclesiastico historicae russicae ad protestanticam (germ.) relatione“ proprium caput inscribitur (551—569). Russi semper maxime a scientia germanica dependebant; ita etiam in scientia ecclesiastico-historica scientia „occidentalis“ saepe idem significat ac scientia germanica (prot.). Lebedev propter hanc dependentiam Russis et ecclesiae russicae non magnopere timet, cum fundamenta et principia „orthodoxiae“ tam clara sint, ut russicus scriptor ecclesiasticae historiae sententias „orthodoxiae“ adversantes facile perspicere et evitare possit (567—568).

Supplementa (570—610) libri tractant: 1. De antiquo historico ecclesiastico latino Sulpitio Severo (570—572). 2. De romano-cathol. historicis Fleury et Tillemont (572—586). 3. De A. V. Gorskij (586—610).

Liber praesens multa quidem valde pretiosa, minus tamen quam titulus indicat, praebet. Nonnulla tantum fragmentarie tractata esse, dolendum est, cum colligi possit maximo usui esse virum scientiae et eruditionis eximiae plenum etiam aliis de rebus ac viris. hic tractandis, exponentem audire. Praesertim de Russis Bolotov, Troickij plura di-

cenda erant, alii saltem nominandi. Scientia ecclesiastico-historica catholica omnino fere neglecta est. De Hefele, Hergenröther (quos Lebedev in operibus suis saepe laudat quibusque multum utitur), Funk aliisque nonnullis certe breviter saltem hoc in libro tractandum erat. Nihilominus Lebedev propterea de partium studio non est valde arguendus, quod in opere praesenti monographias per varias occasiones conscriptas tantum collegit, nec rem systematice tractat, contra in aliis operibus practice demonstrat se etiam auctores catholicos ex aequo aestimare, immo se paratum esse, ubi necessarium sit, eos ab impetu Russorum defendere.

Dr. F. X. Grivec.

A. P. Lebedev, Исторія греко-восточної Церкви подъ властію Турокъ² (*Historia ecclesiae graeco-orientalis in imperio Turcorum, saec. XV.—XIX.*). Peterburg 1904. Pg. 856; rub. 4. —

In introductione auctor ingenue et perbelle exponit de fontibus historiae ecclesiae graecae et de charactere huius periodi. Ecclesia graeca iam diu ante urbem Constantinopolim captam marcescere coepit; Graecorum mores, ingenium, vires iam saec. IX—XV. lapsae erant, nihilominus angustas religiosas et ecclesiasticas rationes aetatis ante actae noverant etiamtum magnique aestimabant, etsi theoretice tantum (18—19). Sub iugo vero Turcorum ecclesia graeca in tristissinam incidit conditionem ecclesia facta est sterilis, omnis vita religiosa interiit solaque forma religionis christiana permanxit; si quid christianum tum existebat, hoc magis Turcorum merito quam Graecorum conservatum est (20—25). Nihilominus historia ecclesiae graecae etiam tum habet, quae ad animos nostros alliciendos apta sunt. Sensus religiosus populi graeci eo tempore non est extinctus, nec patriarchae potestas interiit, sed potius mirum in modum crevit, ita ut patriarcha haec periodo summus pontifex et imperator populi graeci evaserit (28—31).

Conspectus fontium historiae eccl. graecae post urbem Constantinopolim captam, quem auctor tradit (32—90), magni pretii, valde accuratus et suo genere certe singularis est. Quia ecclesia graeca in tristissimis conditionibus versabatur, etiam fontes graeci historici pauci et parvae utilitatis sunt; in genere plerique fontes infidi sunt, cum erroribus scateant magnamque auctorum ignorantiam ostendant (33). Quapropter qui in historiam eccl. graecae illius periodi inquirit, laborem non facilem aggreditur. Lebedev iam in introductione permultos fontes quoad valorem historicum taxat; etiam inferius initio uniuscuiusque fere capituli conspectus fontium specialium traditur eorumque valor historicus exponitur.

Medio saec. XV graecorum conscientia nationalis adeo confirmata fuit, ut vel ideo ad apostasiam a fide christiana et ritu suo perduci non possent. Idecirco Turci, qui haec bene perspexerunt, ecclesiae graecae inimiciores esse non poterant sed prudenter ei favebant (99). Ecclesia graeca magna gaudebat libertate. Hierarchia ecclesiae graecae magnis fruebatur iuribus ac beneficiis. Potestas patriarchae in rebus religiosis illimitata erat et super populum et super clerum, etiam super episcopos, immo patriarcha potestate saeculari in fideles orientales prae-

ditus erat. Episcoporum quoque potestas ampla erat. Ita sub iugo Turcorum efformatum est quasi quoddam „imperium ecclesiasticum“ sub regimine patriarchae et episcoporum (121). Patriarcha Constantinopolitanus et hierarchia graeca (natione graeca, non solum ritu) etiam Bulgariae et Serbiae, quae antea independentes fuerant, res ecclesiasticas sibi subiecerunt (124). Hierarchia (natione) graeca diffusa est in Palaestinam Moldavio-Valachiam, Bulgariae, Serbię, graecā lingua liturgica et scholis graecis etiam sermo graecus communis increbrescebat (126—128). Condicionem christianorum (raja) sub iugo Turcorum auctor in optimo lumine collocat (130—164), benevolumque iudicium suum multis argumentis fulcit. — Hierarchia graeca Turcis serviliter subdita erat et obligationem sibi impositam, ut populum coērceret et in obsequio erga gubernium contineret, serviliter explebat, viros patriae amantes eiusque liberationem appetentes et conantes anathematizabat (170—173): quapropter hierarchia (natione) gracca Russos aliosque liberationem christianorum a iugo Turcorum promoventes vel iuvantes odio persequebatur 174—177). — Verum est non solum hierarchiam, sed etiam ex populo graeco multos insanias erga occidentales abreptos iugum Turcorum unioni cum ecclesia romana praetulisse; sed Graeci tunc iam in eam fortunam devenerant, ut desperatio talis taleque odium possibile esset. Bulgaros autem aut Serbos nequaquam affirmari potest iugum Turcorum „iugo papistico“ et auxilio regnum catholicorum praetulisse. Quapropter falsa vel saltem valde exaggerata sunt, quae auctor pg. 178—182. narrat. His de rebus inspiciendi erant historici serbici et croatici (velut Rački, Klaic, Ruvarac e. a.), non solum germanici (Zinkeisen, Hertzberg), qui has res tantum ex parte quadam tractant et iudicium aliquod hac de re proferre vix possunt. Bosniam e. g. non schismatici, sed haeretici nobiles (patareni vel bogumili) Turcis tradiderunt: apud Slavos meridionales et catholicos et non catholicos, cum a populo inculto tum a viris eruditis ii nobiles, qui in Turcorum partes abierant, semper patriae proditores non vero eius a „iugo papistico“ liberatores habiti sunt: memoriae Slavorum meridionalium lugubres, corumque cantica innumera atque admiranda nullo sono liberationem a „iugo papistico“ commemorant, at contra plena sunt melodiis tristissimis verbisque amaris, quibus libertatis interitum proditorumque infamiam deplorant. Dalmatas (181) iugum Turcorum appetiisse, ut a „papistico“ se liberarent nullus unquam historicus affirmare potest. Lebedev igitur hac in re, quae certroquin ad propositum eius stricte non pertinet, quamque omnino potuit omittere, falso iudicat, fontes primos ignorans, secundariis nimis confidens. Odium Graecorum contra Occidentem catholicum etiam Slavis imputandi nullum est fundamentum; Slavi ritus orientalis contra occidentem catholicum nunquam odium illud fovebant, quod Graeci, etsi Graeci omnibus modis odium idem Slavis una cum ritu graeco inserere conabantur (cf. Golubinskij, Istorija russkoj Cerkvi II², 2, pg. 804 sqq.).

Auctor transit ad accuratiorem ipsius patriarchatus Constantinopolitani descriptionem (189—376). Accurate et magna acie critica inquit in historiam de electione Gennadii Scholarii in patriarcham (primus

patr. sub imperio Turcarum), qua de re historici valde dissentunt (199—221). L. omnes fontes graecos critice perlustravit, quod ceteri neglexerunt, nonnullos tantum respicientes. De ingenio et eruditione patriarcharum Constantinopolitanorum tractans auctor ostendit permultos patriarchas homines rudes atque incultos fuisse (221—251). Pg. 252—345 in mores patriarcharum inquirit multaque tristia invenit. De redditibus et de modo, quo patriarchae reditus suos collegebant pg. 345—376 agitur; saec. XIX. reditus tantopere imminuti sunt, ut patriarchae revera ad inopiam redigerentur.

Eruditio scholaris ac spiritualis hierarchiae et cleri valde exigua fuit, cum cleris eruditionem parum curaret (380). Graeci hac in re frustra Turcos accusant, cum ipsi animi cultum atque eruditionem neglexerint (381—383). Scholae triviales paucissimae fuerunt officiumque suum male explebant (384—388); etiam quae „gymnasia“ vacabantur instituto suo deerant (389—393). Schola patriarchalis sive „Academia“ iam primis Turcorum imperii annis fundata, saepe in condicionebus tristissimis versabatur characterem autem profanum, non theologicum, prae se ferebat (393—413). Huic similis erat schola in insula Palmosa (Patmo), quae a. 1801 maxime propter monachorum negligentiam interiit (313—437). Schola sive academia in monte Athone solum a. 1753—1757 erat (337—345) Usque ad initium saec. XIX. Venetiis in colonia graeca gymnasium graecum existebat (446—450).

Eruditio cleri tam misera fuit, ut paucissimi lingnam graecam liturgicam intelligerent inter 1000 sacerdotes vix 10 nomina sua subseribere potuerunt (452—453). Unica Academia theologica nunc est schola vel Academia Chalkinensis (in insula Chalki in Bosporo), fundata a. 1844, cuius institutum historiamque L. late describit (457—490). In regno Graeciae, a Turcorum iugo liberato, condicio scholarum theologicarum vix est melior quam in Turcia. „Facultas theologiae“ in universitate Atheniensi, si scientia theologica spectatur, mediocre ac fere inanis est (491—499). Ultimis demum annis ibidem re in melius mutata, meliora possunt sperari (99).

Ecclesiae graecae ad eccl. Romanam relationem describens (502—570) auctor studio et ira vel partium studio in genere saltem vacuus dicendus est. Statim initio affrat, non Graecis sed Turcis esse adscribendum, quod ecclesia catholica inter Graecos saec. XV—XIX. nullus obtinuerit successus (502). Turci inde ab initio Graecos semper protegebant et iuvabant contra ecclesiam catholicam cum ex unione ecclesiarum maximum sibi periculum imminere vidissent (503—506). Patriarcha totaque hierarchia graeca a gubernio Turcorum serviliter dependebant, ecclesia catholica e contrario in Turcia independens a Turcis erat (511—513); [sed hanc ecclesiae catholicae (theoreticam et iuridicam saltem) libertatem Lebedev iniustam (bezzakonie!) — nescio cur — appellat!] Propterea Turci ecclesiae catholicae sive unionis progressum pro viribus impediebant (518). Saec. XVII. iesuitae Constantinopoli in scholis suis multos Graecos educaverunt, per quos iam magno successu inter Graecos unionem praeparabant: sed gubernium Turciae iesuitas expulit (519—521). Simili modo Turci unionem

in Syria, Palaestina et inter Armenos persecuti sunt (522—524). Graecos schismaticos Turei in Palaestina potissimum adiuvabant (525—528). Tutela ecclesiae graecae, quam Turei gerebant, eo usque progrediebatur, ut ipsos patriarchas, si de unione suspecti erant, vexarent vel removebant (531). — Ut unio inter Graecos per ipsos Graecos diffundi posset, Romae „Collegium Graecum“ fundatum est, de cuius forma, institutione, historia Lebedev pg. 531—557 tractat.* De Leone Allatio (559—561) et de Paisio Ligaride (562—563), alumnis „Collegii Graeci, nonnulla scitu digna tradit. „Collegium Graecum“ usque ad saec. XIX. unioni non multum profuit saec. XIX. denum, cum imperium Turciae iam coepisset vaillare, unionis desiderium in Oriente facilius diffundi potuit (564—566).

De hierarchiae graecae ad ecclesiam romano-catholicam relatione L. severe iudicat. Graeci nec mores, nec ideas, nec studia conatusque ecclesiae catholicae cognoverunt; progressui ecclesiae catholicae nihil nisi persuasiones suas „antediluvianas“ opponere potuerunt (567). Odium Graecorum contra Latinos, odium est hominis barbari contra hominem cultum (567). Pugna litteraria Graecorum contra eccl. latinam magno Graecis opprobrio est (568).

Sequentibus capitibus de ecclesiae græcae ad protestantes ac protestantismum relationibus (571—620) et de relationum harum in scientiam eruditioenmque Graecorum influxu (620—695) narratur; praecedit brevis fontium conspectus (571—573). Scitu digna sunt, quae L. de theologis graecis (saec. XVII) „protestantizantibus“ tradit (674—695).

Vitam religiosam ac mores Graecorum auctor pulchre describit et sub oculos subicit (696—758), qua in re innititur scriptis Russorum præsertim, qui saec. XVII.—XIX. in Oriente peregrinabantur. Graeci ecclesias suas tantopere neglexerunt, ut multi peregrinatores Russi aperte dicerent, multo melius conservatas esse ecclesias illas, quae in Turcorum possessionem transierunt et in muhamedanorum templo mutata sunt. Status plurimarum ecclesiarum græcarum vere deplorabilis est, non ob Turcorum sed ipsorum culpam Graecorum, qui nullam fere loci sancti reverentiam habent (696—705). „Nullibi — ita peregrinator Russus saec. XIX. scribit — religio christiana ita profanatur sicut apud Graecos. Gaudendum omnino est, quod hunc vel illum locum sanctum (Hierosolymis) catholici, vel etiam muhamedani possideant“ (706). Graeci in ecclesias rarissime veniunt (707 sqq.). Multi sacerdotes superstitionis sunt. (731). Etiam recentiore tempore vita religiosa apud Graecos miserabili loco est (734—735).

Magni momenti sunt, quae auctor in fine libri (pg. 759—849) de historia et statu, qui nunc est, patriarchatum Alexandrini, Hierosolymitanii, Antiocheni narrat, cum his de rebus in litteratura historica aegre certi ac solidi quidquam inveniatur: Lebedev innixus est scriptis Russorum, Porfirij, Arsenij e. a. qui multa documenta magna cum diligentia

*) Hac in re usus est documentis editis a Legrand, Bibliographie-Hellenique au XVII. siècle t. III. Paris 1895.

magnaque labore collegerunt et ediderunt. De unione in Syria (saec. XVII. et initio saec. XVIII) iuxta auctores Russos contemporaneos pauca tantum, non spernenda tamen narrat (777—779). — Pg. 835—849 historiam, munera, actiones „Societatis russicae Palaestinensis“ describit, quae societas ad scientiam historicam certe magni est momenti, etsi imprimis res religioso-politicas spectet coneturque.

Opus, quod perlustravimus in historia ecclesiastica plurimi est aestimandum, cum similis hac de materia liber nullibi inveniatur. Nemo adhuc tot testimonia, documenta, fontes, litteras occidentales, graecas russicas hac de materia collegit et critice percensuit; imprimis quod litteris russicis, occidentalibus minus perviis, copiose usus est, magni pretii est. Fontes et litteratura non solum initio libri, sed aliis quoque libri locis saepius critice percensentur et describuntur (189—197; 377—380). Etsi liber iuxta scientiae ac doctrinae praecepta conscriptus sit, tamen etiam stylo alacri ac populari excellit. Tamen verba »papistae« (pro Venetianis aliisque nationibus catholicis pg. 504 et passim) et similia e libris scientiae ac doctrinae dicatis exulent oportet. — Jireček, qui Bulgarorum historiam conscripsit, Bohemus est, non Bulgarus, ut auctor pg. 510 dicit. — Historiam occidentis, ubi historiam graeco-turcicam tangit, auctor non ita sobrie et accurate diiudicat sicut materiam ad propositum suum strictius pertinentem. —

Res, quae ad propositum auctoris pertinent, ipse paucis exceptis revera sobrie et iuste, ira et studio vacuis tractat et diiudicat; qua propter et ut historicus et ut vir sobrius iustusque summa laude dignus est.

Dr. F. X. Grivec.

Церковные Въдомости, издаваемыя при святейшемъ правителе ствующемъ сънодѣ. 1905.

Ecclesiastica acta. Eduntur singulis hebdomadibus penes s. synodum dirigentem. 1905. Nr. 1—6. — Promulgant acta publica et nominationes personales S. Synodi dirigentis, immutationes in hierarchia russica, relationes ex ecclesiis orthodoxis, graviores eventus vitae ecclesiasticae ac publicae in Occidente, minores tractatus argumenti theologici, recensiones librorum aliaque huius modi. — Episcopus veterocatholicus Beber et veterocatholicismus in Germania. Recensetur sermo veterocatholici episcopi Beberi Coloniae habitus, quo Beber renuit associationem Veterocatholicorum ulli ecclesiae sive occidentali sive orientali, (Nr. 2). — E vita ecclesiastica in patriarchatu constantinopolitano Patriarcha Constantinopolitanus praefectos parochiarum in residentiis episcopilibus earumque locis vicinis ordinat ad relationes patriarchatui dirigendas de omnibus rebus historico-archaeologicis cuiusvis dictae parochiae. (Nr. 2.) — Libertas conscientiae et tolerantia. E libro »Вопросы жизни«, Moscoviae 1904. Absoluta libertas conscientiae inter homines minus cultos evadit denique libertas violentiae et persecutionis non pacem sed discordias seminans, uti e tolerantia indifferentismus nascitur (Nr. 3). — Indicatur editio russicae translationis operis bohemici »Eventus (»Příhody«) nobilis Bohemii Vratislai Constantinopoli a. 1591«, sumptibus synodalibus typographiae moscoviensis. (Nr. 3.) — Graecus codex manuscriptus membraneus quattuor evangeliorum, detectus inter litteras manuscriptorum monasterii Helaty in Gruzia. Relatio Orloviae episcopi Kirionis de codice manuscripto quattuor evangeliorum

ab ipso in manuscriptis monasterii Helaty invento, qui saeculo V vel VI attribuitur. Per Gruzium quendam in membranis 29×24 cm. dimensionis scriptus, continet 249 folia. Initium et finis desunt. Inventum eum in Russia tum in Europa occidentali conspicuum exquisitiori studio Bermanni, S. K. Gregory, Lipsiae professoris, sacri textus veteris periti et Dris Glubokovskij modo Petropoli subicitur. (No. 4.) — Auctoritas sc̄ti Augustini respectu vitae monastrialis in Occidente. In Occidente multi ordines secum Augustinum suum patronum et mediatum saltem fundatorem veneratione prosequuntur. Vis eius tamen, quodad introductionem vitae monastrialis in Occidente pertinet communi aestimatione minor est. Verum ipsius meritum in institutione communis vitae cleri consistit, quae postea canonicalis vitae origo fuit. Non enim Augustinus sibi curae habuit, ut maiorem hominum numerum e saeculo educeret, sed ut clero suo amorem ascesis saeculique contemptum excitaret. — Motus religiosi inter Bohemos. Reproductio articuli in »Русский Вѣстникъ« auctore Holeček publicati. Incrementum communis ideae slavicae bello Russorum cum Turcis creatum Bohemos aerius conscos fecit, quaestionem nationalem cum quaestione confessionis intime cohaerere. Dux partis Neobohemorum Carolus Sladkovský ad fidem orthodoxam transiit. Ipsius tamen factiones exemplum eius non sunt secutae persuasioni indulgentes quaestionem religiosam introductione Bohemicae linguae liturgicae atque institutione ecclesiae nationalis solutam fore. In celebri bulla Leonis XIII. »Grande munus« initium realizationis huius ideae falso conspiciebatur. Ab aliis antepositus est protestantismus, quem Kollár, Šafařík, Palacký sunt confessi, tamquam haeres religionis hussiticae. Cum nuper Pragae primus exstriendo monumento magistri Joannis Hus lapis poneretur, lutherani hospites e Germaniae imperio invitati spem alebant, fore, ut hac occasione protestantismus tamquam husitismi successor et tamquam confessio bohemicae ecclesiae nationalis proclametur. Eventus Pragenses eos vero edocuerunt, de rebus bohemicis prorsus falso se fuisse instructos. Revera familiares relationes populi ad Fratres bohemos characterem habent nonnisi historicum. Emigratio Herrenhutiana linguae bohemicae iam ignara certe charactere ecclesiae nationalis caret. Articulus persuasione terminatur, Bohemos nonnisi in unione cum ecclesia orthodoxa regenerationem suam esse perfecturos. (Nr. 4.) — Ex »Новгородскія Епархиалныя Вѣдомости« communicatur explicatio Causarum interiorum antiquitatum in ecclesiis ruralibus. Iam ex fine saec. XVIII obiecta artis ecclesiasticae raro inveniuntur. Praeter causas externas (incendium, umorem), praesertim inopia sensus recti generis artis ecclesiasticae, in eis, quorum interest ecclesiis providere, indicatur. Studium technicae perfectionis colorumque hilaritatis submovet antiquam artem pietate et religioso ardore plenam, cuius exemplaria in turribus vel sub ecclesiarum tectis perniciei traduntur vel ab antiquitatibus emporibus auferuntur, qui ea fulgentibus rebus novis pretio artistico carentibus commutant. (Nr. 5.)

De mulieris natura ciusque educationis ratione. Mulieris lege christiana levatae, viro tamen subditae, corde et affectu potius quam speculatione viventis educatio ratione quidem non neglecta, praeprimis tamen ad morales eius facultates ac humanitatis sensus dirigenda est. Locus ipsius igitur non tam in vita publica quam in familia, schola, apud aegrotos, laesos etc. aptius habetur. — Pertractantur quaestiones liturgicae. — Ecclesia orthodoxa in Urmia. — Missionum seminarium Ardonense in Osetiae districtu (Caucasus septentrionalis). — Eventus in extremo Oriente. — De Galiciae Ruthenis odiosa administratione. — Librorum recensio: Commentarii in libros Veteris ac Novi Testamenti, redactione † A. P. Lopuchin. — Monumenta orthodoxiae russicae que

n a t i o n i s i n R u s s i a o c i d e n t a l i s a e c u l i s XVII et
XIII. Tom. I—III. Redactione professoris Academiae Kioviensis Titov.
Opus diligentibus studiis archarum publicarum Russiae, Leopolis,
Viennae, Dresdae fulcitum. Nr. 6

Praeter sermones in complures dies dominicas ac festa sollemnia, in No 7 historia commissionis refertur, cuius erat Russiae scholas spirituales instituere, et quae a. 1839 »Administrationi scholarum spiritualium« ad sc̄t. Synodus constituae cessit. — Secundum archimandritae Teknopuli data statistica, ecclesia Constantino-politana sede patriarchali constat necnon 82 eparchiis cum totidem metropolitis, 11 episcopatibus, 15 episcopis titularibus ac 3,100.000 fidelium numero. Ecclesia Alexandrina praeter patriarcham duas eparchias ac 100.000 fideles, ecclesia Antiochen a patriarchatum, 11 eparchias et 500.000 fideles, ecclesia Hierosolymitana patriarchatum et 11 eparchias cum 300.000 fidelibus, ecclesia Cretae eparchiam et 7 episcopatus cum 250.000 fidelibus, ecclesia Cyprensis archiepiscopatum et tres sedes metropolitanas continent. (No 7). — In rubrica »E prelo eparchiali« (No 8) solae adhortationes et praemonitiones in ebrietatis vitio insufficientes declarantur, societas temperantiae per urbes, oppida et districtus instituendae commendantur, faustique eventus eiusmodi societatum iam existentium enarrantur. — Biographia archiepiscopi Kazaniensis, Antonii, e maiore opere archimandritae Sergii a. 1885 publicato excerpta est (No 9). In eodem numero »Lectio christiana« (Христианское Чтение), periodicae literae spiritualis academie Petropolitanae sub novo redactore P. S. Smirnov recensentur. — In historico tractatu »Contemporalis status religiosus Japoniae« historia religionis Japonensium ab antiquissimis temporibus usque ad praesentes dies describitur Modo academica iuventus Japoniae religionis expers vivit atque ad quaestione de religione sibi positam, maxima ex parte suam irreligiositatem nullamque religionis indigentiam professa est. Auctor Christi operariis messem ingentem ibi promittit. — Articulus »Imperator Nicolaus I. in sua cleri orthodoxi cura eiusdem imperatoris de emendando materiali statu sacerdotum et monachorum russicorum, de vita spirituali per plura seminaria et academias neoerectas et per introductionem novarum disciplinarum (logicae, psychologiae, paedagogiae etc.) in preelectiones academicas levanda neenon de sacerdotum liberis educandis merita recenset (No 12). — Indicia statistica Russiae populationis secundum conscriptionem ex anno 1897 traduntur (Roni. cath. 11, 506. 809) — Varia praeter religionem christianam fides. (No 12). Comparatione fontium antiquissimorum opinio progressivae evolutionis religiosarum notionum sententiaque religionem christianam non specie sed gradu tantum ab aliis religionibus distingui, impugnatur. (E »The Mission World«). — Protoierej P. A. Smirnov. Vita ac merita redactoris Церк. вѣт. occasione quinquagesimi anniversarii ipsius activitatis ecclesiastico-socialis enumerantur. (No 13). — Congressus cleri eparchiae Tobolsk omnium consensu constituit, ut eparchiae cleris artem medicam non solum theoretice, sed practice quoque medicos in medicinis conficiendis sublevando eosque in nosocomia comitando disceret. Etiam ad preelectiones de iconopicturae arte in scholis instituendas suadet. — Propagatio religionis christiana e inter Judaeos (E »The Mission World«) felices fructus societatum ad promovendam religionem christianam inter Judaeos (the Society for Promotion of Christian Knowledge) laudat. In Bibliis sacris inter Judaeos propagandis praesertim Societas Mildmayensis optime meruerat. Anno 1903 12.000 liberorum iudaicorum in variis eiusmodi missionum aedificiis institutionem christianam acceperunt. Hoc respectu praesertim The Church of Scotland, The United Free Church of Scotland, The London jews society primum locum occupant (No 13). — Praesentes quaestiones ad cle-

rum orthodoxum (No 14) querimoniam, clerum Russiae absque omni studio et amore muneris sui officia sua implere respicientes, maiorem cleri ad populum et inter se appropinquationem consulunt. — Necrologus in Onisiphum, archiepiscopum Caterinoslavensem. (16—17). — Contemporalis catholicismus. Praesentis separationis ecclesiae a Galliae republica causam auctor in falsa basi quaerit, qua ecclesia catholica, postquam se ab ecclesia orthodoxa seiunxit, nititur. Rerum temporalium ac potestatis sensus exclusivus, quo spiritualia bona circumventa sunt, Evangelii notio per Evangeliorum lectionis vetitum in fidelibus suppressa, Romae iniusta elevatio, aliaeque calumniae enumerantur. Romae verbi gratia quilibet scire dicitur, quo pretio peccatorum absolutio ematur etc. Cum eruditione progrediente fideles hanc desperatam basin et falsam directionem perspiciant, ecclesia sensim omnem influxum in fidelium animas amittit. Haec facta meliores homines ad remedia deliberanda excitant. Meliores hae voces e medio veterocatholicismo audiuntur, quibus reunio cum ecclesia orthodoxa commendatur. Auctorem difficultas executionis huiusc rei non latet, cum utraque ecclesia per saecula suis viis progrediens suum specialem characterem imbuerit, sed secundum auctoris opinionem hanc ob rem dicta unio impossibilis non videtur. Media quaedam indicantur: Evangelium omnibus pateat, primatus romanus, qui in certamine cum potestate saeculari prorsus succubuit, supprimatur etc. Professor Micheau in periodicis litteris Revue internationale théologique, Janvier-Mars 1905, Berne, seriem articulorum huic quaestioni solvendae dedicavit. Conamini ecclesiae orthodoxae omnia mala e «schismate occidentali» deducendi, iam adsuevimus. Totius articuli tenor nonnisi argumentum praebet, quam remota et immatura fausta infausti schismatis solutio appareat. —

Dr. L. Petr.

A. L. Bajkov, Современная международная правоспособность папства въ связи съ учениемъ о международной способности вообще. La capacité internationale actuelle du Saint-Siège et les personnes du droit des gens. Peterburg. 1904 p. XXXV + 461. Tractatus historico-dogmaticus.

Doctus auctor operis, quod revera omnium admirationem movere potest, verbum illud Reddite quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo (Math. 22 21; Marc. 12, 17 Luc. 20, 25) in fronte libri inscripsit. In proemio dicitur inter alia: Destructa potestas papalis a. 1870 — contra multorum expectationem — momentum internationalis auctoritatis s. sedis non imminuit. Papa mansit persona internationalis; quam auctoritatem maxime Leo XIII. restituit rationibus nationalibus, quae momentum et vim religiose-moralem s. sedis diminuerent, sepositis. Per eum internationalis auctoritas papae adhuc augetur.

Sed quomodo explicari potest, sanctam sedem uti iuribus internationalis personae nunc, cum caret imperio saeculari? Secundum rationem iuris gentium papa hanc auctoritatem non habet; sed revera eam habet. Explicatio historica non sufficit. Videtur potius falsa esse ratio iuris gentium, qua personae imperio carenti haec auctoritas denegatur.

Internationale momentum s. sedis explicatur 1. recta definitione iuris gentium; 2. historica evolutione papatus et eventibus anni 1870;

unde acquiruntur principia ad construendam rectam definitionem iuris gentium. Opus igitur in tres partes divisum est 1. Istorija razvitiya elementov meždunarodnoj pravosposobnosti Sv. Prestola; 2. Konstrukcija meždunarodnoj pravosposobnosti voobšče; 3. Konstrukcija sovremennoj meždunarodnoj pravosposobnosti papstva.

In prima parte afferuntur historica facta, quae hanc evolutionem demonstrant. In secunda parte agitur de iure gentium in genere deque eius principiis, a quibus profectum est; dein de eadem re ratione habita papatus.

In hoc altero via ac ratione exponuntur primum summa rerum potestas libertas et independentia ut primum signum aptitudinis personae ad auctoritatem personae internationalis iuridicæ. Ibi fit discriminem magni momenti inter essentiam summae imperii et eam ad effectum adductam. Deinde principalia iura pactionum habita eiusdem aptitudinis ratione. Tum magnum momentum huius rationis, qua lites componendae sint, explanatur.

Quibus expositis efficitur aptitudo s. sedis. ad auctoritatem internationalem. Quae anno 1870 acciderunt, auctoritatem internationalem papatus non sustulerunt, id quod secundum iuris et artis praecelta discrimine, quod supra indicavimus, facto ostenditur. S. sedes habet essentiam summae rerum potestatis independentem a vera possessione saecularis imperii. Utrum conveniat hoc cum evangelio necne, auctor non dijudicat; sufficit ei historia papatus et ita revera esse.

Internationalem illam papæ auctoritatem Bajkov non putat fluere inde, quod papa sit caput ecclesiae religiosum, dogmaticum. Ecclesia catholica per se iuris internationalis talisque auctoritatis subjectum non est. Principium huius internationalis auctoritatis papæ existimat esse politicam libertatem et independentiam ecclesiae eius, cuius papa personam gerit, ab imperio et vi saeculari. Solum ita pactio internationalis pro lege esse potest. Saeculare imperium ad hanc auctoritatem necessarium non habet. Saeculare imperium fuit quidem consentaneum signum eius, sed nequaquam unicum principium libertatis, id quod annus 1870. demonstrat. Etiam nunc s. sedes aequalis est imperio. S. sedes in Vaticano, qui saeculari imperio intactus mansit, habet etiam externam independentiam, „exterritorialitatem.“

In hoc prooemio est succus eximii operis, cuius singulas partes iam persequi in animo est. (Reliqua deinceps persequemur.)

„Православный Собеседникъ“ 1904. (Pars reliqua).

А. Bogorodskij: Первоначальное жилище человека на земле—рай въ Едемѣ. (Primaeva hominis in terris habitatio-paradisus in Eden) I., 1—24, 163—184.

Usque ad saeculum XVI^{um}, ubi paradisus situs fuerit, inquisitum non est. Subsequenti vero tempore varii varias ad id explicandum opiniones in medium protulerunt. Hoc tempore eruditii — omissis opinioribus falsis vel improbabilibus — in duo dividuntur castra: alii enim in Mesopotamia, alii vero in Armenia paradisum collocant. Auctor, opinio a Delitzsch exulta, secundum quam paradisus in Mesopotamia, Babylonisve regione fuerat, refutata, Augustinum Calinet sequitur paradisumque in Armenia ponit. »My dopuskaem, čto vsemirnyj potop dějstvitel'no mog uničožit' rěku, vyhodivšuju iz Edema Takoe

izměnenie poverhnosti zemli dolžno bylo po městam otrazitsja na rěkah na iň dlině, napravlenii i vzaimnom otošenii, v osobennosti na istokah iň. No Edemskaia rěka mogla i perežit potop, suščestvovala dolgo poslé, daže do vremen Mojseja i zatěm izčeznut. (p. 164 sq). Fluvium principalem disparere potuisse, mirum esse nemini potest, si diluvium et geologiam prae oculis habeat (p. 165).

Fluvii, qui in scriptura recensentur, sequentes sunt: Euphrates, Tygris, Araxes (Gehon) et Чорохъ — Čoroh — (Phison) (p. 170 sqq) Quartum fluvium, Phison, nequaquam cum Phasis identificandum esse dicit: maior enim Phasis a ceteris fluminibus distantia cum dictis s. scripturae de uno fluvio, ex quo quattuor effluebant, minime conveniret (p. 173).

Sed in quanam Armeniae parte paradisus fuit? Verisimillimum est eum in orientali parte situm fuisse. Verbis enim ipsis: »plantavit Deus paradisum in Eden, in oriente (mikkedem)« significatur: plantasse Deum paradisum in Eden, in orientali eius parte (p. 175).

P. 176. nova argumenta, paradisum in Armenia situm fuisse affert. Primum illud est, quod antiquissima documenta historica et archaeologica, quae possideimus, ex illis regionibus habentur (p. 176 sq). Secundum argumentum ex illo textu: requievit arca super montes Armeniae (Gen 8 v. 4) (p. 177) desunit.

A. Bogorodskij: йизнь первозданныхъ людѣй въ раю (De primorum parentum in paradiſo vita) II., 337—362, 529—548.

Hisce duobus »articulis,« quod a. 1903. Prav. Sob. incepit, prosequitur. Designatis protoparentum natura et fine et a ceteris animalibus differentia, de eorum vita hic inquirit.

De aurea aetate apud gentes quam plurimas traditionem haberi, omnibus constat. Quam traditionem non posse ini nisi falso fundamento ex psychologia cogitur: homo enim ex bono quidem praesenti et futuro, sed nequaquam ex bono praeterito, quod numquam exstitit — alia res est, si exsistentiam habuit — capere gaudium potest (p. 338). Quod »evolutionis« theoriam sequentes attinet, pessimam protoparentum conditionem, principia sua sequentes, supponere debent (p. 339). De facto igitur melior condicio aliquando adfuit; quam condicionem optime descriptam a Genesis auctore christiani admittunt. Secundum s. Scripturam bona imprimis externa magna abundantia protoparentibus praesto erant. Homines vero ipsi immortales erant; quam immortalitatem ex vitae arbore desumebant (p. 342 sq); — a morbis quoque et senili corruptione liberi erant. Verum non sola arbor vitae, sed omnis quoque quotidiana esca physicis quibusdam qualitatibus praedita hominis dissolutionem impeditiebat. — Cum segnities etiam in beato vitae statu multum cum corpori tum animae noceat, Deus »ut operaretur et custodiret« paradiſum Adamo paecepit. Set labor hic iucundus fuit eiusque finis id intendebat, ut homo paradiſi pulchritudinem (бла́гоустро́йство) conservaret eamque augeret. Finem hunc per naturalium virium cognitionem homo assequi poterat; ideo eius potestati tum animata tum inanimata subiciebantur (p. 348). Qua occasione Patrum quorundam dicta: animata Adamo non oboedivisse refellit: ipsa enim paradiſi sanctitatem et pulchritudinem non solum non perturbabant, verum etiam multum ad eam conferebant. — Internum primorum parentum statum ex eorum morali dispositione, ex pudoris nempe defectu cognoscimus; defectus enim hic conscientiam bonam eiusque cum voluntate divina concordiam significat. Quam internam eorum beatitudinem multum conversatio cum Deo adiuvabat (p. 351 sqq). — Sed quid lignum scientiae boni et mali ad felicem illum statum conferebat? Qualis illius arboris proprietas fuerit, de eo confuse loquitur. Ex eius dictis arborem illam peculiaris boni cognitionem contulisse concludi potest (cf. 356). Ss. Patrum dicta de nominato ligno ad haec redigit: Lignum scientiae boni et mali sensibilem quandam voluptatem homini conferre poterat; fructibus eius ratio-

corpori subdebat, eiusque serva constituebatur. Quomodo id lignum hoc efficere potuerit, ignoramus. Id unum clarum est: arborem duplice habuisse vim: unam cognitionem conferentem, alteram dissolventem. Secundum ss. Patres vis secunda eius a praematura comeditione omnino dependebat et in destructione rectae relationis animae ad corpus consistebat. Altera huius ligni vis cum peculiaris boni tum maxime mali cognitionem afferebat; immo eius vis talis fuit, ut etiam abrogato praecepto licet iam sine peccato — ad id ipsum valeret (p. 355 sqq). — Cuius ligni in paradyso exsistentia nequaquam eius statum turbabat: id quod consideranti hominis ad Deum relationem eiusque limitationem ac dependentiam clare patebit (p. 529 sqq).

Primorum parentum in paradyso vitam comparare possumus cum hominis redemptione a Christo peracta, hoc tamen cum discrimine, quod innocentiae, quam primi nostri parentes possidebant, gradus praestantior erat et perseverantia firmior quam illius, quam Christus nobis recuperavit, innocentiae (p. 534 sqq). — Sed, quamdiu primi parentes in paradyso fuerint, inquirere libet. Auctor, ad hanc quaestionem respondens, opinionem illam, secundum quam Adamus 30 annos in paradyso fuit, probabiliorem esse dicit. Cum enim Seth natus sit 230^o anno, cumque Caini semen usque ad septimam generationem ante Seth natum multiplicatum sit, et ad unamquamque generationem educandam 25–30 anni requirantur, habemus 200 annos; itaque 30 anni restant, quos recte ponitur in paradyso peractos esse. Quorum numero exprimi quoque annos Christi D. vitae auctor notat. In nota refert etiam secundum Persarum traditionem primum hominem 30 annos in terra vixisse (p. 537 sqq). Quae cum ita sint sua sponte dubitatio vel potius quaestio exoritur, cur primi parentes filios in paradyso non procreaverint. Ad quod auctor, protoparentes, cum non fuerint in gratia confirmati, nec alios in gratia confirmare potuisse et hanc esse rationem, cur nullos filios habuerint, respondeat

M. Vasilevskij: л'осударственная система отношений къ старообрядческому расколу въ царствование императора Николая I. (De gubernii ad eos, qui dicuntur „raskolniki“ (schismatici), relationibus tempore Nicolai I.

In unoquoque fasciculo (excepto mensis Septembris) per totum annum specialis, commentatio de „raskolniki“ tractans, invenitur. Documentis praesertim a regimine editis innexus Vasilevskij, gubernii ad ipsos relationes atque internum eorum statum et constitutionem, describit.

P. Žuze (Жузе): Христіанське віяніє на мусульманську релігійну літературу (Quomodo Christiani ad Muhamedanorum litteras religiosas pertinuerint I, 247—263, 727—738. Quae Goldzieher (Гольдшер) in Revue de l'histoire des religions, t. 18. conscripserat, hic in linguam russicam translata sunt.

K. Harlamovič: Арх. Макарій Глухаревъ, основатель Алтайской миссии, и его пребывание въ Казани (De arch. Macario Gluharev, missionis in Altaj conditore, deque eius Kazaniensi commoratione) I, 205—230.

V. Nikol'skij: Христианство, патріотизмъ и война (Christianismus, patriotismus et bellum) I., 608—621, 765—786, 868—887; II., 147—165, 549—572.

Christianus, ut de patriae amore recte sentire possit, imprimis huius vitae veram notionem acquirat necesse est. Bona externa secundum religionis christiana principia ex se nequaquam mala habentur, sed solum in quantum hominem ad peccatum adducunt; formas igitur physico-corporeas, quia sunt corporeae, religio christiana minime recit (613 sqq). Immo homo, cum anima et corpore constet, indiget bonis externis cumque homo hominum appetens sit, cum hominibus ad societatem vitae coniungitur. Quos naturae nisus et conatus religio christiana non reprobat, sed solum ad propositum suum aptat (p. 616

sqq). Ideo qui patriae et parentum amorem infra se esse iudicant, ad subiectivam hominis dignitatem non attendunt Patriae igitur amor naturalis, ex ipsa hominis essentia consequitur — psychologice autem ex gratitudine pro acceptis beneficiis effluit et coniunctione familiae, necessitatibus cum individualibus necessitatibus concrete sese manifestat.

Consequenter patriae amor, licet quasi terrena quaedam virtus sit, tamen, cum religio christiana non corporea, sed peccata, reiciat, — etiam virtus christiana esse potest.

Immo patriae amor cum maiore hominis perfectione convenit, nec solum inchoatae virtutis est. Qua in re exempla Christus Dominus et apostoli — quod per multos textus ex s. Scriptura sumptos probatur — nobis praebuerunt (p. 765 sqq).

Christianus patriae amor minime suam gentem aliis anteponit, neque principia moralia neglit; sed quod malum est, enecat, quodque infirmum sanat, et ad meliorem, in quantum fieri potest, suae gentis condicionem efficiendam et ad eius intentiones et desideria — ad effectum perducenda, nititur (p. 772 sqq). Quodque nostram patriam praeter alias diligimus, ad id peculiari nostra ad patriam relatione, filiali nempe, cogimur (p. 785 sq).

Patriae amor universalitati religionis christiana non repugnat; imprimis christiana suiipsius abnegationi contrarius non est; sicut enim homo seipsum abnegans non seipsum, sed quod vitiosum est, tollere nititur, ita et tota natio hanc virtutem exercens, solum quod in ea vitiosi vel mali est, decidit; immo gentis alicuius incrementa causae historicae nonnumquam exigunt. Quid plura? Publica sui ipsius abnegatio non sua gentis dissolutionem et negationem, sed solum pravorum eius conatum repressionem postulare videtur (p. 869 sqq).

Dein verus patriae amor nequaquam idem est atque illud nimium domesticorum studium, quod suae solius nationis amore circumscribitur, — sed ethicae praeceptum „quod obiective amore dignius est, id magis ama“ observans patriam suam — non exclusis aliis gentibus — amore filiali prosequitur; et practice quidem et immediate nationem suam pree oculis habet; unde nec totius generis humani universitati auxilium suum denegat (p. 875 sqq).

Nec obici potest; patriae amorem bellorum causam esse: in una enim, eademque gente hoc idem accidere videmus; sane verus patriae amicus, quantum in eo positum est, bellum impedire conatur (p. 885). Tamen si iusti esse velimus, ne reiciamus omne bellum ut absolute malum: sunt enim bella, quae, si eorum finis obiectivus et bella gerentium intentiones subiectivae spectantur, non solum bellis iniustis, verum et illo statu, in quo bellum gerendum esset, multo praestant (II, 147 sqq). Neque s. Scriptura absolute bellum reicit; neque, cum bellum gerimus, praeceptum de diligendis inimicis transgredimur (p. 161 sqq). Quod ss. Patres attinet, cum bellum ut malum considerarent, inter simplex homicidium et homicidium ex prava intentione distinguebant, et dein, ut homines cautos redderent, nonnumquam severius locuti sunt (p. 150 sqq.).

Bellum igitur ad religionis christiana propagationem necessarium quidem non est, at peccato originali et personalibus suppositis, hominum malitia non raro belli causa esse potest; ideo homo christianus bello ut malo necessario utitur.

N. Nikol'skij: Рітної языкъ какъ орудіе просвѣщенія широ щевъ (De sermone patro ut instrumento educandi alienigenas) I, 371—404.

N. Ivanovskij: Австрійское священство и ециновѣре (de austriaco sacerdotio et de una fide) I, 529—541. Hic oratio, quae nil singulare continet, descripta est.

A. Koblov: Графъ Л. Толстой и мусульмане. По поводу переписки Л. Н. Толстого съ казацкими татарами I, 622—633; 888—916. Quasdam epistolas, quae commercium inter Tolstoj et Tataros et Kazań constituant, Koblov edit et censurae subicit; set incertum esse sintne epistolae genuinae, red. Pisarev adnotat (cfr. p. 622).

A. Preobraženskij: Григорій V патріархъ константінопольській (1745—1821): 1. Дѣтскіе годы его жизни, I., 457—491; 2. школьное образование и первые годы церковно-общественного служения Григорія V. въ Смѣрнѣ, I., 739—764; 3. Церковно-административная дѣятельность Григорія V., за время управления Смирнской епархией, I., 944—962; 4. Общее церковно-политическое состояніе греческаго востока ко времени вступленія Григорія V. на константинопольскую патріархію. II., 166—189; 5. церковно-народное просвѣщеніе при Григоріи V., II., 598—631, 798—815, 1132—1146.

Gregorius a. 1745. natus in urbe Demetsan in Arcadia, usque ad a. 1765. scholam elementarem, ubi libros liturgicos legere et nescio an initia mathematicorum et geographiae didicit, in propria urbe frequentabat. Qua in schola, sicut illo tempore mos fuit, ascetice bene excultus est. A. 1765. Athenas proficiscitur, ubi sub directione theologi Demetrii Vodas per duos annos studiis vacabat. Dein Smyrnam petit, qua in urbe officio ecclesiastico fungens simul in schola „εὐαγγελική“ per 5 annos scriptoribus »classicis« legendis et arti orandi operam dabat.

Finitis studiis Smyrnae ordinem ingreditur; simul scientiae cupidus in insulam Palmosam (Patmos), ut theologiam et philosophiam addisceret, pergit; quae studia — quamdui ibi fuerit, nescitur — cum absolvisset, a Procopio metr. Smyrnensi Smyrnam reverti iubetur eique officium, primo archidiaconi, dein protocancellarii defertur. Parum de hac vitae Gregorii periodo scimus. Id solum eum regenerationis Graecorum amicum fuisse constat; ideo simul cum aliis opera ss. Patrum, „εἰς κοινὴν τῶν ἀναγνωσκόντων χρῆσιν“ vertit; primum eius opus fuit: s. Chrysostomi »de sacerdotio« in vulgarem linguam versio. In ea re Gregorius excellebat, quod non classico, sed vulgari sermone, electis alienis vocabulis, grammaticae regulis observatis, usus est sive practice ad linguam hellenicam huius temporis excolendam contulit. A. 1785. electus est metr. Smyrnensis. Brevi post dioecesanos officiales convocat communemque cum eis agendi normam edit. Dioecesim ita regebat, ut nec eius inimici, quid ei obicerent, haberent. Templa enim collapsa reconstruebat, clerum coram regimine defendebat vitiaque cleri exterminabat. A. 1797. patriarcha Constantinop. electus est; quam sedem patriarchalem tenuit 1797—98, 1806—1808, 1819—21. Eo patriarcha Graeci quoque ab Occidente libertatis et rationalismi studia avide accipiebant. Qua in re ab ipso patriarcha adiuvabantur qui, quod maximi momenti est, ne Turci per vim omnem Graecorum conatum reprimerent, impedivit. Id quoque Gregorio laudi erit, quod scholas de novo reconstruebat, instituebat hominesque studiis artibusque deditos adiuvabat et quod a. 1798. typographiam erexit.

Commentatio haec verbis multorum scriptorum allatis abundat multaque de studiorum, vitae ecclesiasticae et politicae statu illius temporis nos docet. Et quod magnae laudi auctori vertendum est, de singulis quaestionibus ad multos relegat auctores. Tamen adnotandum videtur esse totius vitae Gregorii imaginem eiusque indolem animi ingeniique non omnino perfecte accurateve depictam esse.

V. Kerenskij: Какъ пишетъ критику проф. Свѣтловъ (Quomodo censuram scribat prof. Svѣtlov), I., 405—456.

N. Nikol'skij: Нарошое образование у Чувашъ. Исторический очеркъ. (De educatione apud Čuvaši) II, 209—228.

A. Th. Gusev: Постъпше наше слово о старокатоличествѣ и его русскихъ апологетахъ (De veterocatholicismo eiusque russicis apologetis ultimum verbum), I, 559—607, 693—726. Gusev († 8 (21) Julii 1904), qui multa de quaestionibus: »Filioque et transsubstantiatione« scripsit, de novo praecipue commentationi P. Svѣtlov rescribit. Ecclesiae catholicae nomen verae ecclesiae denegat ipsumque dogma de Christo Redemptore in ecclesia catholica „утративъ належашее значение“ (cf. p. 711 sq.) *)

*) Immo haec ibidem p. 712 legimus: „Papistы дошли даже до того, что с уверенностью говорят о троем в оплощении Бога: во Христѣ, в евхаристии и в папѣ.“

K. Grigorev: Ученіе графа Л. Толстого о государствѣ (Doctrina L. Tolstoij de imperii gubernatione) I, 787—817, 963—991. Grigorev doctrinam de imperio variis in operibus a Tolstoj propositam in unum colligit et collectam refutat. Societas secundum Tolstoj per vim et orta est, et hoc quoque tempore sustinetur.

P. Žuze (Жузе): Источники мусульманского права (Iuris muhammedanorum fontes), II, 190—208, 407—437. Žuze commentationem a Snouck Hurgronje in Revue de l'histoire des religions, t. 37. conscriptam in Russicum transtulit.

I. Pokrovskij: Явленная чудотворная Казанская икона Божией Матери (Miraculosa Deiparae imago Kazaniensis) II, 254—285. Nocte 29 Iunii (11 Iulii) 1904 praeter alia etiam miraculosa Deiparae imago, quae in mulierum monasterio ss. Deiparae cognominato in urbe Kazan conservabatur, per fures ablata est. Qua occasione Pokrovskij imprimis de huius imaginis apparitione exponit. Ab a. 1649 festivitas huius imaginis tota Russia 22. Octobris celebratur; multa patravit Deus miracula ad B. Virginem in hac imagine honorandam. Exemplar ipsum non Petropoli, nec Moscoviae, sed Kazanii conservatur, id quod post Gregorii Zaljariovič studia nemo serio negare audebit.

K. Grigorev: Социальный вопросъ въ пониманіи графа Л. Толстого (Socialis quaestio ex mente L. Tolstoij), II, 286—306, 469—518.

A. Klučarev: Отецъ Затворникъ и его пастырская дѣятельность. По поводу 10-лѣтія содня его кончины (De Theophane Zatvornik eiusque laboribus pastoralibus, II, 392—406, 632—670, 816—873. Klučarev nondum finivit suum de hoc episcopo studium. Theophanes (1815 + 1894). sicut ipse virtutibus christianis ornatus erat, ita et subditis eas imprimere conatus est. Hoc propositum et in vita sua et operibus de morali et ethica tractantibus spectabat.

N. Ivanovskij: Къ вопросу о брачныхъ сопряженіяхъ раскольниковъ и вытекающихъ отсюда послѣдствіяхъ. Административныя и судебнныя заключенія (De matrimonio sectae russicae qui raskolniki vocantur) II, 377—391, 573—597.

Usque ad a. 1874 apud raskolniki matrimonium non fuit legale, sed coniunctio peccaminosa ducebatur. Tamen reapse numquam nomine „сожитіе“, appellabatur; et hoc tempore et in codice et apud scriptores „сожитіе“ „сопряженіе“, сводный бракъ et secundum Zaozerskij et Berdnikov „подобрачное сожитіе nominatur (p. 379 sqq.). Filii ex tali matrimonio procreati non habentur nothi. Cum codex nihil determinati dicat, ad primarios iurisperitos huius temporis Ivanovskij sese convertit. Constant. Pobedonoscev, Koni, prof. Berdnikov illorum matrimonia legitima esse putant (p. 384 sqq.). Sed etsi de coniugio illorum, qui raskolniki esse perseverant, his esse possit et in utramque partem disputari, oinnes tamen iuristae et canonistae raskolnikovum matrimonium simulatque cum ecclesia orthodoxa coniungantur fieri vel approbari ut legitimum, uno ore clamant. Idem usus testatur (p. 387 sq).

Sed quaestio oritur, num eodem modo, quo raskolniki in raskol nati tractantur, etiam alii raskolniki tractari possint? Affirmative respondendum videtur, cum multi — sine ulla interrogatione — ad ecclesiam orthodoxam redierint, quorum matrimonium ratum putabatur. Immo nec ullum decretum senatus vel opinio iuristarum contraria habetur (p. 390 sq).

A. Druzinin: Образование и нравственность (Educatio et ethica) II, 882—910, 1007—1061. Cum hominum vita moralis a convenienti affectuum, mentis, voluntatis evolutione, evolutio autem haec ab educatione dependeat, — ideo educatio cum in schola tum extra scholam vitam religiosam preeprimis spectare debet. Quod ut obtineri possit, educationis caput et finem ultimum religionem esse necesse est.

V. Krylov: Административная переписка Иннокентия, митрополита Московского († 1897 г.), за время управления его Камчатской епархии, II. 931—952, 1160—1168.

М. V. Расколосектанство въ Казанскомъ краѣ и дѣятельность противъ него Казанской миссіи въ 1903 г. II, 882—910, 1147—1153.

N. Ostroumov: Аналогії и ихъ значеніе при выясненіи ученія о св. Троицѣ по суду бл. Августина (*De analogia eiusque valore in explicanda doctrina de ss. Trinitate secundum s. Augustini mentem*) II, 1119—1131.

Doctrinam de ss. Trinitate, »de tribus personis in una natura« alii ut rationi repugnantem reiciunt, alii, qui eam admittunt, rationis argumentis eam demonstrari posse contendunt. Medium viam tenuerunt ss. Patres. Cum enim natura humana »bogopodobie« (Dei imago sit), doctrinam de ss. Trinitate revelatam ex natura humana illustrare conabantur. Inter omnes s. Augustinus praestitit opere: »De Trinitate« Ipse enim s. Trinitatem ratione humana perfecte cognosci non posse sciens, doctrinam eam analogiis e rebus creatis sumptis explicare studebat.

Ostroumov triplex analogiae apud s. Augustinum genus distinguit: e rebus corporeis, e vita nostrorum sensuum, e vita spirituali. Sed cum rebus corporeis et vitae sensuum paulum commune sit cum spiritualibus, tertium genus melius explicat, analogiasque s. Augustini e vita spirituali adducit. Ad quaestionem, num argumentum ex analogia ductum efficax esse possit, respondens perperam aut confuse loquitur. De Augustino autem in fine adnotat, analogias apud Augustinum non fuisse nisi »подобіемъ принятой и переживавшійся въ троичности, это было какъ бы предчувствіе, только предуказаніе истины« (р. 1130.)

V. Kerenskij: Шестой интернациональный старокатолический конгрессъ и развитие старокатолицизма въ послѣдніе годы (1902—1904 г.) II, 756—797, 1062—1118.

Actionibus et sessionibus congressus veterocatholicorum, qui 1-4 septembbris a. 1904. peractus est, enarratis et descriptis, Kerenskij orationes, quae congressus tempore habitae sunt, complectitur simulque censuram earum brevem addit. Dein veterocatholicismi ultimis temporibus progressum exponit eiusque ad protestantismum propensionem notat.

M. Haluščinskij.

M. D. Muretov, Родословіе Христа. Экзегетическое изслѣдованіе. (Genealogia Christi. Investigatio exposita.) Moskva. Univ. typogr. 1904. — Pg. 140 (VIII⁰.)

Auctor septem articulis cribrat · quaestiones de Mt. 1, 1—17 et Lc. 3, 23—38.

Articulo primo fundamentum commentationis ponit. Quam plurimis e V. et T. magistrorum Iudaicorum praeceptis (Talmud), Flavio, Philone congestis argumentis vocibus „Βίβλος γενέσεως Ι. Χ. νιοῦ ἀνεῖδ νιοῦ Ἀβραάμ“ (Mt 1, 1) amplissimam significationem iusti libri historiam adventus Salvatoris Uncti enarrantis strenue prorsus vindicat. Respectum evangelii s. Matthaei ad ll. V T., qui clare exprimitur praedicatis de Iesu Christo — νιοῦ ἀνεῖδ νιοῦ Ἀβραάμ —, continuari probat ipsa trina genealogiae divisione, qua docemur statum Iudaeorum theocraticum tria stadia, quae societates hominum temporaneae percurrere solent, ipsum quoque transiisse, quippe qui ante Davidem membra et elementa collegerit, post Davidem floruerit, post Iechoniam languerit. Theocratica Matthaei genealogia enarrata absolvitur liber geneseos testamenti carnis, quem excipit liber geneseos Salvatoris Uncti. Ceterum auctor licet pro proposito suo naturalem cursum status theocratici in genealogia adumbrati urgeat, relationem typologicam et super-

naturalem haud obfuscat. — Posito iam fundamento, articulo II. primam genealogiae aetatem stilo biblicae suavitatis enarrat. Additamenta (mentionem fratrum Iudee et Thamar et Rachab) quae ad schema genealogicum, si s. auctor puram et putam genealogiam tradere voluisse, minime quadrarent, ad sententiam suam confirmandam apte trahit, rabbinicas doctrinas crisi subicit et optime ad suum usum transfert philosophicas de historia populi electi considerationes instituit. — Eodem fere modo notari potest artieulus III. alteri genealogiae parti explanandae destinatus. Narrationes plenae ardoris et gratae „unctionis“ excipiunt scrupulorum textu V. T. inspecto inectorum exemptiones et aliorum nodorum exegeticorum extricationes. Optime afficiunt et tenent lectorem quae explanator ad v 6. praecclare et ornatissime exponit. — Tertiam partem paulo difficultorem interpretatione quarto articulo proposita, in qua sine dubio licet acquiescere, explanat, legis de leviratu, de successione filiarum et dyonymiae habita ratione. — Articulo V. de numeri ternarii epocharum et quattuordenarii generationum significatu tractat. Reiecto commento eorum, qui cum Meyer—Weiss autumant lapsum oculi evangelistae genealogias — quas quilibet Hebracorum puerus memoriter noverat — describentis, auctor docet s. Matthaeum revera omnes recensuisse personas, quas pro proposito suo theoretico-dignas habuit, quae recenserentur. Ut in singulis genealogiae partibus quattuordecim generationes contineantur, album calculum illi sententia adicit, quae Iechoniam bis (liberis carentem et maledicto ac filii donatum) numerat. In suspenso relinquunt allusionem ad nomen David ($4 + 6 + 4 = 14$). adhibet ex parte cum Ambrosio mysticam divinorum numerorum 7, 3, 40 significationem; maxime autem ipsi probatur explicatio, s. Matthaeum cum 14 generationes invenisset in parte prima et iterum in secunda, exclusis iusto iure excludendis (Iezabel) et sub una generatione exhibitis regibus Iosiae successoribus, eundem numerum computatio effecisset, in tertia hunc numerum retinuisse ad plenitudinem temporis designandam.

In conciliandis Matthaei et Lucae genealogiis auctor praefert et tuetur hypothesis apud Lc. genealogiam B. M. V. legi. Rationum, quae fere afferri solent, quasque Muretov diligenter et accurate exponit, firmitatem ac vim augeri sententia illa Lucam, historiographum accuratum, pluris aestimasse genealogiam veram et naturalem, quam iuridicam et theocraticam atque efficacius et aptius priore quam posteriore ethnicis et ethnicochristianis Christi fidem commendare et cordibus imprimere potuisse, fortasse nemo est, qui diffiteatur. Quae hypothesis, si vera est, regale Davidis genus theocratice messianum et messianum idealiter de Salvatore nato in matrimonio B. V. et s. Josephi congaudens facit. Eadem difficultates, quas alterius sententiae patroni obiciunt expedite infringuntur. Sic nomina Heli et Ioachim non simul sed successive eidem personae tribuntur et Heli ex Helch-Jah (celsitudo, elevatio Jahwe) derivatur. Ut „certum neque cupidius factum testimonium,“ quod hypothesis quam defendit, confirmet, allegat inter alia etiam Gemarae Hier. (ad tract. Chagiga cap. 2 § 2) „Mirjam bath (berath) Heli.“

Denique articulo VII. qui est „De genealogiarum axiopistia“ probat Christum revera a David ortum esse, genealogiam B. V. facili negotio conservari potuisse, librum generationum et apud Mt et apud Mc cum evangelii ipsis primum foras datum esse, opinionibus, pro quibus Resch (Kindheitsevangelium Lpz. 1897) Rüegg et Birt hac in re propugnant, spatium in libro suo non concedens.

Ad commentationis calcem auctor orthodoxus acutam criticismi biblici censuram adiecit diversum modum, quo ad eadem semper contendunt, sic perstringens: Antea negabant, nunc affirmant. Pridem dicebant: superfluum, adulterinum, a fide abhorrens; nunc quaerunt magis necessaria, veriora, fide digniora. Pro nominibus „non apostolicum, non Christi“ iam substituunt „proto-apostolicum et proto-christianum“; denique prius directe negabant quae sunt, nunc eadem negant quae rentes, quae non sunt. (Прежде отрицали, теперь утверждаютъ. Въ старину говорили: иенужно, неподлипно, недостовѣрно; теперь ищутъ сверх-нужного, сверх-подлинаго, сверх-достовѣрного. Вмѣсто неапостольского и первохристово, кратко: прежде прямо отрицали то, что есть, — а теперь отрицаютъ это посредствомъ исканія того чего нѣть. р. 138.)

Aequitas neque naevos quodam libri celari concedit. Ad accura tionem in scientificis rebus sane pertinet, criticum non haerere in discrimine inter theologiam orthodoxam Russorum et occidentalem faciendo, sed criticismum vesanum, qui inter Germaniae potissimum protestantes grassatur. a critica catholicorum sana probe discerni. Praeterea scholasticam studiorum rationem aequius aestimare scriptor potuit (v. p. 126, 138.) Nova nec satis firma videntur esse, quae p. 12. occurruunt de tempore, quo s. Matthaeus evangelium scripserit. Traditionis suffragio caret opinio legem de successione filiarum ad Mariam, Ioachim viri ditissimi (?) filiam pertinuisse, (p. 108.) Quaedam de „Toledoth Iešua“ corrigenda esse auctor ipse in fine exemplaris nostri monuit (p. 8. 70. 100. 108. 120. 123. 128. 137. 140.)

C. Večera.

Богословский Вѣстникъ. (Nuntius theologicus.) 1905. Aprilis — Augustus.

Н. Картев: Власть патриаршая и архиерейская въ древней Руси въ ихъ отношеніи къ власти царской и къ приходскому духовенству. *Potestas patriarchalis et archiepiscopal antiquae Russiae in sua relatione ad potestatem imperiale et ad clerum curatum.* (No. 4 et 5, p. 657—690; II. 27—64.) — Illis, qui sibi a restaurata dignitate patriarchali ampliatam auctoritatem pollicentur maioremque ecclesiae influxum in civilem ac nationalem vitam russicam, Kapterev brevi conspectu patriarchalis dignitatis russicae respondet: Primoprimis solum christianaе Russiae temporibus exceptis, cum centralis potestas secularis adhuc deesset et cum metropolita solus unitatem Russiae repraesentans, nominaretur, iudicaretur et deponeretur a solo patriarcha constantinopolitano — quamvis actio in populum et auctoritas horum virorum saepissime Graecorum linguae slavicae ignorarum, educatione et moribus a Russia alienorum exigua tantum fuerit — exceptis, inquam, hisce primis temporibus, metropolita Moscovensis

nunquam erat nisi instrumentum et servus imperatoris, ipsius arbitrio prorsus subiectus, tam populi quam cleri morali subsidio plene destitutus. Cum a. 1589 ex principis voluntate metropolita Moscovensis dignitatem patriarchalem adeptus esset, titulus quidem mutationem subiit, mansit tamen prior subiectio. Iam primus patriarcha Iob a Pseudo-Dimitrio male tractatus ac depositus est. Pseudo-Dimitrio interfecto patriarcha eius, Ignatius, ab imperatore modo electo Šujskij in exilium mittitur, eodem tamen imperatore ipso deposito Germogen iterum, a Šujskij quondam patriarcha creatus, nece amovetur. Patriarcha Nikon imperatoris favore praepotens factus, ex quo imperatori displicuit, omni sua auctoritate statim privatur. Eiusdem patriarchae explicationes de dupli potestate, spiritali ac saeculari, quarum illa saeculari sicuti anima corpore sublimior est, adeo procul erant a temporis condicionibus, ut non solum a cleri parte sed ab ipso patriarcha constantinopolitano, speciali legatione consulto negarentur. »Imperator dominus est, patriarcha autem aequae atque alii subditi absoluto obsequio ipsi obstrictus est. Quam relationem ne tunc quidem esse immutatam, cum concilium Moscovense anno 1667 post complures disceptationes decrevisset, imperatores in rebus saecularibus, patriarcham in spiritalibus sui iuris esse, facile inde patet, quod contemporaneus imperator patriarcha mortuo alium ad eandem dignitatem evehere recusavit, ipsiusque successor, Petrus Magnus, munus patriarchale clero minime resistente prorsus abolevit. Patriarchatus nunquam in nationalem vitam Russiae radices immiserat.

Письма Преосвященного Порфирия (Успенского) къ Свѣтѣйшей княгинѣ Елизабетѣ Павловнѣ Витгенштейнѣ, урожденної Эйлерѣ. (Litterae em. Porfiriij (Uspenskiensis) ad principissam El. P. Witgenstein, e gente Eiler ortam (p. 691—9).

P. S vѣtlov, Старокатоліческій вопросъ въ духовной печати sa 1904 г. (Quaestio veterocatholica in litter. spiritali anno 1904), pag. 700—32; II. 95—117. Tractatus polemicus, cuius sententiae principales iam anno proximo p. 84 (400) expositae sunt.

S., Къ вопросу о постановкѣ дѣла воспитанія въ духовныхъ семинаріяхъ. (De educatione in seminariis spiritalibus reformanda), p. 775—789. Quidam defectus seminariorum enumerantur. Eruditio, cui professores provident, et educatio ad seminarii praesules pertinens, nimis inter se separantur. Exiguus numerus educatorum (rector, inspector et ad summum tres assistentes) in seminariis, quae haud raro ad sescentos alumnos hospitio excipiunt, efficit, ut educatio ad solam ordinis externi inspectionem necessario restrinatur. Ex tali externa tantum custodia, diffidentia suspicionesque et simulatio aliaque vitia eo facilius nascuntur, quod seminariorum alumni diversissimae aetatis (a 14. ad 25. annum) eidem regimini subiciantur. Tali modo in omnibus fere seminariis secreta et specialis quaedam vita interna gignitur educatoribus inimica, quae non ab eruditissimis ac probissimis sed ab audacissimis alumnis plerumque inspiratur et dirigitur. Commandantur denique emendationis consilia ex defectibus enumeratis facile conicienda.

N. Saхаров, Очерки религіозної життї въ Германії. (Adumbratio vitae religiosae in Germania), p 790—818. Auctor, qui tam Catholicorum quam Protestantium congressus religiosos principalem fontem esse praesentis vitae Germanorum religiosae cognoscendae existimat, de eiusmodi congressibus autumno anni 1904 in Germania habitis refert, idque 1. de 5! Catholicorum congressu generali Ratisbonae diebus 21—25. Augusti habito, 2. de 17. generali sessione Foederis evangelici (Evangelischer Bund) Dresdae diebus 3—6 Octobris, 3. de 57 generali sessione protestanticeae societatis Gustavi Adolphi Heidelbergae diebus 20—22. Septembris habita.

A. Golubcov (Nr. 5), О выходахъ на воскресныхъ вечернѣ и утренѣ въ древней Руси и ихъ происхождении. (De processionibus in

Paschae vesperis et matutino antiquae Russiae et de earum origine), II. 1—26. Tractatus liturgico-historicus.

P. V. Tihomirov, Академическая свобода и развитие философии въ Германии. (*Libertas academica artisque philosophicae in Germania incrementum*), II, 65—94. Lectio studiosis Moscoviensis academieae spiritualis habita, in qua opinio pronuntiatur, apud Germanos non tam naturalem dispositionem quam libertatem docendi et discendi admirabilem progressum philosophiae germanicae effecisse.

D. A. Lebedev, Почему праздникъ пасхи 25. марта называется Европасхой? (*Qua de causa festum Paschae die 25. Martii Kyriopascha vocetur*), II. 118—128. Duodecies in 532 annis Pascha festo Annuntiationis b. Mariae V. celebratur. In libris Typikon (типикъ канон) et Pentecostarion (missale a die Paschae usque ad diem Pentecostes) tale Pascha Kyriopascha appellatur. Kyriopascha non a κύριον πάσχα (Pascha Domini) sed a τὸ κύριον πάσχα (verum Pascha) deducendum est. Denominatio haec antiqua byzantina inde exorta est, quod antiqui chronologi orientales iam inde ab aegyptiaco monacho chronographo saec. V Anniano persuasum habebant Iesum Christum die 23. Martii mortuum esse ac die 25. Martii resurrexisse, unde resurrectionem Domini die 25. Martii celebratam revera in historicum diem resurrectionis Domini incidere.

N. A. Zaozerskij, Свѣточіи православія и культуры въ исторіи Румънской церкви. (*Orthodoxiae culturaeque faces in historia ecclesiae Rumenae*), II, 129—144. Critica aestimatio libri Arsenii, episcopi Pskoviensis: Ізслѣдованія и монографіи по исторіи Молдавской церкви. СІІБ. 1904. argumentorum copia abundantis de vi fidei orthodoxae in transduceendo hoc populo ad cultiorem vitae usum a principiis historiae christianaе usque ad nostra tempora,

Episcopus Evdokim, На зарѣ нової церковной жизни. (*In novae vitae ecclesiasticae aurora*), II, 145—185; 207—236; 401—424. Reflexiones ortae per occasionem rumoris de convocando generali concilio russico, patriarchatu restaurando et canonica institutione ecclesiae.

V. Belevic-Sankovic, Политическая деятельность католического духовенства во Франціи. II, 186—194. Politica activitas catholici cleri Galliae. De conamine cleri gallicani refertur, aucta politica activitate damna ecclesiae ex praesenti infausto Galliae statu imminentia tollendi vel diminuendi. L'Action libérale populaire popularium societatum in Germania tempore persecutionis Bismarkianae constitutarum instar, iam 646 consilia per regiones numerat. Politica societas adulescentium »Fédération nationale de la Jeunesse democratique socialis« programma impugnat. Congressus pristinorum magistrorum, qui in scholis catholicis quondam docuerant, Lugduni accuratam rationem ad defendendam et vindicandam instructionem religiosam in scholis gallicanis elucubravit. Auctor in bona spe ponit, si ecclesia ex praesenti certamine victa prodierit, stragem hanc nonnisi ad tempus futuram esse.

P. V. Tihomirov (No. 6), Дружба въ изображеніи Шиллера. (*Amicitia secundum Schilleri ideam*), II, 279—292. Ad 100. anniversarium ipsius mortis. Philosophica deliberatio de Schilleri sententia de amicitia, прouti in ipsius tragœdia »Don Carlos« exhibetur. Verbis, »Schillerum enthusiastam amicitiae esse« sententia ipsius hac de re brevissime exprimitur.

N. A. Preobraženskij, Извѣ очеркъ современнаго англиканства. (*Ex praesentis anglicanismi adumbratione*), II. 335—358 Rationalismus, quia popularis, periculosus est. Certamen cum paganismo in Europa nondum finitum est. Paganismus tantum alias formas, formam materialismi, naturalismi, rationalismi induit. Socialisdemocratia Angliae consuetam hucusque viam socialium reformatorum relinquit et quaestionibus religiosis occupari inchoatur, quas modo rationalistico tractat. Sermones ad operarios in Hyde-Park, non magno parabilis litteratura »The Rationalist Press Association« ipsius opini-

ones propagant. Libri hi non parvam litteraturam contrariam excitarunt, in quibus tamen christiani apologetae recentioribus explicationibus scientiae sese accommodare studentes, iustos limites nonnunquam transgrediuntur, sicque ipsi religionis christianaee fundamenta in periculum adducunt. Auctor haec maxime ex modo, quo ars critica ad S. Scripturam adhibetur, demonstrat. Neoanglicanisnus hicce in vulgus paulatum penetrans, maxime in »Essays Reviews« (fund. a. 1860), »Lux mundi« (1889), »Contentio veritatis« (1901) propagatus, ex libris sacerdotis gallicani Loisy et libro Harnackii »Essentia christianismi« nova incrementa cepit. Historia, quae in Scriptura sacra enarratur, non ad verbum evenit. Caput 1. et 2. Genesis allegoria est. Historicis factis complures legendae immiscentur. Eadem ratione et miracula iudicanda sunt, quae in probabilia et minus probabilia dividuntur. Evangelistae historicam materiam vaticinia V. T. intuentes tractaverunt factisque propria quaedam adiunixerunt; sic e. gr. narratio de Christo in asinae pullo sedente, de Christo 30 argenteis vendito exorta est. Scriptura sacra erroribus limitatae cognitionis humanae non est imminis, quapropter christianaee fidei fundamentum agnoscit ipsa non potest. Fides in Spiritum S. vivificantem sequitur, non praecedet fidem in Christum. Praecedit moralis dispositio. Deus caritas est, quapropter non intellectu sed affectu, morali studio concipitur; affectus non est cognitionis obiectum. Affectus unionis cum Christo redivivo radix est apostolicae confessionis. Discriben faciendum est inter Christum historicum (synopticum), cui omniscientia et omnipotencia abnegantur et Christum mysticum, glorificatum, qui pro ipso bono morali habetur.

V. N. Myšeyn, Рабъ іеговы. (Servus Domini, Isaias XL—LXVI), II, 425—435. De modo propheticæ visionis disputatur, qua Isaias Servum Domini concepit: videritne propheta imaginem Servi Domini longe prospiciens futurum quasi in sphæra caeli an Spiritu sancto illuminatus hanc imaginem speculo miserae conditionis sui populi repercussam conspexerit?

Th. M. Il'inskij, Русскіе Богомилы XV вѣка. (Bogomili Russiae saec. XV.), II, 436—459. Historia sectae Iudaizantium (docentis, Moisis legem non cessasse obligare) enarratur, quae Novgorodi sub fine saec. XV exorta est, Moscoviam propagata, initio saec. XVI. vi suppressa est.

Protoierej V. Lavrskij, Мои воспоминанія объ архимандритѣ Феодорѣ (А. М. Бухаревѣ). (Meae memoriae archimandritae Theodori (qui in saeculo A. M. Buharev nominabatur), II, 499—538. Biographia et laudatio exmonachi Buharev (1832—71), auctoris quondam magistri et praepositi, qui in saeculum reversus matrimonium iniit.

M. D. Muretov, Иуда предатель. (Iuda traditor), II. 539—559. Auctor, qui admirabilem scientiam antiquorum codicum Scripturae sacrae totiusque antiquae litteraturae christianaee ostendit, e dictorum librorum studio et comparatione nomen Iudei eiusque patris (Simon) despicer conatur, vocem Iscarioth explicat, et quae de Iude e Scripturis cognosci possunt, colligit. Materia porro tractatur in fasciculis posterioribus.

A. P. Golubcov, О предносной архіерейской лампадѣ. (De lucerna, quae episcopo praeferebatur), II, 560—69. Antiquis Russiae temporibus episcopo munere suo fungenti cereus in lychuncho (candelabro) praeferrri solebat. Usus hic, modo ad sollempniores tantum causas restrictus, ex tempore illo repetitur, quo locis tenebricosis (in catacumbris etc.) episcopo opus erat lumine praelato; postea tamen symbolicam significationem adeptus est in c. V, 14. Mat. (vos estis lux mundi) adumbrata.

A. Golubcov, О старомъ архіерейскомъ мѣстѣ въ храмѣ. (De antiqua sede episcopali in ecclesia), II, 570—583. Auctor in ecclesiis episcopalibus Russiae restitutionem sedium episcopaliū commendat

in modum illarum, quae in Oriente et apud Slavos meridianos (Serbiae, Bulgariae) ad dexteram chori sunt, et in quibus hierarchae partes sacrorum patrant maxime aspectabiles.

S. S. Brakov. Религиозное образование и периодическая печать римско-католического клира въ Италии. (Religiosa institutio et litterae periodicae cleri romano-catholici in Italia), II, 584—618. Post novi operis periodici Florentiae editi »Studii religiosi« laudabilem mentionem et post explanationem causarum regressus Italiae et Galliae in rebus religionis saec. XVIII et XIX, primo loco historia ephemeridis »La Civiltà cattolica« traditur. Pars in fasciculis posterioribus contenta est.

P. Tišomirov, Состояние философии къ началу XX. столѣтія. (Status philosophiae initio saec XX), II, 619—650. Tractatus secundum librum »Die Philosophie im Beginn des zwanzigsten Jahrhunderts. Festschrift für Kuno Fischer unter Mitwirkung von B. Bauch, K. Gross, E. Lask, O. Liebmann, H. Rickert, E. Troeltsch, W. Wundt, herausgegeben von W. Windelband, compositus. 1. Logica, 2. Psychologia, 3. Historia philosophiae.

J. Gromoglasov, Н. Н. Субботинъ. (N. I. Subbotin †), 678—684. Necrologus et brevis aestimatio docti investigatoris et scriptoris N. I. Subbotini.

Praeterea ad finem cuiuscunque libelli menstrui periodicae litterae excutiuntur; quae pars Изъ периодической печати inscribitur.

Dr. Lub. Petr.

Libri russici a. 1905 editi. *)

- D. Abramovič, Opisanie rukopisej S. Peterburgskoj Dužovnoj Akademii. (Descriptio manuscriptorum académiae spiritualis petropolitanae.) Sofijskaja biblioteka. Vyp. I. Spb. 1905. (141 + LXXVI).
- E. A k v i l o n o v. Cerkov' Hristova v dělě našego spasenija. (Quomodo ecclesia Christi ad opus salutis nostrae pertineat.) Spb. 1905
- E. P. A k v i l o n o v. O fiziko-teologičeskom dokazatelstvě bytija Božija (De physico-teologico argumendo exsistentiae Dei) Spb. 1905 (434) 3 r.
- K. Arsen'ev, Svoboda sověsti i věroterpimost. Sbornik statej (De libertate conscientiae et de indulgentia erga dissentientes in rebus divinis) Spb. 1905.
- S. Artobolevskij. Sv. Vasilij, arhiep. novgorodskij (S. Basilius, archiep. novgorod. saec. XIV.) M. 1905 (63.).
- Z. Barsukovoj, Prosvětitel' Sibirskij stran Innokentij, mitropolit Moskovskij i Kolomenskij (De Innocentio metrop., Sibiriae magistro) Spb. 1905. 0·50 r.
- N. Bažanov, Ob objazannostjalu hristianina §. (De officiis hominis christiani.) Spb. 1905 (161) 0·30 r.
- D. N. Bělikov, Starinnýj raskol v predělah tomskago kraja. (De prisco schismate intra terminos districtus Tomsk.) Tomsk 1905 (67) 0·60 r.
- V. N. Beneševič, Kanoničeskij sbornik XIV titulov se vtoroj četverti VII věka do 883 (Corpus canonicum XIV tilulorum ab ascendentē medio saeculo VII. ad a. 883). Po drevnější istorii istočnikov prava greko-vostočnoj cerkvi. Spb. 1905.

*) Cf. I. p. 141—3

- S. T. Boł'sakov, Izobraženie Bogomateri (De imagine Deiparae exprimenda) M. 1905.
- A. K. Borozdin, Očerki russkago religioznago raznomyslij. (Adumbratio religiosae Russorum varietatis ac dissensionis.) Spb. 1905 (223) 1·25 r.
- I. Čiževskij, Cerkovnoe pis'movodstvo. (De ecclesiasticis scriptionibus.) Har'kov 1905 (116) 1 r.
- I. Čiževskij, Cerkovnoe hozjanstvo ili pravila i postanovlenija katsatel'no blagoustrojstva prihodov, hramov, blagočinija (Oeconomia ecclesiastica seu regulae et statuta de bene constituendis parochiis et templis etc. Har'kov 1905. 1 r.
- I. Evsēev, Kniga proroka Daniila v drevneslavjanskem perevodě. (De libro Daniel in palacoslavicum verso.) M. 1905. (XC + 183.)
- I. Evsēev, Opisanie rukopisej hranjaščiljsja v orlovskih drevlehraniliščah (Descriptio manuscriptorum, quae in urbe Orel servantur.) Vyp. I. Orel 1905 (172) 1 r.
- M. Gerbanovskij, Posobie k izučeniju Paschalii pravoslavnoj cerkvi. (Adminiculum ad rationem paschae in ecclesia orientali.) Vladimir 1905 (100), 0·40 r.
- P. Giduljanov, Iz istorii razvitiya cerkovno-pravitel'stvennoj vlasti v Vostočno-Rimskoj Imperii. Mitropolyty v pervye tri věka hristianstva. (Ex historia potestatis ecclesiastico-inridicæ in imperio romano orientali. De metropolitis, qui primis tribus saeculis christianis floruerunt) M. 1905 (377).
- N. P. Giljarov-Platonov, Voprosy věry i cerkvi. (Quaestiones fidei et ecclesiae.) T. 1. M. 1905 (520) 1·25 r.
- S. Glagolev, Iz čtenij o religii. (Ex praelectis de religione). Sergieva Lavra 1905 (II + 935) 3 r.
- N. N. Glubokovskij, Blagověstie sv. apostola Pavla po ego proishoždeniju i suščestvu (De origine et natura evangelii s. Pauli). Kn. I. Spb. 1905 (LXX + 888) 4·75 r.
- E. Golubinskij, K našej polemikě s staroobrjadcami (Ad controversias cum veteroritualistis) M. 1905 (260) 1·70 r.
- N. K. Grunskij, Pražskie glagoličeskie otryvki (Pragensia fragmenta glagolitica) Spb. 1905 (27+4) 0·60 r.
- K. Harlamovič, Kazanskija novokreščenskija školy. (Kazanienses scholae neophytorum) Kaz. 1905. (91.).
- K. Harlamovič, Preosvjaščennyj Makarij, episkop Tomskij i Barnaulskij (De Macario ep.) Kaz. 1905.
- M. I. Hitrov, Preosvjaščennyj Theofan, zatvornik Vyšenskij (De Theophane monacho) M. 1905 (1—227) 0·50 r.
- ep. Ignatij (Brančaninov), Sočinenija. (Opera.) tom. 4. 5³ Spb. 1905 (1—5 tt. 10 r.)
- G. A. Il'inskij, Otryvok srednobolgarskoj služebnoj minei XII—XIII v. (Fragmentum mediobulgaricum Menaci) Varšava 1905 (10 + 2).
- VI. Ivanovskij, Russkoe zakonodatel'stvo XVIII i XIX vv. v svoib postanovlenijah otnositel'no monašestvujuščih lic i monastyrej. (De

legum russicarum saec. XVIII et XIX paeceptis de monachis et monasteriis.) Har'kov 1905 (171) 1·50 r.

- I. Kazanskij, Istorija hristianskoj cerkvi⁴ (Historia ecclesiae christiana) Tula 1905 (160) 0·60 r.
- E. K esarev, Véroučenie molokan po ih rukopisnym i pečatnym rukovodstvam i obličenie molokanskago lžeучenija (Dogmatica Molocanorum prout in enchiridiis manuscriptis et typis exscriptis continetur et refutatio errorum huius sectae). Samara 1905 (334) 2 r.
- J a. Koblov, Antropologija Korana v sravnenii s hristianskim učeniem o čelověkě. (Anthropologia Corani comparata cum doctrina christiana de homine) Kaz. 1905 1·50 r.
- N. Kovin, Kurs teorii horovago cerkovnago pěnija v priměrah i obrazcích (Cursus inspectionis cantus choralis ecclesiastici; exempla et figurae.) M. (110) 2 r.
- A. Krymskij, Istorija Sasanidov i zavoevanie Irana Arabami s uka-
zaniem glavných momentov literaturnoj istorii hristian — sirjan.
(Historia Sassanidarum et occupatae ab Arabibus Arianae (Iran)
cum expositione summae historiae litterarum Syrorum christi-
anorum.) 1905.
- protoier. Kuteppov, O tainstvě kreščenija³. (De sacramento baptismi.)
Novočerkesk 1905 (70) 0·20 r.
- A. Lebedev, Istorija razdelenija cerkvej v IX, X i XI vv.² (Hi-
storia separationis ecclesiarum) Spb. 1905. 2 r.
- A. Lebedev, Dužovenstvo drevnej vselenskoj cerkvi. (De clero anti-
quae ecclesiae catholicae) M. 1905. 3 r.
- N. V. Lysogorskij, Moskovskij mitropolit Platon Levšin, kak
protivoraskol'ničij dějatel' (De Platone metrop. Moscov. et de raskol
ab eo impugnato). 1905.
- N. Marr, Arkaun, mongol'skoe nazvanie hristian, v svjazi s voprosom
ob armjanač-halkedonitah. (De nomine Arkaun, quo christiani
a Mongolis appellabantur et de Armeno-Chalcedonitis). Spb. 1905.
- B. Malinovskij, Istoricheskoe razsuždenie o činah greko-rossiskoj
Cerkvi² (Indicium historicum de officiis ecclesiae graeco-russicae).
Spb. 1905 (95) 0·50 r.
- P. Mazanov, Rukovodstvo k izučeniju pravoslavnou hristianskou věry⁹
(Enchiridion orthod. fidei.) Poltava 1905 (246).
- ep. Mihail, Akademičeskija čtenija po sv. pisaniyu novago zavěta.
III. Sv. apostol Pavel i ego poslanija. (Praelectiones academicae
de scriptura s. N. T. III. De s. Paulo eiusque epistolis.) Vyp. 1.
Tula 1905 (41).
- N. Minskij, Religija buduščago (De religione temporis futuri.)
Spb. 1905 (301) 2 r.
- N. Modestov, Istoricheskija svědčenija o Savvinskoj, na Savvinskoj
ulicě, cerkvi v g. Moskvě. S prilož. žitija prep. Savvy Osvjaščen-
nago i opisanija Lavry ego imeni. (Historia ecclesiae moscoviensis,
quae Savvinskaja dicitur.) M. 1905 (130).
- ep. Nikonor, Tolkovyj apostol. Č. III. Objasnenie poslednjih semi
poslanij sv. ap. Pavla (Apostolus explicatus. P. III. Interpretatio
7 epist. s. Pauli)² Spb. 1905. 2 r.

- ep. Nikolaj (Tavričeskij), Besedy, poučenija, slova i rěci (1901—5). (Sermones, catecheses, homiliae, orationes.) Vyp. 2. Simferopol' 1905 (242) 1 r.
- P. Orlovskij, Čin izverženija iz svjaštenstva soveršavšijsja v kievskoj mitropolii v XVII. v. (Ritus electonis de collegio sacerdotum peractus in metropolia Kiovensi s. XVII.) Kiev 1905 (10).
- A. Pavlovskij, Vtoroj Athon. Vtoro-Athonskij Uspenskij monastyr, na Kavkazě² (Alter Athon, monast. in Caucaso.) M. 1905.
- I. V. Popov, Mističeskoe opravdanie asketizma v tvorenijah prep. Makarija Egipetskago. (De mystica defensione ascetismi in operibus Macarii Aeg.) Tr. Sergieva lavra 1905.
- M. S. Popov, Arsenij Macěvič, mitropolit rostovskij. (De Arsenio Macěvič, metropolita rost.) S 4 risunkami, Spb. 1905 (VII + 264 + XXX) 2 r.
- N. Popov, Rukopisy Moskovskoj Sinodal'noj biblioteki. (Manuscripta bibliothecae synodalis Moscov. (Vyp. I. Novospasskoe sobranie. M. 1905. (189) 2 r.
- I. V. Preobraženskij, Cerkovnaja reforma. (De rebus emendandis in ecclesia). 1905 (580) 3·50 r.
- A. I. Razumilin, Istorija russkoj propovědi. (Historia eloquentiae sacrae Russorum). M. 19 5 (160) 1 r.
- N. Rusanov, Cerkovnaja istorija v pastyrskih poučenijah, izložennaja po žizneopisanijam velikih světil'nikov pravoslavija. (De historia ecclesiastica in sacra institutione, exposita secundum vitas magnorum luminum orthodoxiae.) Spb. 1905 (176).
- I. I. Semenov, Judei i grekorimskij mir vo vtorom věkѣ hristianskoj věry. (De Iudeis et universo Graeco-romano sacculi II. p. Ch. n.) M. 1905 (114).
- I. I. Sergiev, Moja žizn' vo Hristě (Vita mea in Christo) Spb. 1905 (414).
- arhim. Sergij, Čerty cerkovno-prihodskago i monastyrskago byta v piscevoj knigě vodskoj pjatiny 1500 goda. (Vita parochialis et monasterialis in libro scribae tribus, quae Vodskaja dicitur.). Spb. 1905 (XXX+456+115) 3 r.
- I. A. Smirnov, Žizn' i učenie preosvjašč. Theofana, Vyšenskago zatvornika (De vita et doctrina Theophanis eremitae). Šack 1905 (V + 349) 1·20 r.
- V. Solov'ev, Sobranie sočinenij (Opera collecta) Vladimira Sergěev. Solov'eva. Tom VI. Spb. (1886—1896). 1905 (670).

RUTHENICA.

Нива. Часописъ посвящена справам церковним і суспільним. Виходить 1. і 15. кожного місяця. Рік II. Львів. 1905. Передплата річна 6 кор. — **Niva.** Publicatio rebus ecclesiasticis et socialibus destinata. Editur 1. et 15. cuiusvis mensis. Pretium 6 cor. Director: Jaroslav Levickij. Tomus II. Leopoli 1905. Numerus 4—20.

До питання: Наука а віра. — Ad quaestione: Scientia et Fides (num. 4.); qua cominentatione ostenditur doctrinam in nulla re, quae explorata sit — solisque in opinionibus — fidei christianaе adversari.

F. Grivec: Проби злукн з треною церквою по Соборі Фльорентійськім — F. Grivec: Tentamina unionis cum ecclesia graeca post concilium Florentinum. — Doctissimus Slovensus inquirit de Melchitis, de unione Florentina in Russia, in Україна et Litavia, de ecclesia russica et ruthenica, de diplomaticis tentaminibus unionis cum Moscovia, de unione in Polonia, de Pseudo-Demetrio, unione Brestensi, de unione in Hungaria, de tentaminibus unionis in Russia a saeculo XVII. usque ad nostra tempora, de Serbo-Croatis et Bulgaris etc. (num. 4—7., 11—13., 15—17). Quod opus doctissimum magnique laboris pro dissertatione fuit, qua summos doctoris honores auctor petebat. Unionis amicorum votum fuit, ut Dr. Grivec hoc opus egregium foras daret neve id in nonum premeret annum, quia scripta similia in litteratura Slavica desiderantur.

De libro Titovii: Русское духовенство въ Галиції. (Clerus ruthenus in Galicia, Kiev 1903) scriptor quidam num. 4—17. refert; agitur ibi septem capitibus de rebus generalibus cleri, de educatione candidatorum cleri, de condicionibus cleri, consilia dantur, quomodo res meliore loco constitui possint, tractatur de relatione cleri ad parochianos, de cantu ecclesiastico, риту liturgico, praedicatione, factionibus politicis, fraternitatibus ecclesiasticis, paucitate cleri, defectu moralis educationis iuventutis, de diaconis, hierarchia, de monasteriis et monachis.

Іраця, заплата і лихва — Labor, merces et foenus, tres orationes dris. Deckert, translatae ab A. Govda (num. 4—6., 8—9.)

P. Stril'bickij memorias cleri ruthenici saec. XIX. ad finem perduxit (num. 4.).

Dr. Nicolaus Konrad in nro 9. et posterioribus ostendit errores dris Ioannis Franko in eius Poëmate de mundi creatione. Num. 10. continet commentationes de doctrina religiosa, defensionem PP. Basiliyanorum ab invectatione et vituperatione russici Церковный Вѣстникъ; num. 12. et 17. de rebus Chelmensibus, de »novo« ritu.

In num. 13—14. editae sunt litterae pastorales totius episcopatus graecocatholici in Galicia de causa cleri ruthenici non dissocianda.

Католицький Вехід. Орган рускої католицької богословської молодіжі. Рік 1905. Випуск 1. — Річник II. Ціна 5 корон річно. Накладом пожичкового Товариства богосл. молодіжі у Львові »Власна Поміч«. В печатні Оо. Василіян в Жовкві 1905. — Oriens catholicus. Publicatio ruthenicae iuventutis theologicae catholicae. Annus 1905. t. II. fasc. 1. (ex 4). — Pretium 5 coronarum per annum. Typographia PP. Basiliyanorum in Zolkwa 1905.

Вступне слово (Introductio) interrogat, utrum quod propositum erat publicatio consecuta sit. Spectabat autem eo, ut sensus catholicus exprimeretur, foveretur, iuventus theologica ad rerum ecclesiasticarum studium excitaretur; remota vero ratio expressa est titulo: Oriens catholicus.

O. Волянський: Християнський і антихристиянський сувіогляд, а природна нерівність і зависимість жіночого пола. O. Voljanskij: Quae de rebus humanis statuant christiani et christianorum adversarii et de naturali imparitate et dependentia mulieris (pag. 5—19).

V Fediv: (Володимир Федів:) Масони. — De Latomis (»francomurariis«), pag. 21—34.

F. Grivec: Голос про наші церковні відносини. — Vox pro rebus nostris ecclesiasticis.

In bibliographia (pag. 43—44) »Vsljyd« magno cum gaudio conspectum nostrum »Slavica« salutavit.

In num. 8. facta est mentio de Slavorum Litteris theologicis, quibus prosperrima quaeque exoptantur: propositum nostri conspectus valde magnopere laudatur.

Adduntur tamen inconsiderata quaedam, quibus directionem conspectus nostri de iniustitia accusant et ideam Cyrillo-Methodianam suo modo explicant; sed haec iuvenibus ignoscimus libenter, nec unquam ad tales descendemus pugnas, cum publicatio nostra alio spectet. — Hucusque X. ille (nr. 1.) unicus fuit ex Ruthenis, qui de litteris Ruthenorum theologicis pauca nobis rettulit. Rogavimus iam privatim, nunc etiam publice enixe rogamus, ut Rutheni ipsi de suis litteris theologicis nobis referant.

Fr. H. Žundálek.

SERBICA.

Uredba crkveno-prosvjetne uprave srpskih pravoslavnih eparhija u Bosni i Hercegovini. (Ordo scholarum ecclesiasticarum et ecclesiarum in dioecesibus orthodoxis Bosniae et Herzegovinae.)
Editio „officialis“. Sarajevo 1905. Pg. 160.

Liber continet ordinem vel constitutionem, qua scholae ecclesiasticae et ecclesiae in Bosnia et Hercegovina erigendae et regendae erunt. Constitutiones et imperatoris austriaci et patriarchae Constantinopolitanum consensum habent. Continent 21 paragraphos generales et 264 paragraphos speciales in 6 partes distributas. Caput I. (§§ 1—61) exponit, quid orthodoxa ecclesiastico-scholaris societas (opština) et ecclesiastica societas (skupština) sint, et quo spectent. Sunt autem coniunctio socialis quarundam vicinitatum ad scholas ecclesiasticas et sacerdotes adiuvandos. Caput II. (§§ 62—105) agit de parochiis sacerdotibusque parochialibus, de examine (concursu) parochiali, de iuribus, officiis, electione, condicione materiali parochorum. Caput III. (§§ 106—140) agit de monasteriis servicis in genere; in specie de personis monasticis, de praepositis et congregationibus monasticis et al. — Caput IV. (§§ 141—200) de dioecesibus, episcopis, de directione eparchiali, de variis cancellariis eparch. etc. Caput V. (§§ 201—226) agit de potestatibus generalibus, ut supremo consilio scholarum, suprema ecclesiastica sede judiciali, de eorum iuribus et officiis. Caput VI. continet quaedam additamenta de bonis ecclesiasticis scholarum et monasteriorum. Adiungitur nomenclator. — In re scholari maiorem auctoritatem habent laici. Episcopi nominantur ab imperatore et confirmantur a patriarcha Constantinopolitano. Num ita eventurum sit, ut infinitae querelae et rixae inter partem ecclesiasticam et laicalem componantur, multi dubitant. Metropolita aegre feret influxum laicalem in re ecclesiastico-scholari, laici vero iugum patriarchae Constantinopolitani abicere vellent, quod omnes orthodoxi extra Turciam iam fecerunt.

A.

SLOVENICA.

Fr. Kovačić: Občna metafizika ali Ontologija (Metaphysica generalis seu Ontologia). Maribor 1905.

Haud dubium, quin eae sint res metaphysicae, quae hac aetate non multum placeant. At si minus gratum, est argumentum in primis

nostrae aëtati pernecessarium. Inde enim tanta in omnibus rebus licentia et confusio, quia ratio humana et legum immemor et sanae philosophiae est inimica. Quapropter quod opus cl. Kovačič accurate perscripsit, id omnes, quibus inter Slovenos veri progressus cultusque gentis nostrae curae est, grato animo acceperunt.

Ratio et via, qua auctor argumentum pertractavit, ea est, quam scriptores neo-scholastici terunt; nempe auctor dividit Ontologiam in quinque tractatus: primum agit de ente in communi, deinde de transcendentalibus entis proprietatibus, tum de entis perfectionibus, postea de summis generibus entis, denique de entis causalitate. Non ideo tamen nihil sui contulit, immo multa sunt, quae magnam merentur laudem. Inprimis id landandum, quod auctor in pertractandis quaestionibus sicut antiquam philosophiam non neglexit, sed potius sapienter ex ipsis Stagiritae et Aquinatis fontibus expressit, ita eorum semper rationem habuit, quae ab huius aetatis scriptoribus sive bene sive male dicta sunt. Quo modo philosophiae instaurandae una et perficiendae atque excolendae optime consultur et providetur, id quod tantopere in votis habuit Leo XIII. Deinde cum nihil eorum, quae in Ontologia pertractari consueverunt, in opere nostri anctoris desideretur, ea tamen, quae hac aetate magis sunt seitu et intellectu necessaria, maiori quoque cura subtilius enodantur, uberioris disputantur, lucidius declarantur. In his egregie tractat scriptor de substantia, eam non esse merum mentis figmentum, prout multis placet, aut formam mentis mere subiectivam, sed eam in rerum natura existere; egregie item, conceptum causae obiectivam habere realitatem. Minus nobis arridet, quod eorum sequitur causam, qui realem inter essentiam et esse distinctionem impugnant; in qua sententia non videmus, quid doctrinae de actu et potentiae adhuc tribui possit, qua tandem ratione quodcumque ens non sit ipsum Esse subsistens. Distinctio enim, quae dicitur rationis cum fundamento in re, sine aliqua priori reali distinctione nihil nobis videtur valere. Fatemur equidem non deesse, sicut ipse auctor notat, qui totam quaestionem non tanti esse momenti existiment, at tunc quaestio obiter tantum tangi, immo optime negligi debuerit.

Inter alia vero multa, quae nobis in tractatu placherunt, reliquum est, ut potissimum probemus slovenicam terminologiam. Auctor quidem nonnulla iam invenit parata vocabula, tamen sāt multa ipse debuit quasi de novo excudere (est enim scientia philosophica inter nostros fere nova). Non omnia sane omnes aequae probabunt, attamen designatae iam sunt lineae, iacta fundamenta, coagmentati lapides, omnia autem expolire et perficere C. Kovačič neque potuit neque voluit.

Restat, ut opus omnibus gentis nostrae iuvenibus, qui philosophiae student, in primis autem sacrae theologie tironibus valde commendemus. Sat multi enim in rebus theologicis non accurate loquuntur, quia vim et nationem eorum, quae in Ontologia pertractantur, haud bene comprehendenderunt.

Dr. A. Ušeničnik.

Dr. Jos. Somrek: Gospodova zadnja večerja. (De ultima coena Domini.) Vol. I. Tg. 136, Tret. Cor. 2. Marburgi, 1905. Typographia s. Cyrilli.

In folio theologico Marburgensi „Voditelj“ d. Somrek aa. 1903, 1904 et 1905 publicavit seriem articulorum de coena Domini, qui in unum collecti volumen a. 1905 separatim in lucem prodierunt. In idiomate slovenico est opus hoc primum huius generis, quod fuse et scientifice, exegetice simul, historice et dogmatice disserit de sublimissimo ultimae coenae mysterio.

Post brevem introductionem (pg. 1—6), in qua auctor succinete exponit incomprehensibilem profunditatem et varia nomina huius mysterii nec non eius momentum ad fidem et vitam christianam sequuntur partes duae quarum prima (pg. 7—44) pro obiecto habet praecipuos coenae eucharisticae typos in antiqua lege: qui sunt manna in deserto, sanguis foederis, oblatio Melchisedec, agnus paschalilis. Prouti natura rei exigit hic ultimus typus enucleatius dilucidatur narratur eius historia, describitur ritus, eruitur momentum typicum eiusque cum coena Dominica et ss. Eucharistiae institutione connexio.

Secunda pars libri dispescitur in tria capita, quorum primum (pg. 45—82) complectitur relationem historicam hagiographorum de promissione et institutione ss. Sacramenti. Ratione habita textus graeci variorumque codicium Evangelistarum narrationes inter se comparantur et quae videntur discrepantiae esse, explicantur et componuntur.

In capite secundo (pg. 82—117) exegetice et dogmatice pendentur verba institutionis ipsius atque ostenditur, quo sensu primaeva Ecclesia mysterium ultimae coenae intellexerit; reformatorum commenta refutantur, paucis solvitur quaestio de epiclesi, quae vocatur, et comparatur ritus consecrationis ecclesiae occidentalis et orientalis adhibitis textibus graeco et palaeoslavico.

Capite tertio (pg. 118—136) proponitur dogmatica doctrina de materia ss. Eucharistiae, simulque antiquorum haereticorum et modernorum rationalistarum (Harnack etc.) errores notantur ac refelluntur.

Diversos auctores et catholicos et acatholicos, antiquiores et recentiores, de praelaudata materia tractantes, auctor noster diligenter consuluit eorumque sententias critice adhibuit.

In doctrina dogmatica slovenica opus hoc certe significat magnum progressum. In secundo volumine promittitur expositio doctrinae ss. Patrum de ultima coena Domini quidque de ea testentur monumenta artis christianaee.

Dr. F. Kovačič.

Fr. Kovačič: Anicij Boetij in njegovo modroslovje. (De Anicio Boëtio eiusque philosophia.) Maribor 1905.

Navus et industrius sicut apis gerula cl. prof. Kovačič, ut philosophiae studium inter nostreates promoteatur, omnibus nervis omnibusque modis studet. In hoc opere disserit de Boëtii philosophia. Anicius Boëtius et studiis doctrinae et regenda civitate inter Romanos aetatis inferioris facile princeps, in carcerem coniectus praeclaros illos de consolatione

philosophiae composuit libros, qui tamquam florida anthologia, quidquid Graeci et Latini de summo bono deque providentia divina pulere scripserunt, in unum colligunt. Est haec philosophia, ut K. censet, et erudi materialismi et pestiferi scepticismi sollemnis reiectio, monumentum „philosophiae perennis“.

In praedicto igitur opusculo cl. K. primum describit vitam et imaginem egregii viri (ubi exploratum esse notat Boëtium fuisse christianum) : deinde paucis exponit eius opera et ea, quae ad logicam et theologiam, et ea, quae ad artem mathematicam et musicam spectant. Postea vero, quod totius est libri nucleus atque medulla, accurata analysi quinque de consolatione philosophiae libros explicat et interpretatur. Quae praecipue insigniter et concinne versibus a Boëtio dicta sunt, ea K. etiam ipsius Boëtii verbis latino sermone expressit, ut lectores exemplar haberent philosophiae Aniciana, quae persaepe simul est ingeniosa poësis. Compluribus locis auctor pauca adnotat eaque potissimum breviter tangit, in quibus gentiles philosophi idem cum Boëtio sentiebant.

Nullum dubium, quin K. hoc opere inopes slovenas de philosophia litteras vere auxerit atque ditaverit. Dr. A. Ušeničnik.

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIUSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT.

V

De sacramento poenitentiae.

Cum in fasciculo tertio nostri conspectus periodici (p. 112—4; [Cas. k. d. p. 485 — 7]) per occasionem censurae libri russici doctrina catholica de sacramento poenitentiae doctrinae theologorum orientalium opposita sit, visum est operae pretium fore, si — quod nostri operis est propositum — satis non habeamus theologorum orientalium animos ad doctrinam nostram illo modo advertisse, sed quae illie paucis indicata sunt accurate et diligenter ipsis, quantum fieri potest, scriptorum occidentalium verbis ac probatissima scholasticorum methodo (de cuius praestantia cf. p. 228 [796]) exponentes et defendentes theologis orientalibus aditum nostrae doctrinae faciliorem reddamus et imaginem theologiae opumque nostrarum perfectiorem proponamus.

Et ea quidem, quae l. c. proposita sunt de ea parte potestatis clavium,¹⁾ quae ad peccata ipsa refertur seu de remissione et retentione peccatorum, omnia eodemque ordine, quo allata sunt, persecuti libet, sed ante ponere illa, quae non quidem ad catholicam doctrinam ab orientalibus theologis defendendam, sed ad illustrandam et comprehendendam conferunt nec eadem diligentia ab orientalibus tractantur.

Quare quaestio prima sit de existentia potestatis ecclesiae remittendi peccata. Ubi ponimus :

¹⁾ De hac „clavium“ potestate cf. Thomas Aq., In l. 4. sent. dist. 18 q. 1, a. 1; Navarrus, De poen. dist. I. cap. ‚Ex iis‘; De San, De paen. n. 129.

Scriptura testante Christus Dominus apostolis potestatem veram licet non arbitriariam vere remittendi et retineundi fidelibus peccata proprie dicta omnia eandemque a potestate baptizandi omnino diversam at in Ecclesia perpetuo mansuram tradidit.²⁾

Declaratio. 1. Actuale peccatum est actualis aversio a Deo ut sine. Quae actualis aversio potest retractari, infecta fieri non potest. Itaque nequit dici ipsa tolli, sed tantum sequela eius, peccatum habituale et dignitas poenae. Peccatum habituale est habitualis aversio a Deo ut sine et est ipsa dignitas odii. Scilicet ex eo ipso quod peccata remitti dicuntur (in fontibus revelationis), patet peccato commisso aliquid remanere in peccatore, quod tollendum sit. Neque enim peccata remittere in Deo in idem cadere potest atque ab ira cessare, nulla re in peccatore mutata. Sicut odium extinctum renovari de eadem re non potest (contra Hugo Victor., De ss. l. 2, p. 14, c. ult.; Remigius Lugdun.. De 3 epistolis c. 43; cf. De Augustinis, De poen. a. 11 Palmieri, De poen. th. 18; Zeitschrift f. kath. Theologie Innsbruck 1891, S. 241—266 (J. Scheller); Hugo, De poen.

- 2) Libros, qui de nostra materia agunt, occasione data allegabimus; hic solum nonnullos qui in genere de sacramento poenitentia agunt, enumerare libet: Atzberger (Scheeben-Atzb.), Handbuch d. kathol. Dogmatik. IV. 1903. § 381—391; Almazov, Tajnaja ispověď: Bellérini-Palmieri, Opus mor. t. V.: Becamel, Tr. de virtute et sacram. poenit. 1887; Bellarmín. De poen.; Berti, De theolog. discipl. l. 34. (1743); Billuart, Tract. de sacram. poenit.; Bosco, Theol. sacramentalis, disp. 6—7. (1670); Cambier, De divina institut. confessionis sacram. (1884); Casey, Notes on a History of auricular Confession. 1899; Chardon, Histoire du sacrement de pénitence; Collet, Tract. de poenit.; Crosta, Theol. dogmatica² v IV., p. 3; *Dicastillo, De sacr. poen.; Dionys. de Sainte-Marthe (v. San marthanus), Traité de la confession auricul. 1685; Dobronravov, K'voprosu ob otpušč. grěhov v rímsko-katol. cerkvi. 1896. (Dušep. Čtenie); Drouin, De re sacram.; Egger, Die Beicht in d. h. Schrift und in d. kathol. Kirche. 1911; Endres, Das Sacrament d. Busse. 1847; Gehr, D. Sacramente. II, 1899; Gonnet, Clyp. theolog. thom. v. VI., tr. 5; Heinrich, Dogmat. Theologie X; Kirsch, Zur Gesch. der kath. Beichte 1902; Kliefoth, Die Beichte u. d. Absolution (1856); Kopciński, O skram. Pokuty. 1905; Lefrance, Probation sur la Pénitence. 1902; Lipsius, Luthers Lehre von d. Busse (Jb. f. prot. Th. 1892. S. 161—340; *Lugo, De poen.; Mac Guiness, Commentarii dogmatici de sacram. 1902; Morinus, Commentar. histor. de disciplina in administr. saec. 1695; *Palmieri, Traet. de poenit. 1879; Pellé, Le tribunal de la Pénitence devant la théol. et l'hist. 1903; Petrus Lomb., Sent. l. 4, d. 14—22: commentat.; Renaudot, Liturgiar. orientalium collectio 1847; Rosignoli, De sacram. poen. et extr. unct. 1706; Salmanticensis, Cursus theolog. tr. 24; de San, Tract. de poen. 1901; Sasse, De poen.; Schmidt, Die Bussbücher u. d. kanonische Bussverfahren. 1898; Steitz, Das römische Bussacrament 1854; Suarez, De poen.; Suvorov, Obem disciplinarnago suda i jurisdikei Cerkvi v period vselenskih soborov. 1884; Věrojatnyj sostav drevnjšago ispovědnago i pokajannago ustava v vostočnoj cerkvi. 1902; Thomas Aqu., S. theolog. III. q. 84. ss.; commentat.; Tournely, De sacr. poen. etc.

disp. 10; Dicastillo, Suarez, Thomas (III. q. 88) et comment., P. Lomb. l. 4, d. 22 et comment.), ita nec angetur per se per diuturnitatem habitualis aversionis, sed solum, si voluntarie in ea perseverando denuo peccatur. Ipsa aversio habitualis per relationem ad actum (vel actus) peccati eam causantem est magis vel minus culpabilis pro graviitate (vel numero) actuum causantium.

Actualis conversio ad Deum ut finem ex parte peccatoris fit certe formaliter per actum caritatis. At non item (formaliter per eundem) conversio habitualis. Peccatum enim habituale non potest tolli nisi per id, cuius privatio est. „Potest cogitari dignitatem odii consistere in privatione actualis conversionis ad Deum; sed hoc verum non est, quia peccatum non opponitur privative actuali conversioni, cum homo possit nec peccare nec actum conversionis elicere; potest cogitari eam consistere in sola privatione rectae habitudinis ad finem ex parte hominis, quam quovis momento restituere possit: sed falsum est hoc, quia requiritur satisfactio vel condonatio. Iam vero satisfactio nostra pro peccatis est satisfactio Christi nobis applicata; applicatur autem formaliter eo, quod incorporamur Christo alteri Adamo: quae incorporatio formaliter fit per deificationem naturae nostrae seu per regenerationem ex Spiritu s.; nam incorporari Christo capiti est fieri id, quod est Christus, fieri filium Dei, sicut incorporari Adamo (nasci naturaliter) est fieri hominem.“ Slav. litt. theol. I., 112-3. Itaque quotiescumque peccata remittuntur, accipit homo gratiam per generationem ex Spiritu s. Remissio peccati (habitualis) est consequenter etiam sublatio dignitatis poenae aeternae, in quantum restituitur attingibilitas finis.

In veniali peccato tollendo actualis conversio ex parte hominis consistit in actu opposito, et si habet gratiam, nulla alia conversione opus est; sed si non habet, debet ex parte Dei accedere gratia, ut habeat conversionem ad finem: dignitas poenae autem per hoc non tollitur. Deus remittit peccatum veniale qua tale tantum eatenus, quantum actum bonum oppositum ut causa principalis producit quoad entitatem et moralitatem (actum malum tantum quoad entitatem producit, sive ponis peccatum commissionis in aliquo positivo, sive in negativo; cf. Frins in Ztschrft. f. kath. Theol. 1890 p. 596 ff.) Plura postea (thes. V.)

Potestas remittendi peccata ita intelligenda est, ut actu remittendi tamquam causa instrumentalis infundatur a Deo tamquam causa principali gratia supernaturalis.

2. Locus scripturae de quo hic agimus est Io. 20, 21. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς πάλιν· εἰδόνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέν με δὲ Πατήσω, καύῳ πέμπω ὑμᾶς. 22. καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησεν καὶ λέγει αὐτοῖς λάβετε Πινεῦμα ἄγιον. 23. ἦρ τυνων ἀφῆτε τὰς ἀμαρτίας, ἀφέωνται [¶^c A D; ἀφιένται B^b; cf. explicatio Gih. Die heil. Sacramente II. (Freiburg 1899) S. 25: ἀφεθήσεται ¶ primitus] αὐτοῖς, ἦρ τυνων προτίττε, πεντάτηται. Huius loci interpretationem hanc posuit Conc. Tridentinum, Sess. 14, ep. 1; en. 3: „Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris »Accipite Spiritum s. etc.« non esse intelligenda de potestate remittendi et retinendi peccata in sacramento poenitentiae, sicut ecclesia catholica

ab initio semper intellexit, detorserit autem institutionem huius sacramenti ad auctoritatem praedicandi evangelium, anathema sit.“ Hanc interpretationem dicimus etiam antecedenter ad declarationem authenticam ex ipso contextu postulari nec quicquam ei obstare. Concedimus autem verbis distinctioribus (pro nobis) rem exprimi potuisse, velut saltem his: do vobis potestatem (iudicialem) remittendi omnia peccata. Scilicet illud ἀριέραι apud Ioaniem dupli sensu intelligendum fuit, ut dici posset; Ἡρ τυωρ ἀρητε πάς ἀμαρτίας, ἀρέωνται αὐτοῖς: remissio sacerdotis abhinc causalis evasura et remissio Dei formalis. Propterea assentiri non possumus Bujanovičio dum ait Ako se sve to zna i u jedno uzme, treba priznati, da Gospodin nije mogao jasnijim i razgovjetnjim riječima apostolima dati vlast otpuštati grjehe.“ Sv. sakr. t. II., p. 20.

3. Montanistae (saec. II.) distinxerunt inter peccata remissibilia et irremissibilia (homicidii, idololatriae, adulterii). Novatianus (s. III.) primo apostasian, dein omnia peccata post baptismum commissa irremissibilia esse putavit. Novatiani (Nicaen. I.) leviores culpas tamen remitti posse consebant; item Apostolici (Epiph. Haer. 61), Armeni (Bened. XII.). Perennitatem huius potestatis negavit Abaelardus (damn. ab Innoc. II.). S. Bonaventura et alii solum poenas ab Ecclesia ignosci dicebant. Protestantes vel illis verbis baptismi promissum esse dicunt, vel solum potestatem seu munus annuntiandi peccata esse remissa a Deo independenter a formaliter effectu sacramenti poenitentiae, vel concedi eis tantum, ut remittant culpas contra leges ecclesiasticas. Plura hac de re historia ecclesiastica suppeditat.

Pars I^a. Voce „peccata“ ap. Joannem 20, 23. intelliguntur vera peccata, non poenae.

Rationes dubitandi possunt esse:

1. Certe occurrit nonnumquam usus vocabuli peccati pro poenis (2. Mach. 12, 46). Ergo hic quoque locus saltem potest ita intelligi. Insuper valde suadetur etiam Matth. 9, 2 poenas, non peccata remissa esse; id quippe nexus naturalis poscere videtur; nam aspectus aegri certe moveare potest ad remittendas poenas aegritudinis; sed cur statim ad peccata dimittenda moveat, apertum sane non est. Ergo saltem certus non est usus huius vocabuli.

2. Vox »peccata« sane in utroque casu in hac sententia idem significat; at non significaret, si proprie dicta peccata intelligenda essent; nam remitti dicerentur peccata et gravia et levia; retineri tantum gravia. Cf. th. III., dub. 3.

3. Certum est etiam eos, quorum peccata iam remissa sunt, posse sacramentum poenitentiae suscipere; atqui in eis peccata nec remitti nec retineri possunt, sed poenae. Cf. th. II., dub. 5.

4. Si intelligenda essent verba Ioannis de remittendis peccatis, dicendum esset posse sacerdotes retinere peccata, etiamsi poenitens summam haberet contritionem; secus enim solum id esset sacerdotis, ut dignosceret et declararet sitne poenitens praeparatus necne; atqui id repugnat tum rationi tum eis, quae ap. Mat. 12, 31. leguntur de remissibilitate cuiusvis peccati, quod non est contra Spiritum s.

5. Locus ap. Mt. 18, 18. huic loco parallelus ad summum refertur ad exclusionem ex ecclesia. Adde quod ligare a s. patribus intelligitur obligare ad poenitentiam; cf. Ambros., De poenit. l. 1, n. 10. Cf. th. III., dub. 4. 5.

6. Ita explicari locum Ioannis videtur etiam media aetate solitum esse, ut patet ex epistola absolvitoria episcoporum quorundam ad Robertum Cenomanensem. Cf. thes. 9, p. II., dub. 4.

Tamen tenendum est, quod posuimus. Nam verborum horum obvius et simplex sensus certe est is, quem nos eis subieimus; neve dicas apostolos fortasse ex usu longinquo iam intellexisse, quomodo ea sumenda essent; omnino enim alienum id videtur ab iis, quae dictum hoc antecedunt. „Nec dubitabant, quin Christus, qui modo per miraculum resurrectionis divinitatem suam probaverat, potestatem verani peccata remittendi eis posset conferre; deinde omnino alieni a verbis Christi impropte interpretandis propter divinam sui magistri auctoritatem eius dictis simplicem fidem, quam Christus toties eis commendaverat, adhibere solebant. Debebant igitur apostoli verba Christi de vera potestate remittendi peccata intelligere. Repugnat autem divini magistri bonitati, sapientiae, veracitati, ut in re tanti momenti usus sit verbis, quae ab apostolis necessario intelligenda fuissent in sensum falsum.“ Sasse, De poen. th. 7.

Nec certe poenam aeternam (Hugo Victor.) remittendi potestatem (seiunctam a potestate culpas remittendi) his verbis Dominus concedere potuit; nam poena aeterna est metaphysicum consecutivum status peccati gravis, qui non tollatur. Solam autem potestatem poenas temporales remittendi (Alexander, Bonaventura) Domiu[m] hic dedisse, non satis cum praecedentibus cohaeret sicut me misit Pater; Christus enim missus non est tantum ad remittendas poenas temporales; immo per se ac primario missus est ad remittendas culpas et poenas aeternas nec ei, qui reus est gehennae, poenae temporale remitti possunt, sed evadunt per accidens aeternae „quia poena nunquam expiatur manente reatu poenae: sed in damnatis semper remanet reatus poenae debitae peccato veniali, quod non fuit expiatum in vita praesenti.“ Durandus, In l. 4, d. 21, q. 2.³⁾ Nec denique, si eis verbis ecclesiae politicam tantum facultatem tribuisset indignos sc. ciciendi a

³⁾ Quidam hoc impugnaverunt, velut A n t . H i q u a e n s , In Scoti l. 4, d. 21, q. 1, n. 27, infirmis tamen rationibus: „Si per satisfactionem intelligent reconciliationem offendit, qua recipiatur in gratiam offensi, verum est nullam esse in inferno satisfactionem talem, sicut neque remissionem aut condonationem, neque ad satisfactionem, ut est actus iustitiae, talis reconciliatio exigitur. Quod probo: Misericordia et iustitia vindicativa sunt virtutes diversae, quae in actibus non communicant, licet in eadem materia versari possint, diverso tamen modo, quia misericordiae actus est subventio indigentiae excludens omne debitum eius, cui subvenitur. Iustitia vindicativa potest servari in inferno et de facto servatur, quia punitio poenae et distributio eius secundum aequalitatem peccatorum est actus eius; ergo satisfactio, prout debetur iustitiae secluso concursu misericordiae potest esse in inferno; sed haec satisfactio est ea, quae statuta est: peccato antem veniali non est statuta alia poena quam temporalis. Ergo alia non exigitur quam temporalis etc. Cf. V e g a , In Trid. l. 14, c. 16; M e d i n a , De poen. tr. 2 tit. de confit. venialib. ad 4; N a v a r r u s , De poen. dist. 6, c. 1, § sacerdos n. 27—28. — Contra cf. T h o m a s A q , I I I , q. 87, a. 5; III. q. 8, a. 4; V a s q u e z , In l. II, q. 87, a. 9; S u a r e z , III. t. 4 disp. 11, a. 2.

sacris conventibus et dignos admittendi, quicquam eximum et singulare eis concessisset. Iudei enim et quicumque eiusmodi conventus habent, profanos ab eis arcere possunt. Atqui Christus cum tanto verborum apparatu non potuit nisi eximum aliquid et singulare ecclesiae largiri; cf. Suarez, Disp. 16, s. 2, n. 10.

Ad dub. 4. notari potest: »Manifeste non concluderet argumentum, si dicarem, in iudiciis humanis, quando reus probatur innocens, non potest condemnari; quando probatur culpabilis, non potest absolves; ergo potestas iudicaria inanis quaedam fictio est . . Etiam si perfectam contritionem in poenitente supponas, semper retinetur peccatum quoad obligationem rursus comparandi, et haec est vera quaedam peccati retentio«, Billot, De eccl. sacram. q. 84, p. 30.

Ad rel. dub. partim patet responsum ex dictis, partim melius suo loco respondebitur.

Part II^a. Data est potestas remittendi peccata et non solum declarandi ea esse remissa: et ea quidem non absoluta sed certis legibus ligata, quas observari oportet, ut sententia valida sit (absolvendo solum eos, quos Deus indicat absoluzione dignos).

Dub. 1. Si Io. 20, 23. non mera declaratio, sed remissio vera intelligenda esset, idem esset in protasi dictum, quod in apodosi et totum esset vana tautologia; dicendum igitur remissionem exhiberi ut duplum actionem mutuo distinctam; nec quae ad eandem actionem pertinent, diverso tempore significari possunt.

2. Si vere remittere et retinere possunt sacerdotes, quid fit, si unus remittit, dum alter retinet? Tantam confusionem Deus non potest intendisse. Cf. q. 6, p. V., dub. 2.

3. Sacerdotes non possunt vere retinere peccata, si saltem in futuro omnia remittentur praeter peccata contra Spiritum s. Fore vero ut remittantur patet tum ex Mt. 12, 31, tum ex eo, quod secus non esset determinatum manifestumque discriumen inter peccata mortalia et levia⁴⁾; denique ex eo, quod alioqui Deus faceret in damnatis obstinationem⁵⁾. — Consequentia vero patet, quia peccatum contra Spiritum sanctum nec in terra remitti potest.

4. Potestas vere retinendi peccata frustra data esset, cum sacerdos teneatur quemvis peccatorem, qui attritus ad eum accedit, absolvere vel alii absolvendum tradere.

5. Eadem est omni tempore absolutionis efficacia. Atqui absolutio cum peccatum iam ante deletum est contritione, est mere declaratoria. Item cum absolvitur, qui peccata iam pluries absoluta v. g. etiam in baptismo, confitetur. Nam sacerdos certe non habet ius circa peccata iam absoluta.

6. Parochus, proferens super contrahentes matrimonium verba Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris etc., tantum declarat matrimonium esse ratum coram ecclesia; a pari proferens similia verba super poenitentem tantum declarat remissionem.

⁴⁾ „Die Grenzlinie zwischen Lebendigem und Todtem ist bestimmt und muss scharf erkennbar sein; es ist ja keine grössere Kluft als zwischen Leben und Tod . . Die formale Todsünde ist die Sünde mit aufgehebener Hand, die Sünde wider den hl. Geist, die freiwillige Abwendung von Gott“. H. Schell.

⁵⁾ Es ist unmöglich, dass die klar erkannte und empfundene Wahrheit der jenseitigen Welt die Position des unentschiedenen Bösen in der Seele verstärke und zu grundsätzlicher Unbeugsamkeit erhärte, nicht aber erschüttere“. Schell. (Similia ac Schell senserunt Hirscher [cf. Kleutgen, Theol. d. Vorzeit II., n 293 ff.], Rambaud [Les épîtres de s. Paul. Paris 1888. I., p. 45 f s.], M. Aug. Scholz, alii.)

7. Accedit auctoritas patrum locum hunc interpretantium. Ita Augustinus, Hom. 23. ex 50: »Si cui dimiseritis peccata, dimituntur ei: hoc est Spiritus dimitit, non vos. Auctor tractatus de aleatoribus n. 1. explicans illa verba ait: ne dum delinquentibus assidue ignoscimus ipsi cum eis pariter torqueamur«. Ergo non intellexerunt veram remittendi potestatem ibi traditam esse.

8. Christus illis verbis tradidit discipulis potestatem nullis limitibus circumscriptam; nec enim limitationem adiecit et suam ipsius, sane illimitatam, potestatem eis contulit.

Assertum nostrum probatur 1^o: Sensus, quem nos verbis illis subicimus, sane est obvius et promptus; cf. Lc. 5, 20 s. Quare Richardus Vict., De pot. lig. et solv. c. 12 Exstat, inquit, quorumdam sententia tam frivola, ut ridenda videatur potius, quam refellenda: putant enim et praedicant sacerdotes non habere potestatem ligandi atque solvendi, sed ostendendi homines esse solutos sive ligatos: sed numquid Dominus dicit, quodcumque ligatum ostenderis, erit ligatum, et quodcumque solutum ostenderis, erit solutum? Dicunt apostolicos viros peccata remittendi vel retinendi potestatem non habere, cum Dominus hoc non dicat. — Aliae circumstantiae aderant hic, aliae Lc. 7, 48, ubi dimitti idei fuerit ac declarare dimissum. — Tamen illam potestatem non posse esse illimitatam patet, cum ne Deus quidem remittere peccata possit nolenti.

2^o Ex eis, quae his verbis praemissa sunt, idem colligitur. Nam Dominus non venerat ad mere annuntiandam (sicut Nathan declaravit) sed ad vere efficiendam remissionem peccatorum.

3^o In sensu adversariorum dicendum erat: Quorum peccata remiseritis, eorum remissa erant, non remissa sunt vel remittuntur. Cf. Bernardus, Serm. 1. in nat. app. Petri et Pauli: „Sententia Petri praecedit sententiam coeli“ item Io. Chrysost., Hom. 5. de verbis Isaiae „Vidi Dominum“ n. 1. — Quod in graeco textu habetur remissa sunt, tempore perfecto exhibetur status productus, ita ut actio ex parte Dei coincidat cum actione apostolica. — Item in hypothesi adversariorum eadem verba in eadem sententia diverso prorsus sensu essent sumenda: sc. remiseritis — declaraveritis condonata: remissa — condonata.

4^o Illa declaratio aut fieret Deo aut ecclesiae. Illud est ineptum, hoe est inutile. Aliud est enim ostendere se sacerdoti a lepra liberatum, aliud peccata confiteri ac dolere. Cf. Estius In l. 4, dist. n. 18. p. 3. Nec poenitenti talis declaratio cum fructu fieret, sed ipsa remissio sane cum fructu fit. „Si enim, qui absolvit, ipse est, qui efficit remissionem, ut actum hunc iudicialem [iudicium iurisdictionis] ex se efficacem ponat, satis est, quod ei moraliter certa sit [indice prudentiae] dispositio poenitentis: eiusque absolutionis effectus est infallibiliter certus, si reapse dispositio poenitentis fuerit sufficiens. Et idcirco absolutio vere est utilis poenitenti disposito, etsi certitudine infallibili constare nequeat effectum esse secutum. Verum, cum agitur de declaranda tantum remissione iam obtenta, haec declaratio vel est incerta vel est certa; si incerta, quorsum fit? si certa, quodnam est fundamentum certitudinis?“ Palmieri, De poen. th. 12. „Non enim Deus revelat ministro se condonasse peccata. Ergo id colligendum esset ex dispo-

sitionibus poenitentis: at haec quoque non praebent fundamentum illius certitudinis; deinde ipse poenitens longe certius nosse potest se esse dispositum, quam minister ex solis signis externis iudicare possit". Sasse, De poen. th. 8.

Quodsi quis peccata iam absoluta confitetur (dub. 5), a) sane inutilis foret repetita declaratio, b) quod peccata in baptismo remissa attinet, ecclesia sane in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus (Conc. Trid., Sess. 14, c. 2); c) si quis peccatum sacramento poenitentiae remissum iterum confitetur, Coninck (De poen. disp. 4, dub. 8, n. 61 ss.) ideo dixit semper remitti peccata de novo, quia semper manet aliqua obligatio ex ipso, quatenus ablata iam culpa et poena manet aliqua semper indignitas. Ceteris paribus minus dignus est Dei beneficio, qui peccavit, quam qui non peccavit. Sed mirum est, quod etsi semper remittatur, nunquam tamen exhauriatur, nisi negas posse eam exhauriri. Deinde non concedunt theologi posse peccata redire quoad effectum suum; sed hoc hic dicendum esset. Denique ita non remitterentur proprie peccata, sed indignitas De Lugo (De sacr. poen. disp. 13, s. 3, n. 73) et post eum multi theologi (ut Palmieri, De poen. th. 12, VI.; Sasse. De poen. th. 38, Schol.) docent vera ideo tunc esse verba absolutionis. »quia non mentitur, qui post dimissum semel debitum vel offensam iterum rogatus dicit se dimittere. Nam sicut qui semel se obligavit alicui ad aliquid praestandum, potest iterum se ei obligare ad idem, . . sic, qui remisit debitum, potest iterum idem remittere; nam remittere in rigore est obligare se per cessionem iuris ad non utendum iure acquisito ratione offensae in ordine ad talem vel talem effectum«, Quam solutionem merito improbat Wietrowski (Selectae conclus, theol. P. VIII., concl. 17, n. 682) dicens: Nam quod Deus per secundam absolutionem se obliget ad non utendum iure acquisito olim contra peccatorem et destructo per condonationem, ante praesentem absolutionem, est formalissime obligare se ad non faciendum impossibile, si quidem impossibile est, uti iure non existente. Ipse vero (cum Dicastillo, De sacr. poen. disp. 5 n. 113, De San., De paen. n. 433 s.) haec statuit: »Dicimus itaque obiectum verificans absolutionem esse remissionem peccati non actualem, sed radicalem. Ratio est: Nam actualis remissio est actualis extincio iuris quaesiti a Deo ex peccato: haec autem actualis extincio non potest circa ius iam extinctum versari, videlicet auferendo existentiam a non habente existentiam. At radicalis remissio stat tam in gratia remissiva et expulsiva peccati commissi, quam in iure ad hanc ipsam gratiam. Ius autem ad hanc gratiam est infallibilis promissio Dei et aprobativa illa voluntas: Quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in coelis; est, inquam, ius ad gratiam sanctificantem remissivam peccati, haec divina voluntas, prout applicata per verba absolutionis poenitenti a legitimo ministro. Quod vero sacramentum validum stet sine gratia, cum solo iure ad illam collato de praesenti, patet in baptismo valido et informi, admissio ab omnibus« (Ib. n. 680). Igitur poenitens in eo casu accipit gratiam remissivam peccati ut commissi, sive gratiam sacramentalem, quae remitteret actualiter atque extinguqueret peccatum, si illud irremissum atque inexstinctum invenisset. Ceterum similis res occurrit in homine, qui gravi peccato commisso in statu inimicitiae Dei positus, denuo peccat. — Non posse quoad eadem peccata absolutionem repeti in eadem confessione patet. Cf. Bonacina, De sacr. poen. qu. 5, s. 1, p. 4.

Non fore ut solum peccatum contra Spiritum s. post mortem retineatur patet ex Mt. 25, 44, 46. Cf. th. III. ad dub. 6; ceterum cf. Augustinus, Ep. ad Evodium 99, al. 164 (M. 33, 709 ss.); Io. Chrysost., In Mt. hom. 36, n. 3 (M. 57, 416 s.); Conc. Trid., Sess. 6, ep. 15; Sess. 14, c. 5; Schema Conc. Vaticanani (Coll. lac. t. 7, c. 517)

et de tota hac quaestione J. Stufler, *Die Heiligkeit Gottes und der ewige Tod*, Innsbruck 1903, S. 35—39; Fr. Schmid, *Die außerordentlichen Heilswege für die gefallene Menschheit*. Brixen 1899; Chr. Pesch, *Theol. Zeitfragen*, 2. Folge S. 47—80.

Pars III. Data est potestas remittendi peccata omnia et omnium (Leo IX. defin.): sane non absoluta sed certis legibus ligata.

Dub. 1. Si de omnibus peccatis ageretur, potuisset unusquisque apostolus etiam sua ipsius peccata remittere; nec sane impossibilitas talis rei acceptioonis apostolis evidens esse potuit, quia certe quilibet habens potestatem dispensandi a voto alios, etiam se dispensare potest. Cf. Greg. M., Hom. 26. in evang. n. 4 s. — Cf. Thes. 8, p. II., dub. 4.

2. Si de omnibus peccatis ageretur, peccata iam remissa etiam retineri possent, retenta remitti.

3. Si de omnibus peccati ageretur, possent retineri etiam venialia.

4. Item possent peccata per absolutionem remissa nova statim absolutione remitti ad libitum repetita. Cf. p. II., dub. 5.

5. Verba analoga ap. Mt 18, 15—22 ad omnes proferri videntur ex contextu et nexu naturali. Et ἐκλησίᾳ atque συνγένεοι congregationem significant, quam apostolos vocari et textui repugnat nec tunc ab audientibus intelligi potuisset. Cf. Origenes, In Mt tom. 13. fin.; Anastasius Sin., Interrog. 61; Theophyl. In Mt 18; Augustinus, Serm. 28, n. 7. Nec obstat, quod similia verba adhibentur Mt 16, quia nihil aliud simile est nisi ipsa phrasis. Atqui hoc posito non potest sermo esse de tradenda tanta potestate.

6. Dato verba illa eadem proferri solum ad apostolos, de aliis peccatis ibi non agitur, nisi de eis, quibus proximi offenduntur: haec si quis condonaverit offensus, condonabuntura Deo et simul condonabuntur condonantis peccata contra Deum. Ei autem, cui condonari non potest, quia non emendatur, nec Deus condonabit. Nec obstat quod dicitur „quodcumque“ vel ap. Ioannem generatim „peccata“ quia subintelligenda sunt vel peccata, quae sane ab hominibus condonari, vel quae ab ecclesia qua tali remitti possunt; „quorum remiseritis“ dicitur; supponitur nempe antecedenter ad ullam potestatem tradendam eos remittere quaedam peccata. Nec obstat, quod s. Paulus veniam dedit gravissimi peccati, quia eam non dedit, nisi quatenus scandalum fuerat.

7. Mt. 12, 31: Πᾶσα χιαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται. (32) Καὶ δέ ἦν εἰπη λόγον κατὰ τοῦ Ιησοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται: αὐτῷ δέ δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἀγίου, οὐκ ἀφεθήσεται: αὐτῷ ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

8. 1. Io. 5, 16: Ἐάν τις ἰδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀμαρτάνοντα ἀμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, κιτήσει, καὶ δωσει: αὐτῷ ὅμηρον, τοῖς ἀμαρτάνουσιν μὴ πρὸς θάνατον. *Εστιν ἀμαρτία πρὸς θάνατον οὐ περὶ ἔκεινης λέγω ἵνα ἔρωτήσῃ.

9. Heb. 12, 17: Ἰστε γάρ, οἱ καὶ μετέπειτα [Ἡσαῦ] θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν ἀπεδικεύασθε: μετανοίας γάρ τόπον οὐχ εἶρεν, καίπερ μετὰ δικρύων ἐκκητήσας αὐτήν.

Nihilominus et haec pars probatur: 1^o. Dictum est: „sicut me misit Pater, ita ego mitto vos. At constat Christum Dominum non remisisse solum peccata contra se commissa, vel, ut caput ecclesiae, scandala publica inter discipulos, sed etiam alia, dummodo in ipsis dolorem de peccatis invenerit; alias enim nec iniurias sibi illatas condonavit, sed ut condonarentur, i. e. ut Deus animos ad dolorem de peccatis moveret, rogavit.

2^o. cum Ambrosio (De poenit., l. 1, n. 7.): „Quod ligandi ius habeo, ius habeo et solvendi“.

Quod dubitationem (3^{am}) ex peccatis venialibus petitam attinet, potestas remittendi consecutione quadam a mortalibus [de quibus tamen solis proprie et directe agi omnino negat De Augustini, De poen. p. 2, a. 4.] ad venialia deducitur. Nam si virtus clavum sufficit ad tollendam iniuriam simpliciter et ad amovendum impedimentum, quod nobis aditum in coelos perpetuo praecludit: quanto magis sufficiet ad amovendum impedimentum temporaneum venialis culpae, iniuria secundum quid, cuius venia in hac vita facilior est et in purgatorio amicis dari solet. [Adde quod secus ministerium remissionis sine periculo infamiae vix conveniri posset et dubie mortalia tantum sub condicione absolvit]. E diverso, quod peccata venialia sint tantum iniuria secundum quid, . . . non potuit ad ista aequa extendi potestas retinendi atque se extendit ad peccata mortalia. Vircebburgenses, T. 5, disp. 2, c. 1. a 5. Quamvis verba Christi simplicia et uniformia esse videantur, quia tamen in ipso nomine 'peccata' analogia latet, exigunt plane, ut cum proportione ad ea, quae sub se continent, applicentur iuxta materiae capacitatatem. Cf. Azor, Inst. mor. l. 4, c. 11, q. 4, o. 6. Sane peccata venialia sunt remissibilia, at retineri non possunt a Deo (i. e. numquam remitti), quia homo sine peccato gravi ius habet ad gloriam. Cf. Thes. 3 p. I., ad 1, e). Ceterum num remissio peccatorum venialiam per claves sit solum declarativa, cf. thes. 5.

Apud Matthaeum 18. illud „in te“ v. 15. in textu graeco deest; neve tunc excipias solum de scandalorum externa condonatione vel peccatorum ecclesiasticorum remissione agi; agitur enim de fratre perduto saluti restituendo. Cf. P. A. Kirsch, Zur Geschichte der katholischen Beichte. 1902 S. 34–39. — Quod Augustinum attinet, v. serm. 352; 392; De Civ. Dei l. 20; quod Theophylactum, v. expositione eius in Io. 30. Episcopis dictum esse; Quocumque solv. . . . testantur, inter alia »Constitutiones apostolicae« l. 2, c. 11 s.; sacerdotibus Anastasius Sin. Interrog. 141; et iure quidem, quia idem nexus probatur: si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Cur iam habendus est instar publicani etiam coram Deo? Quia quaecumque alligaveritis. Nec verbis his potestas iam tradebatur, sed promittebatur (cf. Caesarius, Dial. 4, Interr. 194) sicut Mt 16: Tibi dabo (quae verba explicata v. ap. Ambros., De poen. l. c. 7 n. 33.)

Locus Mt. 12, 31. directe Novatianis sane non favebat, qui inter potestatem remittendi ecclesiae finitam et Dei infinitam distinguebant — cum hic dicantur quaedam peccata nec hic remitti nec in futuro. Tantum factum per se affirmatur, idque universalitate morali, non absoluta. Solum indirekte ex eo concludi posset, ecclesiam tantum peccata remittere posse, quae sunt contra homines (Cf. De San, De poen. n. 148). Iam locum illum explicemus. Spiritus blasphemia est peccatum, quo Deo blasphemia infertur tum, cum maxime se ut Deum manifestat, quo Deus non agnoscitur, cum cognoscitur (Cf. Io 8, 24); est hacc blasphemia Spiritus, quia resistitur eius illuminationi. Ita blasphemantibus numquam remittetur; similes sunt moribundis, qui non solum omnem medicinam respouunt, sed omnia agunt, ut pereant; ex tali statu vix quisquam seu moraliter nemo (vel, ut Oswald censet, absolute nemo, si peccatum hoc secundum omnem malitiam in abstracto in eo contentam spectatur) exhibet, ut dispositionem acquirat ad peccati remissionem necessariam. Sane »apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt« Mt 19, 25. »Hoc peccatum dicitur irremissible eo modo, quo nullum aliud peccatum dicitur irremissible . . . quia corruptit dispositionem ad remissionem in eo, cui debet remitti, quia principium dispositivum ad remissionem peccati est aliqualis displacentia de peccato«. D. Scotus, In l. 2, d. 43, q. 1, n. 7. Nec aliam impossibilitatem (contradicentem profecto Is 1, 16; Ezech. 18, 21, 23) Christus hic in mente habet; id patet ex eo, quod e contrario dicit omne peccatum blasphemiae communis — no-

minatum contra Filium hominis (i. e. prout ut homo agebat, quem voracem et potatorem vocabant) remitti; quod certe intelligendum est: facile remitti; alioqui, ut s. Athanasius notat, contradiceret sibi. At alia propter passionem, ignorantiam (Act. 3, 17), mentem obscuratam, infirmitatem minuuntur (cf. Pacianus, Ad Sympr. ep. 3, n. 15) nec lumen Spiritus s. excludunt praeclusis oculis. Praeclare hunc locum explicat Athanasius in fragm. paenit. in Mt. Cf. etiam Io. Chrysost., Basilius, Gelasius, Hilarius, Ambrosius, Thomas (II., II., q. 14, a. 3) etc., e recentioribus J. L. Hoffmann, Die Sünde gegen d. h. Geist. Regensb. 1847; Heinrich, Dogm. Theol. X. S. 33—38 (§ 561) etc. — Hinc denique concludimus illud remittere in hoc saeculo vel in futuro non ita significare sententiam iudicialem absolutionis a culpa ferre nunc vel postea, sed potius misericordiae effectum (condonationi similem) producere pro nunc vel pro futuro; sc. qui blasphemat — ille et in hac vita obdurate a Deo (=non recipit gratias congruas) et in futuro a fortiori. (N. b. cum Suarez, De purgat. disp. 45, s. 1, n. 12 contra Stufler et alios non posse bene locum hunc intelligi de peccatis tantum venialibus in futuro remittendis.)

Locus 1. Io 5, 16. dupli modo explicatur. a) Peccatum ad mortem, de quo agitur, certe non est quodlibet peccatum grave; nam etiam peccato, quod non est ad mortem, vita amitti dicitur; sed videtur illud esse, quo homo ab ecclesia separatur (cf. v. 10—13); nec fideles illud peccatum scire et discernere possent, si non esset publicum. Pro peccatore tali apostolus orari non vetat, sed non commendat, ut subtractis suffragiis saltem publicis excommunicatus puniatur. b) Pro peccatore, qui peccat ad mortem, i. e. qui vel excommunicatur ab ecclesia vel ipse deficit ab ea vel obdurus poenitentiam non agit (Augustinus, De corrept. et gr. c. 12; Conc. Nic. II, cn. 5) non commendat apostolus preces, quia ad vulgum loquebatur, ad eosque, qui suorum peccatorum alium deprecatorem deberent adhibere; quibus satis est, si pro levioribus aliorum delictis Deum precentur, graviorum veniam iustorum orationibus reservandam putent. Non enim quicumque de vulgo pro Iudeorum populo, sed Moyses rogavit, quando vituli caput fidei immemores adoraverant. Nonne ipse Ioannes cognoverat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecantem? Cf. Ambrosius, De poenit. l. 1, n. 40 ss.; Ignat., Ad Smyrn. n. 4; Anastas. Sin., Interr. 54; Thomas A. In l. 2 dist. 43: Cornelius a Lap. in h. l.; De Lugo, De poenit. disp. 8, s. 1, n. 9; De San, De paen. n. 156 s.

Etiam loci Heb 12, 17. duplex est explicatio; vel ita intelligitur: Esau non potuisse efficere, ut Isaac animum suum mutaret (*μετάβολη* = mutatio animi) et benedictionem Jacob tributam ad Esau revocaret (cf. Gen. 27, 30—38) vel ita: Esau petentem benedictionem filii primogeniti iam non potuisse eam recuperare, quod sero eum poenituit; quo exemplo Hebrei moneantur (cf. ib. v. 12; Lc 13, 25 ss.).

Pars IV^a. Potestas haec a potestate baptizandi penitus est distincta.

Dub. 1. Agitur de peccatis quibuscumque, ergo et de peccato originali; atqui peccatum originale extra baptismum remitti non potest; cetera vero cur non et in antecessum remitti possint? Ergo apostoli tantum iussi sunt evangelium annuntiare et baptizare in remissionem peccatorum.

2. Virtus baptismi producit sublato obice effectum suum et ipsa numquam deletur; ergo non est, cur non possit peccata extinguere.

3. Si, ubi una est gratia, sic quoque sumus ignavi et socordes, si sciremus abluenda rursus peccata, cessaremusne a peccatis? Io. Chrysost. In Hebr. hom. 9.

4. Tota ecclesiae mundatio soli baptismu tribui videtur: Mc. 16, 16. (ó *πιστεύοντας*) Eph. 5, 26. (καθαρίσας).

5. Secundum Eph. 5, 26. ecclesia mundatur lavacro aquae; atqui hoc certe non de eis dictum est, qui nondum in ecclesia sunt; ergo baptismo (eius recordatione) tolluntur peccata membrorum ecclesiae.

6. Scriptum est Hebr. 6, 4. ss.: Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἀπαρτισθέντας, γενησαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματας ἄγιου, (5) καὶ καλὸν γενησαμένους θεοῦ δῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντας αἰώνος, (6) καὶ παραπεσόντας πάλιν ἀνακαγγεῖσιν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἔσωσις τὸν οὐτὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας.

7. Item Hebr 10, 26 s. Ἐκουσίως γὰρ ἀπαρταγόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπιγνώσιν τῆς ἀληθείας, σύνεται περὶ ἀπαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία, (27) φοβερὰ δέ τις ἐκδογὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ἕηλος ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπενχωντίους.

8. Si duo essent sacramenta instituta a Domino, certe baptismus ante poenitentiam instituendus erat; sed dicendus esset demum Mt. 28, 19. institutus. Cf. E. Herzog (Die obligatorische römische Ohrenbeichte eine menschliche Erfindung, 1901 S. 9), Ahrens, Steitz.

9. Ita interpretantur hunc locum **Cyrillus alex.** (In Io. l. 12, c. 56; **Augustinus**, Tract. 121. in Io. (caritas ecclesiae = communio ecclesiae catholicæ); **Cyprianus** (Ep. 73 ad Jubaian. n. 7); **Firmilianus** (Ep. 75 inter epp. Cypriani n. 16), alii. Ex posterioribus vide **Rupertum Tuit.** in h. l.; **Bedam**, In Act. qu. 2.

Probatur autem haec pars:

1^o Dictum est: Ite et baptizate omnes; at non dicitur: Ite et remittite omnibus peccata. Praeterea „neque tunc, cum baptismum instituebat, quicquam de potestate absolvendi peccatores locutus est Christus (Io. 3, 5.: Mt. 18, 19.), neque tunc cum hanc instituebat, quicquam de lavacro necessario significavit“. **Filaret**, Pravoslavnoe dogmatičeskoe bogoslovie. (Spb. 1882) II., p. 181.

2^o. Ad baptismum necessario requiritur ablutio cum invocatione ss. Trinitatis; haec expresse dicenda erant, non forte solum subintelligenda, praesertim cum Christus, qui ipse non baptizabat (Io. 4, 2.) peccata multis remisisset.

3^o. Potestas Io. 20, 23. collata est talis, cui essentiale est iudicare, quod verbis satis innuitur et postea explicabitur; sed ad valide baptizandum iudicare non esse necessarium ex usu ecclesiae patet; et quod per baptismum alia peccata remittantur praeter originale, est per accidens.

4^o. „Termini hi tres: quorum, peccata, remiseritis indefinite patent iisque verificantur, licet eorundem hominum plures peccata remittant apostoli; quoties antem verificantur, verum quoque esse debet quod ait Christus: remittuntur eis: quia ut ponatur condicionatum, sufficit quod vera sit condicio; secus propositio esset falsa. Haec autem est una eademque potestas expressa verbo remiseritis, potestas sc. remittendi peccata. Ergo haec est potestas diversa a potestate baptizandi et remittendi peccata per baptismum; quia haec una tantum vice erga eundem exerceri potest: neque enim quis potest bis renasci“. (**Palmieri**, De poen. th. 8, II, 5). Quod tamen additum est in fine neminem posse bis renasci, sinon falsum, saltem non est accurate dictum neque ad rem; nam quotiescumque homo denuo iustificatur, accipit gratiam per generationem, licet hoc iam non vocetur renasci.

5^o Certe repugnat, ut ipso baptismo tollantur et vitae futurae peccata; at solum vitae praeteritiae peccata remitti posse ab ecclesia

supponeret aut baptismo naturam humanam penitus mutari aut ecclesiam Dei peccatis scatentem relinquere sine simili instituto ac baptismus est. Cf. Pacianus (hunc locum interpr.). Ep. 3. ad Sympron., n. 11.

6º Sacerdotale ministerium ligare potest et solvere; atqui in hypothesi adversariorum: 1. non poterunt ligare, cum non possint impedire, ne pagani per paganos baptizentur; 2. non poterunt ligare, cum non possint impedire, quominus fidelis quispiam recepti olim a se baptismi memoriam sibi revocet.

Quod institutionem baptismi attinet, potestas haec iam multo prius a Christo instituta et discipulis concessa et ab iisdem in actum deducta prorsus videtur esse: Io. 3, 22; 4, 1, 2; cf. 1, 26, 33; 3, 35. Nam ritum illum fuisse tantum aliquid sacramentale improbabile est.

Loci prioris ex ep. ad Hebr. desumpti triplex est explicatio: 1. Pars dicit apostolum loqui de impossibilitate iterationis baptismi. Huius explicationis argumenta sunt haec: a) renovatio illa videtur intelligi renovatione baptismi; nam illud „rursus“ renovari opponitur illuminationi „seme“ collatae, quae ex usu loquendi nihil aliud significat quam baptismum (cf. Hebr. 10, 32. et versiones Syriacam et Aethiopicam); et renovatio etiam alias vocatur per excellentiam ipse baptismus. Cf. Tit. 3, 5. Cf. Athanas., Ad Serap. ep. 4, n. 13; Ambros., De poenit. I. 2, n. 7; Io. Chrysost., In Hebr. hom. 9, n. 2; Sasse, De poen. th. 11, IV.

b) Vox ἀδύνατος non videtur ab apostolo de impossibilitate tantum morali adhiberi (difficile); cf. Heb. 6, 18; 10, 4; 11, 6; quod in alia interpretatione negandum est. Cf. Oswald, Die dogmat. Lehre von d. h. Sacram., Th. 5, § 5.

c) Collatis Rom. 6, 3—11. et verbis „crucifigentes sibi“ dicendum videtur hanc rationem esse solius impossibilitatis iterationis baptismi. Cf. Ambros., De poen. I. 2, n. 7 s.; Epiphanius, Haer. 59, n. 2; Io. Chrysost., In Heb. 9, n. 2; Io. Damasc., De fide orthodoxa I. 4, c. 9.

d) Ex contextu cum versibus praecedentibus idem suadetur. Hebraeis enim haec scripsit et, ne illi poenitentiae obtentu existimarent iuxta legis consuetudinem multa esse et quotidiana baptismata, ideo eos ad poenitentiam hortatur, unamque esse per baptismata renovationem nec secundam superesse affirmat, ut in alia scribit epistola: Una fides, unum baptismata. Ita Athan., Ad Serap. ep. 4, n. 13. Cf. Ambrosius, De poenit. I. 2, n. 8. („quia multa erant baptismata in lege, merito reprehendit illos, qui perfecta dimittant ut principium verbi requirant“); cf. Bujanović, Sv. sakr. II., str. 36.

e) Haec est communis explicatio patrum, quamquam contraria (nunc fere receptam) non ignorabant. Cf. Amb. De poen. I. 2, n. 8 („sed tamen de baptismio dictum“). — Ceterum ad explicationem patrum haec notat Estius (in h. I.): „Quod ergo dicunt patres apostolum hic loqui de non repetendo baptismio, id non tam de baptismi ceremonia, quam de eius effectu convenit intelligere; effectum dico, non characterem, sed eum, qui peccando amittitur, i. e. gratiam regenerationis ac renovationis: non quod amissa semel gratia recuperari non possit, sed quia Deus nullum instituit remedium, quo tam facile gratia recuperetur amissa, videlicet per modum regenerationis ac renovationis, quam fuerat per baptismum acquisita“.

2. Alii apostolum loqui de magna difficultate (morali impossibilitate), ut peccatores (apostatae) ad poenitentiam convertantur, qui spretis tot tantisque gratiis (enumeratis v. 4, 5.) defecerunt; et sane simpliciter impossibile est ministris, ut cum solo ordinario gratiae auxilio eos ad poenitentiam renovent (verbum graecum in forma activa nec cum εἰστούσι), qui Christum repudiatum, quantum in ipsis sit, rursum sibi crucifigant et in cruce velut suspensum publico ludibrio exponant. Vocem „illuminatione“ (cf. Eph. 1, 18; 5, 8; Io. 1, 9) de illuminatione hominis per fidem Christi intelligi posse dubium non est. Cf. Sušil in h. I. Rationes huius explicationis sunt

a) Inutilis esset alioqui enumeratio illa tot gratiarum: baptismus enim nunquam iterari potest. *b)* Item in exemplo v. 7, 8. allato non qualescumque homines baptizati designantur. *c)* Mera iterationis baptismi recusatione non absterrentur efficaciter desertore. (Cf. Heb. 10, 26. *d)* Illud „semel“ non ad solam illuminationem pertinet, sed et ad alias gratias; nec renovatio solus baptismus vocatur (cf. 2 Cor. 4, 16; Col. 3, 10), immo hic vel ideo non, quia non sequitur, sed antecedit poenitentiam (*εἰς μετάνοιαν*). *e)* Sane moraliter impossibile est (et ministris evangelii miraculo gratiae divinae seposito prorsus impossibile est, ut id efficiant), ut homines tot gratiis acceptis iterum ita illuminentur, ita eorum mens mutetur, ut proposita fidei doctrina ad poenitentiam revocentur. Nec impossibilitatem absolutam defendere opus est; cf. Mt. 19, 23—26; Mc. 10, 23—27; Lc. 18, 24—27. *f)* Quae impossibilitas convertendi apostatas ratio est apta, cur rudimentis doctrinae christianaee recolendis supersedeat. Ita docet maxime Car. Huyghe (Comment. in ep. ad Hebr. 1901, p. 135): „Qui elementarem doctrinam, de qua v. 2., non modo receperunt, sed eam per charismata supernaturalia et gratias insignes gustaverunt, i. e. intime intellexerunt eam esse veram et veteres promissiones de Messia in Iesu esse adimpletas: si tales viri, non obstante tanta certitudine in apostasiam labuntur (et ex tota epistola intelligitur praecipuam tentationem eis esse splendidissimum cultum iudaicum, qui in templo peragebatur), converti nequeunt per iteratam expositionem primae illius doctrinae; altioribus enim veritatibus, v. g. de sacerdotio Christi indigent. Primas utique veritates iam cognoscunt, et licet eas sciunt esse veras, tamen christianismum dereliquerunt, et non refugerunt Christum denuo cruci affigere. Aliis igitur considerationibus opus est, quas capite sequenti proponit apostolus“. *g)* Baptismus, cum sit imago mortis Christi, tamen non est ludificatio Christi (*παραδειγματίζειν*): nec qui baptizantur, Christum crucifigere, sed veterem hominem crucifigere dicuntur (Rom. 6, 6). *h)* Praeter theologos, et interpretatores (cf. Corn. a Lap.) etiam veteres (ut Anselmus) iam Origenes, Theognostus, Hieronymus (ad Iovinian. l. 2, n. 3) hanc explicationem posuerunt et propter similem nonnulli hanc epistolam notham esse existimaverunt. Nec obstat potest communis ille patrum explicandi modus (adde Cyrilum alex., Theophylactum, Augustinum in expos. inch. ep. ad Rom) salva utique constitutione Tridentina (s. IV.) et Vaticana (s. III., c. 2). Nam simile dicendum est de explicando miraculo Josue, de explicandis Cherubim, de propinquitate adventus Domini et conferendus Chr. Pesch, Inst. propaed. n. 586. Ceterum De San (De paen. n. 165) huic explicationi vindicare conatur (propter Origenem et Theognostum) scriptores omnes antenovatianos.

3. Apostolum loqui de utraque impossibilitate clare innuit iam s. Chrysostomus, confuse etiam aliij ut Estius (cf. in v. 4 init. et in v. 8. in fin.). Apostolus docet Hebraeos, non decere christianos in iis perpetuo haerere, quae catechumenis noseenda tradi soleant, (ut est poenitentia agenda de operibus mortuis, doctrina de variis baptismatis Ioannis nempe etc., de confirmationis sacramento (Act. 8, 14—17), de resurrectione mortuorum (Act 23, 6), de iudicio aeternam mortem definituro (Act 17, 30—32; 24, 25). Nec res has tractari expediret hominibus iam semel per fidem fideique sacramentum illuminatis et caelestis doni (pacis conscientiae, lactis doctrinae, panis vitae, divitiarum gratiae) dulcedinem expertis (cf. 1. Petr. 2, 2. 3; Jo. 6, 48—52) et confirmatis (Act. 8, 14—17) et evangelio delectatis et copia charismatum ad saeculum futurum (Messianum) pertinentium instructis (cf. Act. 2, 16 ss.; 1. Cor. 12, 10; Gal 3, 5; Heb. 2, 4. 5). Cur id esset minus utile? Quia fieri non potest, ut eidem ita in ecclesiam cooptati, immo etiam longius progressi in vita christiana, etsi a bonis illis omnibus ad Iudaismum vel infidelitatem se averterint (*καὶ παραπεσόντας*; cf. 3, 12; 10, 26—29), simili modo atque catechumeni ad Christum convertantur, ideoque denuo inducantur ad poenitentiam, quae una cum fide ad baptismum vel confirmationem (tum ei mox iunctam) dirigatur. Itaque impossibile est homines iam baptizatos renovando iterum ad baptismalem poenitentiam adducere; quin tantum abest, ut illi desertores per ianuam

baptismi rursus in ecclesiam ingrediantur, ut eorum salus quocumque demum modo obtainienda fere desperata iaceat; videlicet poenitentia baptismalis hominum eiusmodi impossibilis est non solum ut est baptismalis, sed ut est poenitentia; (quae consideratio v. 4—6. praeparata priori adiungitur aequa abrupte ac generalis ratio usus tenuioris doctrinae rudimentorum (v. 4.) ad rationem ante explicatam additur). Nam cum homines utentes ubertate gratiarum divinarum accipiant maiorem, eam negligentes et contennentes digni sunt, qui reprobentur. Ita apostolus impossibilitatem et simplicem et moralem sinul affirmasse dici potest (cf. Rom. 7. 23—8, 4). Ceterum v. 7. 8. etiam immediate ad v. 1—3. referri possunt (Straub).

Rationes huius explicationis sunt: *a)* Apostolum proxime loqui de poenitentia baptismali patet ex v. 10: non rursum iacentes fundamenta poenitentiae, i. e. poenitentiam fundamentalem. *b)* Si non intellexisset poenitentiam baptismalem, in primo versu de aliis rudimentis loquendum non fuit; non dedisset enim plenam rationem pro omnibus rudimentis, sed tantum pro uno. Cf. Estius in h. l. *c)* Si noluisset uno verbo brevi poenitentiae baptismalis omnia elementa comprehendere, dixisset potius baptismum iterari non posse; haec enim certe est ratio, cur doctrina de baptismo non sit recolenda. *d)* Cum verba ἀνασταυροῦντες . . . non cum aoristo παραπούνται, satis distante, verum cum proximis verbis ἀνακαυγέται (vel si Athanasium sequi vis, supple ἔαυτούς) εἰς μετάφορα iungenda sint, sensus est: Impossibile est homines iam baptizatos renovando iterum adducere ad poenitentiam eam, quae requirat, ut (in qua) Christus ipsis (igitur rursus) crucifigatur (non mystice, sed realiter), quae est poenitentia baptismalis (Rom. 6, 3. ss.).

Quod alterum locum oppositum eiusdem epistolae attinet, et si fuerunt, qui eum de baptismo intellexerint (velut Jo. Chrysost. In Heb. hom. 20, n. 1; August., In Rom. inchoat. expos. n. 19), tamen, cum baptismus nullibi vocetur hostia nec ideo, quod baptismus iterum recipi nequeat, actum sit de salute (v. 27) peccatorum, explicatio illa deserenda est. Loquitur apostolus de peccato apostasiae, quain peccatum vocat per antonomasię; hoc vocat voluntarium propter specialem gradum voluntarii (nullum quippe est involuntarium), cum cognita veritate fidei (τῆς ἀληθείας cf. Heb. 3, 12) excusari non possint (cf. 6, 4 s. et τὴν ἐπίγνωσιν). De hoc peccato cf. 2. Petr 2, 11. Idem peccatum comparatur cum idolatria sec. Deut. 17, 2—7. morte punienda. Proiecta fide proicitur Christus. Denique ex contextu patet apostolum sicut v. 32 eos ad constantiam in fide exhortatur, ita hic eos detergere, velle ne conventiculis Christi se subducentes paulatim apostatae fiant. — Dictum illud non remanere hostiam alii referunt ad Num. 15, 30. (Susti!), alii ita explicant, ut apostolum negare dicant et hostiam leviticam, quae vi caruerit et iam abolita sit, et hostiam futuram, quae veniat post oeconomiam christianam, et eam quae nunc est, Christi, quam abiecerint, — eis superesse.

Pars V. Eadem potestas est in ecclesia perennis.

Dub. Apostoli certe acceperunt quasdam potestates et prerogativas, quae eorum successoribus desunt. Non potuit igitur praesumi concedi eis ius pro successoribus, nisi id explicite additum esset; alioquin enim dubium oriri potest, quod praecavendum fuit.

Sed veritas asserti nostri patet tum ex Christi fine proposito, cur hanc potestatem apostolis tradiderit, qui certe non fuit, ut facilius propagaretur ecclesia ut in dono miraculorum concedendo, tum ex verbis, quae praemisit: Sicut me misit Pater, ita. Immo ipsa „sollemnis, qua tunc Salvator potestatem remittendi et non remittendi peccata instituit, aequa singularis erat atque illa, qua sacramentum baptismi est institutum“. Filaret, Pravosl. dogmat. bogosl. II, 181.

Thesis nostra tota confirmatur interpretationibus patrum Origenes, De orat. n. 28: Ambros., De poenit. l. 1. c. 2, n. 6. ss.;

Cyrillus alex., In Io. 20, 22, 23. (M. 74, 720.); (Pseudo) Bassilius, Adv. Eunom. I, 5. (M. 29, c. 717.); Petrus Chrysologus, Serm. 84.; Gelasius I., De anathem. vinculo; Gregorius M., Hom. 26. in Io. 20.; Anastasius Sin., Interr. 6.; Rabanus Maurus, Praef. ad De quaestionib. canon. poenit. etc. Item interpretationibus ecclesiarum copticae (qui dixisti: Accipite .), Graecae (Eucholog. ed. Rom. 1875, p. 207. διὰ τὴν θ. γοργίην ἀντιτωρ ἀγῆτε .) Cf. Io. Lejunitat., De poen. (ap. M. t. 88, 1926.). — Cf. P. Schanz in Schweiz. Kirchenzeitung 1901, N. 32, p. 299.

A. Špaldák.

EXTRANEA, RES SLAVORUM SPECTANTIA.

Archiv für slavische Philologie. XXVII, 3. Berlin 1905.

A. Leskien, Die Vocale ъ, ь in den Codices Zographensis und Marianus. 321—349. — P. A. Lavrov, Die neuesten Forschungen über den slavischen Klemens. 350—372. Auctor, tractans de re, de qua supra p. 77. sententiam nostram adnotavimus, assentitur p. 354 V. Vondrák, qui duarum legendarum pannonicarum unum auctorem eumque Clementem episcopum velic. simul et ss. Cyrilli et Methodii discipulum fuisse existimat. Movet eum laudatio Cyrilli (ed. saepius a Viktorov, Sreznevskij, Lavrov), quam Clementis esse testimonio scripto probat et a priori conicit (368); inde Vitam Cyrilli et Vitam Methodii (ed. a Miklošić; quam ex saec. IX. ad nos incorruptam pervenisse cum Jagič tenet) ab eodem Clemente, Cyrilli laudatore, conscriptam esse concludit: S. Clementem — utique hominem gentis Slavorum meridionalis ultramque vitam in Moravia scripsisse arbitratur (362), orationes, saltem maximam partem, in Macedonia. P. 365—6 ex similitudine vocum probare conatur ab uno auctore ultramque legendam esse conscriptam. Vetustatem earundem probant vestigia grammatica Slavorum occidentalium (p. 367—8); vetustatem orationum in Christi nativitatem et baptismum cautio, qua dogma »Filioque« ibi tangitur (372). Ad italicam »Translationem Clementis« Vitam Cyrilli non pertinuisse magis credit.

V. Jagič, Meine Zusätze zum Studium der Werke des slavischen Klemens. 384—412. Auctor contra Vondrák et Lavrov docet pannonicas legendas (Vitam Cyrilli et Vitam Methodii) non esse ab uno conscriptas; locorum similitudo, etsi ei non posset opponi dissimilitudo — quae tamen nec ipsa sola quicquam evincit — unitatem scriptoris saltem palaeoslavici sola comprobare non potest. Diversitas vero argumenti affectionisque erga laudatos et eorum opus, praeterea quorundam locorum singulorum contrarium testatur. P. 394 probat neque laudationem Cyrilli et Methodii (ed. Bodjanskij, Čtenija 1865, II), quam, licet nomen Clementis adscriptum non sit, nonnulli eius esse iudicabant, Clementis illius, cuius sunt aliae orationes esse posse, neque a discipulo apostolorum conscriptam; id quod simili argumentatione ostenditur, qua in »Slav. Lit.« I, 77 [C. k. d. 1905, 392] Snopek effecisse diximus legendarum auctorem non potuisse esse apostolorum discipulum.

P. A. Lavrov, Zwei Lobreden, vielleicht von Klemens verfasst 373—384. Praeter eam, cuius supra mentionem fecimus (pag. 354), iterum nova oratio in Dominicam Palmarum ex a. 1328 a L. Stojanović Tauruni inventa est, quam Clementis ep. velicensis esse ipsum nomen adscriptum testatur; edetur in academico (Petropolitano) Съборнику. Idem Stojanović secundum manuscriptum quoddam saeculi XVI-XVII bibliothecae nationalis taurunensis (n. 479) 12 novas orationes Clementis esse iudicat; inter alias in Petrum et Paulum et in assumptionem Deiparae. His duas hic adicit Lavrov orationes: in s. Paulum 373-380, et in ss. Cosmam et Damianum (sv. bezmyzdnыкъ ἀναργύρῳ) 380—382.

Gr. Ilinskij, Ein Grigorovič'sches Menaeum-Blatt aus dem XII. Jhd. Auctor denuo edit fragmentum Menaei e graeco in palaeo-slavicum versi, saec. XII. scriptum cui adiecit analysin grammaticam; est in assumptionem Deiparae.

Bessarione a. 1905 fasc. 84–86. A. Palmieri O. S. A.: Le riforme et le nuove aspirazioni della chiesa Russo-ortodossa nel 1905. — Studia rerum ecclesiae orthodoxae russicae emendendarum anno 1905.

Hierarchia ecclesiastica scit, ecclesiae russicae statum non convenire cum canonibus aut traditione. Metropolita Palladius († 1898): „Ubi est, inquit, ecclesia nostra? Ubi invenitur?...“ (Novosti 1898 n. 341.) Metropolitae Russorum habere quidem titulum, sed nullam auctoritatem canonicanam, scripsit Sokolov (Po povodu stati... Moskva 1871 p. 6). Studia s. synodi saeculo XVIII politica fuisse, scribit Zaozerskij S sv. i prav. vlasti, Moskva 1891 p. 301 a), similiter Tihomirov iudicat. Sed res iam emendari incipiunt. Libertate religionis concessa initium factum est. Afferuntur ukazi (leges) caesarei et iudicatur de eis. Ecclesia russica cessavit tenere imperium absolutum. Auctor enarrat bona, quae ex his legibus fluunt pro catholicis: aedificari ecclesias, doceris religionem sermone patrio, condi monasteria, fieri conversiones, catholicos iam non vexari in docendo catechismo. Clerus russicus, exceptis „Cerk. Vědomosti“, quae eduntur a s. synodo, approbat hanc libertem. „Bog. Věstnik“ (1905 p. 402) ea superataam esse arbitratur legem barbarorum lege christiana. Afferuntur multa similia testimonia hominum illustrium, quac revera magnum animum et indulgentiam cleri russici erga dissentientes in rebus divinis demonstrant.

Afferuntur deinde et iudicantur opinioes prof. Krasnožen de libertate ecclesiastica (Cerk. Věd. 1905). Auctor multis docet eas minime liberales aut aequas esse.

Quo facto recensentur, opiniones de libertate conscientiae in Russia a Tolstoj, in Novyj Put, ab aliis prolatae, inter se plus minus oppositae, quae comparantur cum praceptis catholicis.

Ceterum quidquid variae partes sentiunt, libertas reapse concessa et constituta est, et ecclesia russica gaudet de ea, praecipue etiam ex ea causa, quod ut ait Novoe Vremja (1905 n. 10), ecclesia russica desiit esse subdita reipublicae et institutum quoddam „politiae“ spiritualis (duhovnaja policija). — Lex libertatis conscientiae aliunde nota est.

Nro 85, p. 112 – 8: Il trentacinquesimo anniversario della Chiesa russa al Giapone. In Japonia sunt circiter 28.397 orthodoxi (3000 in Tokio), 194 sacerdotes et diaconi (35 japonici), 147 catechistae, 173 ecclesiae, 4 scholae (Cerk. Věstn.). Optime de hac parte ecclesiae russicae Kasatkin meritus est, qui eo venit a 1861. Primus conversus fuit sacerdos quidam paganus, secundus medicus, amicus illius sacerdotis, et aliis medicus, qui facti sunt sacerdotes. A. 1868 proclamata est libertas religiosa in Japonia et Kasatkin incepit ponere ibi organisationem ecclesiae russicae. Sacerdotes, qui ad propagandam doctrinam christianam eo mittebantur, accipiebant a s. synodo per annum 2000 rubl., pro domicilio 10.000 rubl. Anno 1891, quo ecclesia cathedralis consecrata est in honorem resurrectionis Jesu Christi, Nicolaus II. imperator venit legationis visendae causa.

E Russico in Japonicum versi sunt Makarij: Introductio in theolog. dogm.; E. Smirnov: Hist. eccles., pars III.; D. Sokolov: Nov. Testamentum: ep. Vissarion: De sanctitate connubii; et alia eiusdem scripta: in summa 17 libelli editi sunt. Praeterea editur singulis mensibus Uraniski et Seikeo Eova, bis in mense Seikeo Simpo.

Z.

Échos d'Orient. Revue bimestrielle de theologie, de droit canonique, de liturgie, d'archaeologie, d'histoire et de geographie orientales. 8^e année. Juillet–Novembre 1905 (No 53–55). Rédaction: Mission de l'Assomption Constantinople Administration: Paris Rue Bayard 5. J. Bois: Le rite baptismal dans l'église gréco-russe (pag. 193–200). Auctor refert de eruditio libro P. Staerk O. S. B. »Der Taufritus in der griechisch-russischen Kirche«

(1903) additque quasdam animadversiones proprias. — C. Magnin: *Choses de Palestine jugées par un Russe* (pg. 206—212). De censura minus benevolā operis *La Palestine, guide historique et pratique* a professoribus de Notre-Dame de France Hierosolymis editi, quam in »Bogoslovskij Vjestnik« 1905 quidam anonymous G. L. A. publicavit. J. Hamberger: *La hierarchie de l'église russe en 1905* (pag. 226—232). *Conspectus hierarchiae russicae; enumerantur metropolitae (numero 3), archiepiscopi 13), episcopi (47), exarcha Gruziensis cum quattuor vicariis; postremo: episcopi emeriti (16). Adiungitur: 1. conspectus membrorum s. synodi, 2. conspectus superiorum missionum in China, Japonia, Corea, Palaestina, Persia; 3. catalogus capellanorum, qui apud legationes russicas in terris externis constituti sunt (numero 27; inter quos etiam sacerdos russicus Pragensis occurrit: Nicolaus Nicolajevič Ryjkov). — Moskof: *Les traductions bulgares du Nouveau Testament* (pag. 274—280). Versio articuli bulgarice scripti et in »Bulgarska Sbirka« XII. (1905) publicati. Re initio saeculi XIX. a societate biblica russica infeliciter temptata prima versio N. T. demum a. 1828 in lucem prodiit operā Petri Sapunov et Seraph. Iskizaharenin; alia versio, a Neophyta Rilski elaborata, edita est a. 1840. — V. Milovitch: *La langue liturgique chez les Ioungoslaves* (294—298). Breviter exponitur controversia de usu linguae palaeoslavicae apud Slavos meridionales; praesertim refertur de deliberatione episcoporum illarum regionum a. 1905 Romae hac de re habita. — G. Bartas: *A travers l'Orient gréco-slave* (Pag. 245: »Les écoles non orthodoxes en Bulgarie«, p. 246: »Au saint synode Bulgare«, p. 247: »La Société russe de Palestine«, p. 248: »Syriens et Russes en Amérique«, p. 249: »Russes et Nestoriens en Perse«, pag. 250: »Russes et Arméniens en Russie«, »Russes et Polonais«, »Les réformes religieuses en Russie«). Idem: »Les Grecs en face des Roumains et des Russes (pag. 305 sq.: »Le patriarchat oecuménique et le Saint-Synode russe«). — Idem: »Dans l'église gréco-slave (p. 363: »La liberté de conscience en Russie«, p. 365: »Congrès sacerdotal de Sophia«, p. 370: »En Vieille Serbie«, p. 371: »La langue liturgique des Ioungoslaves et le Phanar«).*

Revue de l'Orient chrétien. 1905. Nr. 1—3. Paris, Librairie A. Picard et fils. N. Longueville: »Les biens de l'église arménienne, le divorce et le repos dominical en Russie, les massacres du Caucase« (pag. 318—325).

Revue Augustienne. Bulletin mensuel des maisons d'études des Augustins de l'Assomption. 4^e année (1905). Nr. 7—12. Rédaction: Maison Saint-Augustin Louvain. Administration: Paris VIII. Rue Bayard 5. Liévin Baurain: »Notes de théologie russe«: »L'Encyclopédie théologique orthodoxe« (pag. 39—45; auctor ostendit, opus hoc multis vitiis laborare [cfr. Litt. slav I., 119]; ad extremum haec scripsit: »En résumé, cette Encyclopédie est l'œuvre d'une école, de l'école synodiste, école qui a longtemps régné et imposé ses idées dans les Séminaires et les Académies ecclésiastiques jusqu'à ce jour. Il est temps que le parti patriarchiste sorte de l'obscurité, où les sévères répressions de la censure le reléguaien forceément, et qu'il ramène la théologie dans des voies plus en rapport avec la doctrine des livres symboliques de l'Église orthodoxe«) »L'état actuel de la théologie« (pag. 45—48); afferuntur testimonia theologorum Russorum M. V. Zavitnevici in »Cerkovnyj Věstnik« 1905 No 14 et M. Ponomarev in »Hristianskoje Čtenie« 1905 p. 715 de tristissima conditione, in qua scientia theologica apud Russos versatur; Ponomarev conqueritur de multis plagiaribus, qui e litteraturis extraneis — reticentes nomina auctorum — tractatus suos exscribunt et aliena gloriantur sapientia. — Articles signalés: Revues russes (»Tserkovnoy Viedomosti« pag. 477, »Voprosy zizni« pag. 479).

Byzantinische Zeitschrift. Unter Mitwirkung zahlreicher Fachgenossen herausgegeben von Karl Kruembacher. XIV. Band (1905), 3. und 4 Heft, Leipzig. B. G. Teubner. In parte inscripta »Bibliographische Notizen und kleinere Mitteilungen« pag. 699 mentio fit etiam nostri periodici »Slavorum litterae theologicae«.

MISCELLANEA.

Abbé Gust. Morel †. Vir unionis studiosissimus Gustavus Morel 11 Augusti huius anni vita decepsit apud Homjakov, filium celeberrimi in Russia scriptoris ecclesiastici (in gubernatione Tulsk). In ipso itinere, quo iam tertium Russiam peragrabat materiam colligens, unde magnum opus de ecclesia Russiae effingeret, morte oppressus est. Praeter ingenuum eius animum etiam vis et acrimonia laudatur. Cf. Revue Catholique des Eglises II 1905 (Oct.) 489—506.

Joannes de Kronstadt. — Die 12. decembris celebravit iubilaeum Joannes de Kronstadt, parochus ecclesiae s. Andreae in Kronstadt. Nomen eius per totam Rossiam illustrissimum est. Natus est a. 1829 patre sacerdote, sacerdos factus a. 1855. Adolescens multum aegrotabat, ingenii fuit valde debilis. Decem annos natus, cum mitteretur in scholam praeparatoriam seminarii, vix litteras didicerat. Progressus eius fuit admodum mediocre, qua de re magno dolore afficiebatur. Sed precum, quae iam tunc deliciae eius erant, solatio utebatur. Vel noctu surgebat multumque temporis precationi vacabat. Et Deus venit ei auxilio. Aliquando, cum omnes iam dormirent, Joannes, afflictus et demissus, quod parum proficeret in litteris, surrexit, in genu procubuit, Deo supplicabat. Nescio, scribit ipse, quantum temporis ita fervidius Deum invocaverim, sed subito quendam motum in corde sensi — ab animo tanquam ab oculis caligine dispulsa plus cernere mihi videbar. Gaudium ingens inde percepi. — Ex hoc tempore maiorem habebat processum in litteris. Finitis seminarii studiis missus est Petropolim in academiam; laudatur amor eius studii theologici. Sacerdos factus est 12. Dec. 1855 in titulum ecclesiae s. Andreae in Kronstadt. Cum primum ecclesiam, quae renovata pulchritudine mirifice resplendebat, intraret, admiratione captus est: hanc eandem ecclesiam eodem splendore ornatam ante 15 annos in somno viderat, eundemque ikonostas (murum cum porta, dividentem altare ab ecclesia) cuius porta se procedentem tum conspexerat.

Munere sacerdotali nihil ei erat amicus: quo fungens mediator inter populum et Deum sibi videbatur. Ideoque et cum Deo, et cum hominibus frequenti usu et consuetudine coniungere se statuit. Internae vitae maxime que precationi quam maxime studebat; legem amoris erga Deum et homines summam regulam vitae sumpsit.

Ex diario, in quo diligenter notabat omnes pugnas internae, vitae patet, eum in dies maiores progressus fecisse in caritate et gratia. Maxime vero excellens exstitit arte precandi. Ea se omnibus corruptelarum illecebris victorem restitisse, omnibus discriminibus perfunctum esse fatetur: inde acrimoniam quoque ac fortitudinem suam manare. Eadē precandi arte ad se allicit atque attrahit omnium animos. Plus quam 80.000 fidelium consuluerunt eum uno anno de variis necessitatibus. Tota Russia creditur de maxima vi eius precationis, quae admiranda est. Quotidie accipit sesenta telegrammata et epistolas, quibus deprecatio eius flagitatur. Multi fideles iisque nobilissimi, nihil magni incipiunt, nisi prius benedictionem eius acceperint.

Ioannes non vivit sibi, sed Deo et hominibus. Sacrificium facit quotidie, quae res in Russia insolita est. — Prius perlegit omnia „stihiri et kanoni“ (quae cum nostro breviario comparare possumus), admodum longa, et tum demum accedit ad liturgiam pie celebrandam. Post liturgiam peregrinis sui copiam dat et Petropolim proficiscitur, ut in domibus, in quas vocatus fuit, precetur. Vespere revertitur, reversusque legit litteras allatas. Reliquum tempus dicit precationibus, praepagatione ad orationes sacras, scriptione diarii. Memorabilis hic liber celebratur omnium sermone; schola devotionis

appellatur, in qua Ioannes loquatur de rebus divinis non sicut homo, sed sicut propheta, cui Deus intimas rationes vitae et fidei et gratiae revelaverit.

Orationes habet ad populum fere in quavis liturgia; nonnullae typis exscribuntur. Movent altitudine devotionis ac divinae scientiae et ardenti studio gloriae Dei. Per 25 annos erat magister in gymnasio, in quo munere eminebat amore et pietate.

Eleemosynas distribuit innumeratas. Si quisquam in Russia, Ioannes de religione est praecellere meritus. Prosequuntur eum veneratione, qua multos sanctos non prosequuntur. Neino mirabitur, si de eo res mirabiles et miraculosae narrantur. Scriptor harum litterarum de multis miraculis audivit ex hominibus eruditis, nobilibus, severis. Etiam catholici, immo sacerdotes cum veneratione loquuntur de eo.

„Dušepolcznoe čtenie“ 1904 octob. 310 s. affert quaedam ex autobiographia venerabilis Joannis de Kronstadt. Fortasse placebit narratio, quomodo ex ignoto parocho evaserit vir auctoritate pollens tota Russia. Vos, fratres, inquit, cogitatis in animo, quomodo pervenerim ad audaciam proficisciendi per totam Russiam, tunc precandi pro tanto numero hominum, qui id a me petunt. Hanc fortasse quispiam dixerit superbiam. Sed equidem, fratres, non auderem tantum opus, nisi desuper vocatus essem. Quidam morbo correptus est. Petierunt meam depreciationem. Nunquam recusare consuevi quicquam eiusmodi. Coepi precari, commendavi Deo aegrotum, poto, ut fiat de eo voluntas Dei. Praeter exspectationem venit femina quaedam, quam diu novaram. Erat femina plena fidei, pia, vitamque agebat vere christianam. Venit et insistit petere, ut pro aegroto non aliter precer nisi ut sanitatem recipiat. Bene mewini, quantus terror mihi tunc inciderit. Quanta temeritas, quomodo poteram tali modo precari! Sed femina firmiter credit de vi depreciationis meae. Tunc professus sum coram Deo vilitatem et improbitatem meam et supplicavi pro aegroto, ut sanus fieret, quia eam voluntatem Dei esse cognoscet. Et Deus aegroto gratiam dedit et sanavit eum. Ego gratias egredi bonitati Eius.

Cum alias idem factum esset, cognovi eam esse voluntatem diviuam et statut pro omnibus deprecari, qui id petiissent.

De mea vita interna dicere possum, me perstare in sequenda illa regula: Nosce te ipsum. Ea vita mea continetur. Cognoscens me ipsum cognosco omnem debilitatem meam et maneo modestus. Omne bonum, quod facio, gratia divina facio: a me sunt omnia, quae mala sunt. Me ipsum habeo minimum et nequissimum omnium sacerdotum, quia si alii gratias et dona haberent, quae Deus mihi dat, nullo plus boni ficerent.

Vitae, quam asceticam vocant, non vaco: Ne putetis, me velle dicere quicquam non vulgare. Si vitae asceticae vacarem, fortasse plus boni ficerem. Sed murus meum non permittit mihi, ut sim asceta. Lego etiam acta diurna, et doleo saepe de tempore amisso et de hoc, quod continetur in eis. Sed quod nunquam omitto, canones sunt in singulos dies assignati. Hac lectione didici vitam religiosam.

† Ivan Tkalečić. Auctor eximii libri, cuius in hoc fasciculo brevem censuram fecimus, „Slavensko Bogoslužje u Hrvatskoj“, 11. Maii 1905 e vita excessit. Magnus ille glagolitica admirator multos annos in historicis documentis de glagolitica liturgia in Croatia conquirendis consumpsit. Multa et pretiosa scripsit, maxime in „Katolički List“; multaque documenta historica edidit (Monumenta historica episcopatus Zagrebiensis 1873—4). Cf. Archiv f. slav. Philologie XXVII. (4. H.) 633.

† P. A. Syrku. Mense Iulio anni elapsi defunctus est doctissimus auctor libri „Istorija hristianstva v Bolgarii do knjazja Borisa i křeščenie bolgarskago naroda“. 1889.

In transscribendis litteris Russorum immutationem parvam faciendum esse statuimus; i. exprimemus — sequentes Brugmann — signo'. X scribemus b, more philologorum linguarum semiticarum.

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha, Ad. Špaldák, Pragae.
J. Urban, Cracoviae. Dr. Luc. Jelić, Jadrae.

Annus II. (1906)

Pragae Bohemorum.

Nr. 2.

BOHEMICA.

Eug. Kaderávek, Morálka filosofická (č. 45, podíl Dědictví sv. Prokopa v Praze za rok 1905). — (**Philosophia moralis**, auctore *Eug. Kaderávek*, Th. Dr., prof. theolog. fac. boh. em.). Pragae, sumptibus „Hereditatis s. Procopii“. — Typis typogr. Cyrillo-Meth. V. Kotrba. 8^o. I.—II. p. pagg. 367. — Cum Appr. Ord. — Pretium 6 Cor.

Praemissa definitione „Philosophiae moralis“, prout communiter traditur, „recta vitae humanae institutio e principiis rationis derivata“, — dividit auctor totam institutionem in duas partes principales :

I. Generalem, seu de principiis morum in genere, quam subdividit iuxta causarum species in 5 capita : 1. de ultimo hominis fine (causa finalis), 2. de actionibus liberis hominis (causa materialis), 3. de honestate seu moralitate actionis (causa formalis), 4. de lege (causa exemplaris), 5. de habitibus et virtutibus, qui sunt effectus actionum honestarum et complementum causae efficientis, voluntatis liberae (pp. 6—132).

II. Specialem, seu de specialibus officiis hominis cum hisce subdivisionibus : 1. officia, quae sunt cuiuslibet hominis propria ex eo solo, quod homo est et cum aliis constituit societatem generis humani, cuius supremus et immediatus rector — Deus est (pagg. 136—193). 2. de officiis quae ad societatem domesticam spectant (pp. 222—232). 3. de officiis, quae ad societatem civilem spectant (pp. 233—304). 4. De officiis inter diversas societas civiles (de iure gentium) (pp. 304—321). Logice sequi haec deberet pars quinta de relatione inter societas civiles et societatem religiosam (Ecclesiam), quam partem auctor presse terens vestigia V. Cathrein S. J. (Moralphilosophie, Freiburg, Herder) subordinat sub parte tertia supra recensita. —

Haec divisio aequa commendatur rei natura atque auctoritate. Rei natura imitatur metaphysicae divisionem naturalem in partem generalem de ente in genere, quam excipit pars specialis, de entibus concretis : de homine, mundo et Deo. A pari facta est divisio Philosophiae moralis. — Auctoritate iam Aristotelis (Ethica) haec divisio commendatur, cum non multum, quoad rem, differat a divisione Philosophiae moralis in monasticam (individualem), oeconomicam et politicam.

Auctores scholastici eandem divisionem habent, etiam recentiores, quos auctor allegat et sequitur. imprimis Cathrein iam nominatus supra, Costa-Rossetti S. I. Philosophia moralis. Oeniponte, sumpt. Fel. Raueh, Liberatore. Th. Meyer. Iust. iur. nat. (Philos. Lac.) et aa., qui rei studiosis, satis commendari non possunt. quippe qui praeclarum S. Thoma e. (Summae theor. secundae partis) sistema adoptent et necessitatibus nostrae aetatis, ex liberalismo et socialismo natis, accommodent. — Ni fallor cl. auctor operis „Morálka filosofická“ — hosc fructus laboris „philosophiae perennis“, sub forma linguae bohemicae, etiam iis carpendos offerre voluit, ad quos sub forma alia non pervenissent. —

Labor iste sane laude eo dignior, quo difficilior. Neminem enim, ad quos liber pervenerit, latet, terminologiam latinam, usn tot saeculorum in scholis excusam, difficillime in lingua bohemica accurate verti. — Insuper laborem sibi auctor ipse sine necessitate auxisse videtur, dum etiam illos terminos latinos vertere conatur, quos linguae modernae adoptant proprios e. g. „všebožci“ pro pantheisté: „hmotaři“ pro materialisté; „příčina látková vel údobná“ pro — materieli vel formální; „zákon stanovný“ positivní etc. —

Aliae versiones videntur esse et rei significandae et genio linguae bohemicae minus adaequatae e. g. „dobra a zloba“ úkonu („Gutheit u. Bosheit“ d. Handlung); „držebnost“ pro lat. „habitus“ etc.

De forma exteriori etiam illud notandum esse videtur. quod materia tractanda, quoad rem quidem optime divisa, sed in decursu tractatus neque paragraphis neque numeris satis distincta ob oculos ponitur et saepe continua serie rerum lectorem fatigat.

Quoad rem ipsam, seu veritates philosophiae moralis bohemice traditas, iam laudavimus intentionem cl. auctoris, de litteratura scientifica bohemica bene meriti. — Nihilominus aliis forte magis arrideret, si fundamenta philosophica totius ordinis moralis exponerentur intensius, per modum dissertationum de ultimis eiusdem ordinis principiis, a deterministis materialisticis et pantheisticis negatis vel in dubium vocatis. Extensio enim „Philosophiae moralis“ ad universa hominis officia, fundamentis dictis maiore usque intensitate firmandis videtur obesse. Praeclarum huius laboris exemplum mihi quidem esse videtur in opere Dr. C. Gutberlet, „Ethik u. Religion“, Grundlegung der religiösen u. Kritik der unabhängigen Sittlichkeit (Münster, Aschendorff). —

Quicunque, hisce principiis innixus, de vita recte instituenda accurate instrui desiderat, opera moralia theologica e. g. s. Alphonsi adibit, a quibus Philosophia indirecte saltem lumen mntuavit. —

Quae modo animadvertisimus, ipse et auctor, finito suo opere persensisse videtur, dum supplemento dupli (pp. 325—361) compleere studet, quae in opere desiderat.

Supplemento primo correctum esse videtur. quod in opere de moralitatis et obligationis nec non iuris definitione eiusque relatione ad moralitatem et obligationem, minus recte vel saltem non satis clare dictum non nemo dixerit.

Pag. 107. quaestio de correlatione iuris et obligationis aliter erit solvenda, si ius et obligationem in eodem subiecto esse supponitur, atque aliter, si ius in subiecto uno, obligatio in termino a subiecto distincto reperitur. —

Pag. 142 sqq. accuratius distinguendum erat officium hominis cultus interni et externi ab solutum ab officio voti et iuramenti tantum hypotheticō. Neque nexus voti cum oratione ibidem exhibitus neque sacrificii notio satisfacit. Notio sacrificii, ut symbolica expressio agnitionis supremi Dei dominii et, in hypothesis peccati, — vicaria hominis substitutio victimae —, utpote cum essentia religionis nexa, clarius exponenda erat.

Pag. 334 nulla vel saltem non satis clara appareat distinctio facienda inter „moralitatem“ actionis humanae et obligationem eiusdem. Sicut conceptus utriusque ita ultima quoque utriusque principia differunt. Moralitatis norma proxime in convenientia actionis humanae cum dignitate naturae rationalis hominis, remote in convenientia cum essentia Divina, fundamento et archetypo omnis bonitatis sita est. Obligationis moralis principium positum est in necessario, in quo reperitur actio obligatoria cum ultimo hominis fine. Obligamus ad poneendam vel omittendam actionem aliquam, ne simus *a) inflices* et *b) ne simus rei reatu inordinationis et insubordinationis erga Deum nostrum Creatorem ideoque Dominum et nostrum finem. — Moralitas latius patet quam obligatio omnis enim actio obligatoria moralis esse debet, sed non omnis actio moralis obligatoria est.*

Attamen pauci hi defectus non valent minuere operis laudati pretium. Sacerdotes, curam animarum agentes, nec non cetera membra hereditatis. Procopii — grato suscipient animo talc annuae distributionis donum. Quicunque tandem veritatis studio librum perlegerit, intelliget, non solum in credendis sed etiam in agendis rationem revelationi non adversari sed solida praebere fundamenta ut credere sperare Deumque amare possimus.

Dr. Kordač.

Dr. Fr. X. Kryštufek, c. k. dvorní rada atd., **Protestantství v Čechách až do bitvy Bělohorské (1517—1620). (De protestantismo in regno Bohemiae usque ad cladem in Monte Albo.)** P. 436.

Opus exhibit systematicam descriptionem conditionis, quae in rebus religionis eisque adiunctis rebus politicis in regno Bohemiae currente saec. XVI. et ineunte aevo XVII. usque ad annum 1620 vigebat.

Auctor ingrediens laborem praemittit depictam humum bohemicam ultraquismo et unione fratrum bohemorum facillimam aditu redditam ad spargenda semina protestantismi.

Progressus lutheranismi eiusque certamina potestatis, religionis, terrae confecto ultraquismo obtainedae, cultusque calvinismus in uniono fratrum ad electum Fridericum „regem“ dicens constituant cardinalem partem operis.

Oculum auctoris haud fugit conditio ecclesiae, catholicae, cuius reformatio concilio Tridentino celebrato, sede archiepiscopali Pragae

restituta, ordine S. J. inducto coepit et tam laetos fructus edidit, ut iam medio aevo XVI. ecclesia quoad disciplinam et ordinem primatum in Bohemia teneret.

Auctor habet propriam methodum, quae haud favet poëticis reflectionibus, res diversas inter se nectentibus, sed simpliciter narrat, singula tamen eaque gravia facta accurate perspiciens.

Quae nota characteristicā praesertim in depingendis novissimis temporibus rebellionis protestantium praestantissime elucet.

V Roudnický.

Dr. Jos. Kachník, Práce. Úvahy ethicko-sociální. (**Labor.** Considerationes ethico-sociales) Pragae. Hlasy katolického spolku tiskového. 1906.

Opusculum 107 paginarum in 16⁰ plus continet, quam simplex, collectiva vox „Labor“ promittit, nam latiori orbi lectorum, cui destinatur, parvus quidem, sed securus dux in vasto pelago quaestionis socialis certissime erit. In 22 capitibus, quorum quodlibet iam tota litteratura pollet, auctor totidem selectas gravissimas materias sociales et oeconomicas tractat, accurate adhaerens morali catholicae et probatis auctoribus. praecipue notissimae encyclicae „Rerum novarum“, qua prout fodina quadam utitur. Novissimis argumentis statisticis demonstrat moralem, socialem, oeconomiam miseriam societatis huius temporis et communia remedia indicat. Ratione habita lectorum, superfluam subnrram statisticam et philosophicam neglit, retinens ea sola, quae ad demonstrationem omnino necessaria sunt; nam nil est longius a consilio scriptoris huius disiunctum, quam componere quandam scientificam sociologiam: scribit indoctis et hoc propositum ante oculos haberi oportet.

Persuasum ei est, nullam socialem reformationem feliciter eventuram esse, nisi in revelata religione nitatur, quae quamquam nulla est oeconomia nationalis, tamen mensura est omnis reformationis socialis eiusque utilitatis atque opportunitatis.

In primis 8 capitibus loquitur de capitalismo, diebus festis religiose agendis et ordini sociali inimicissimo, et de vitiis huius aetatis praecipue de nimia omnium rerum cupiditate et luxu, quibus solummodo labor precibus sanctificatus et rationabilis parsimonia mederi possunt. Minoris momenti revera non sunt capitula sequentia, (ep. 9—15.) quorum argumentum est miseria operarii huius temporis. Inscriptio capitum non quadrat semper ad argumentum (cf. ep., quod inscribitur labor et cura pauperum, vel labor et intermissio laboris — strike —), nec vastissimae materiae aliquot paginis exhanriri possunt, sed mera adumbratione instructio legentium, quae a scriptore intenta est, obtinetur.

Plane socialis argumenti sunt capita (16—18.), quibus de labore liberorum et feminarum ac de matrimonio agitur. Tristissima imago exhibetur novi cultus humani, legum ineptarum, iniuriae acerbitasque liberalismi et capitalismi.

Ultimorum quattuor capitum argumentum sunt quaestiones potius oeconomicae: quaestio agraria, condicio operariorum (nonnulla consilia, quae ad mentem dris. Ebenhoch afferuntur, vix ad vitam communem

adduei possunt), capitalismus, qui polypodis instar omnia arripit et quasi manus mortua tenet. Capitalismus est omnis quaestionis socialis caput et ruina societatis, cui occurrere possunt tantum associationes singulorum ordinum, sui iuris, per civitatem institutae, innixa rationibus religiosis, cuius rei lucida exempla praebet status catholicorum in Germania.

En saluberrima revera lectio popularis, parvus quidam catechismus socialis, continens in nuee totam quaestionem socialem, argumento et forma etiam indoctis patens: velim tantum, ut frequenter ab illis legatur, quibus est destinatus.

Dr. *Soldát.*

Dr. *Rich. Špaček*, **Božství Ježíše Krista (De Iesu Christi divinitate)**. Apologetická dogmatická úvaha. Pragae 1906 (V. Kotrba) p. 144 Preium 1·30 K.

In praefatione exponitur de theologis protestantibus, maxime A. Harnack, Christum Deum esse negantibus, eumque somniantem ac vaticinantem fuisse existimantibus et religionis christianaee fundamenta revertentibus: ubi praeter protestantium scripta etiam catholica, quibus Christi natura divina defenditur, afferuntur. Capite I. vera esse, quae in 4 evangeliis, praecipue in quarto, narrantur, docetur, Straussii et Harnackii sententias a doctrinae legibus abhorre proditur; hac ratione fontium, unde argumenta sumuntur, auctoritas et fides probatur. Capite II. ex evangeliis et epistolis apost. demonstratur 1. Christum divinis praeditum fuisse virtutibus, divina vi, natura, et divinum cultum ad enni pertinuisse. 2. Christum unicum et verum Dei Filium esse, 3. Christum expresse Deum appellatum esse, 4. vaticiniis et miraculis effici Christum esse Deum. Capite III. Christi divina natura ex antiquae ecclesiae documentis conicitur: et capite IV. de eiusdem rei testibus non christianis agitur. In epilogo mentio fit argumenti ex nominis christiani usque ad ævum tempora perpetuitate et Christi vi per tot saecula illibata.

Omnis scriptorum novissimorum genere excusso — et negantium et defendantium — Dr. Špaček, theologiae dogmaticae Olomucii professor, apologiam divinae Christi naturae composuit, qua legentibus vera doctrina omnino persuadetur quaque dubitationes omnes tolluntur. Argumentis usus est iis, quae a catholiceis theologis admittuntur, eaque clare et accurate proposuit. Adversarios. imprimis Harnack, doceat et commode refutavit. Itaque gaudio excipimus eius librum, praesertim cum eiusmodi apologia in praesens maxime opus sit — erroribus contrariis etiam Bohemiam invadentibus.

Ut a multis legatur optamus: quodsi denuo edatur, auctor sum, ut quaedam partes angeantur ac perficiantur: de vaticiniis V. T. divinam Christi naturam significantibus, de vaticiniis et miraculis ipsius Christi, de doctrinae eius effectu, de relativa divinae eius naturae necessitate. Praeterea quae ab aliis huc spectantia scripta sunt, afferri potuerunt. Quibus notis libri auctoritatem minime detractare in animo est.

Prof. Dr. *Eug. Kaderávek.*

Hlídka 1905.

Dr. Josef Samsour: **In k v i s i c e** (De inquisitione), p. 122, 212, 302, 379, 470, 544, 619, 685, 764, 841, 933.

Ecclesiae est, fidei integritatem conservare, fideles in via recta dirigere, errantes Deo placare, in errore perseverantes prius mediis mitibus, dein etiam poenis ad contritionem mouere, obduratos — uti societati perienlosos — excludere. Apostoli (s. Paulus: Hymenaeus et Alexander I. Tim 1) eorumque discipuli eodem modo fidei unitatem defendebant — Ecclesia sese poenis spiritualibus continuit. Imperatores baptizati, haeresim facinus civile, utpote impetum in amplissimam civium possessionem factum, utpote facinus contra societatem humanam patratum (Cod. Theod. XVI., 5.), perduellionem contra maiestatem divinam commissam declaraverunt eamque iurium civilium iactura, confiscatione bonorum, exilio, aliquoties etiam morte puniebant. Quae constitutiones cum iure Romano in alias terras (Angliam Hispaniam) propagatae sunt. Ius haereticos impugnandi ss. Patres agnoscebant eorumque lemmata seu normae aevo medio valebant. —

In I. parte historica inquisitionis evolutio describitur. Tempore procedente potestas ecclesiastica et civilis variis edictis haeresium propagationem prohibebat (v. gr. in synodo Veronae MCLXXXIV. celebrata Lucius III. et Fridericus Barbarossa) Id temporis etiam inquisitio episcopalnis instituta est — episcopus quotannis visitare et haereticos punire tenebatur. Anno MCXXV. statutum est, omnes a iudicibus ecclesiasticis condemnatos magistratibus civilibus ad poenas dandas tradi oportere. Constitutione Friderici II. a. MCCXXXVIII. Cremonae publicata, totum imperium spectante, haereticis mortis poena decreta est.

In secunda parte institutum inquisitionis papalis pertractatur. Iudicia agebant inquisitores vel postea eorum vicarii. Ab iis exposcebatur »ut sint cauti, cautelarii, periti, prudentes« Accusatos examinabant et iudicium ferebant. Potestas eorum coercitiva consistebat in excommunicatione, interdicto, suspensione statuendis. Eligebantur a papa aut ab huius legatis (plerumque praepositis ordinum s. Dominici et s. Francisci); postea a collegio cardinalium pro negotiis inquisitionis.

Acta iudicaria scribebant notarii. Inquisitoribus consiliarii (assessores), theologiae, iuris profani et ecclesiastici periti, addicti sunt. Executores officii (bedelli) reos persequebantur, in vincula coniciebant, eosque producebant. Dein erant custodes principales, quorum erat »omnem diligentiam et sollicitudinem quam potuerunt fideliter adhibere«; receptores bonorum publicatorum; bona confiscaata erant rei publicae, vel ecclesiac vel utriusque communiter. Sequester res usque ad processum rei finitum custodiebat. —

Sumptus in magistratus nutriendos faciebant principes profani, ab a. 1285 etiam episcopi; mox poenae pecuniariae adhibitae sunt, quae cum cautionibus elapsis proprios proventus magistratum efficiebant. —

Materia anno 1906 porro tractatur.

Frant. Vacek: Legenda Kristanova (De Christiani legenda), p. 102—7, 223—8, 295—301, 367—373.

Quattuor ultimis annis non negligenda exorta est lis de aetate legendae »De vita s. Ludmilae et Venceslai, quae Christiano adscribitur. — Vacek pergit demonstrare legendam hancce ad summum e saeculo XII. originem ducere, neque esse — uti multi opinantur — antiquissimum annalem Bohemicum. —

Probat, Christianum materiam e Slavico synaxario hausisse (scriptum de s. Ludmila e sacculo XI. a monachis Sazaviensibus confectum nominamus) licet ab hoc, aliis fontibus fretus, nonnullis locis deflexerit. —

Cosmas, qui suos annales intra a. 1110—1125 scripsit, legendam hanc non adducit, neque citat, quamquam ei occasio persaepe offerebatur (in mentione de Bořivoji baptismo facienda). Si legenda ineunte saeculo XII. extitisset, certo eam adhibuisset. Opus a Cosma citatum: »Vita

vel passio s. Venceslai martyris, ille legendam Gumpoldi autumat, uti ex argumento et dicendi modo luculenter patet.

Sententiarum verborumque Cosmae cum Christiano similitudo inde provenit, quod Chr-us contraxit et simul contorsit narrationem Cosmae. Auctor pro demonstratione 12 locos similes citat.

Conclusio igitur demonstrationis est: 'Legenda est liber apocryphus post saeculum X. conscriptus; nam Christianus neverat narrationem de s. Venceslao »Oportet nos« e saeculo XI.; neverat synaxarion e saeculo XI. (ut supra diximus), quod Cosmae († 1125) notum haud erat; neverat legendam Damiani († 1072) de s. Romualdo, legendam Hartwigi de s. Stephano rege (ex exeunte XI. vel ineunte XII. saeculo).

Non potuit igitur conscribi ante a. 1142.

J. Oliva: Textové kritické pochybnosti při východišku mynější kritiky Pentateuchi. (Critici textus dubia contra caput, e quo praesens Pentateuchi critica exorta est. (Secundum Joh. Dahse in Archiv für Religionswissenschaft.) p. 30—34.

Fons, e quo recentior Pentateuchi critica emanat, est hypothesis Astruc-i, ante 150 annos proposita: in Genesi duplicem expressionem nominis Dei Jahve et Elohim esse signum diversorum scriptorum. Superstruitur supposito, in massoretico textu hebraico quem nunc habemus (M) nomina Dei integra conservata esse; cum autem suppositum hoc erroneum sit, id quod comparatione versionum bibliarum demonstratur et cum neque historia criticae huius puncti sententias congruentes exhibeat — Ilgen Hupfeld duos fontes elohisticos agnoscit; Steuernagel etiam hos dividit; Holzinger declarat diversum nomen Dei diverso tempore a variis scholis introductum esse — divisio fontium secundum Dei nomina nullum prorsus pretium habet.

Mužný.

Časopis katolického duchovenstva 1905.

Dr. Fr. Bulla: O zřízení církve Kristovy za prvních dob. (De constitutione ecclesiae Christi primis temporibus).

A) Agitur imprimis de apostolis (513—521.): Initio proponitur A. Harnack sententia, apostolatum non fuisse magistratum cum certa potestate, sed praestantiam apostolorum constitisse tantum in auctoritate laboribus propriis acquisita. Propterea nomen apostoli non est proprium duodecim illorum discipulorum, sed latius patet; quodsi hi duodecim tamen emineant, id electioni suae per ipsum Iesum debent.

In hac doctrina reprobanda auctor et positive et negative progreditur: 1. Positive: Duodecim apostoli fungebantur munere, quod appellatur »missio«, uti patet e multis locis S. Scripturae (Ioan. 20, 21. Luc. 10, 16. Matth. 10, 5.). Propositum missionis erat coniungere homines cum Deo (Ioan. 17, 18—20.), idem igitur, quod Iesu Christi propositum erat (Ioan. 13, 16.). Ad id assequendum Christus apostolis potestatem magisterii (Marc. 16, 15.), ministerii (Luc. 22, 19.) et regiminis (Mat. 18, 18.) commisit, qua potestate apostoli revera utebantur. Idem ea habebant, quae s. Paulus ab apostolici munieris administratoribus postulat. Quae sunt: a) doctrina accepta ab ipso Iesu, b) munus a Iesu mandatum, c) praedicatio per orbem.

2. Negative: Quae Harnack opponit nihil valent; nam apud s. Paulum, Lucam, Barnabam, in Pastore Hermae, in Didache alii homines apostoli nominantur sensu proprio propter aliquam ex illis rationibus (Cf. Zeitschrift f. kathol. Theologie 1905 p. 256—9).

B) Quod ad clericos et laicos attinet (674—685): Cum Harnack, praeter apostolos in ecclesia nascente in magno honore etiam prophetas et magistros fuisse putet, quorum partes procedente tempore pastores suscepserunt, qui episcopi et clerici appellabantur et qui divinitus munus delatum sibi esse volebant, quod reapse ab hominibus profectum erat, Bulla contra demonstrat apostolos potestatem suam

adiutoribus commisisse sive peregrinantibus, diaconis (Tit. 1, 5.), sive sedem stabilem et domicilium habentibus in civitatibus (Colos. 1, 7.), etiam collegiis, quorum erat doctrinam conservare, sacramenta dispensare, moribus subditorum invigilare (Philip. 1, 1.). Praecipue commemorantur talia collegia sub titulo »seniorum« in epistola s. Clementis ad Corinthios. Frustra provocat Harnack ad Pastorem Hermae, quem dicit esse epistolam polemicam pro auctoritate prophetarum contra presbyteros. Nam prophetae etsi ad totam ecclesiam missi auctoritatem magistrorum non habebant; nam etiam mulieres prophetabant.

C) Episcoporum, presbyterorum, diaconorum (826 – 830) triplex potestas ecclesiastica clare in S. Scriptura apud s. Lucam 21, 25. et in s. Pauli ratione agendi modo praecipientis, modo monentis, modo sentientis cum subditis expressa est. In collegiis seniorum non erant omnes pares. Defuerunt soli »termini technici«. Quos nunc episcopos appellamus, eorum munus ante an. 67. apostoli, post an. 67. discipuli collegiis circumdati gerebant. Constans vocabulorum varios gradus experimentium usus occurrit nobis primum idque vocabuli »διάκονος« in I. Tim. 3, 8; 10, 12, deinde vocum episcoporum et presbyterorum in epistolis s. Ignatii.

D r. R. Špaček: Rozum a učení o nejsv. Trojici. (De rationis ad doctrinam de ss. Trinitate relatione)

Nulla est ratio reiciendi mysterium ss. Trinitatis ob id solum, quod unice obiectum fidei est; si enim vel fides humana non est irrationabilis, multo minus fides divina sive imperfecta, e rebus creatis mente hausta, sive perfectior in A. T., sive perfectissima, quam per Filium habemus.

Fidem de ss. Trinitate divinam esse demonstrant verba Gabrielis ad Mariam, baptismus in Iordane, apostolorum potestas baptizandi, promissio Sp. s., aequalitas Filii cum Patre testante Filio, quam doctrinam Petrus, Paulus, quodam modo et Ioannes (in »commate«) docuerunt et patres incipiente s. Polycarpo tradebant

Credendum est, cum a limitatis illimitata sciri non possint, cum solus Filius noverit Patrem et solus Pater Filium, cum hoc mysterium inter augustissima, quae sunt, numeretur mysteria.

Sed tamen in primis Scholastici ratione hoc mysterium illustrare conati sunt. Filius intellectu gignitur, Spiritus halitu, actu voluntatis, charitate ex Patre et Filio procedit secundum verba s. scripturae.

Hac fide ratio illustrata progredi potest, imagines et vestigia adducens. — Illustrandum est porro ex cohaerentia mysteriorum inter se nec non cum fine hominis ultimo — Compleetur cognitio haec per gratiam intellectum illuminantem. Ratio elevatur interna Dei etsi partialiter cognoscens, voluntas beatitudinem futuram quodam modo possidet. Manet tamen ratio limitata. Rationi nimis indulgentes erraverunt Lullus, Günther, nova quaedam Schell intulit. Etsi mysterium hoc sit supra rationem, non est contra rationem, quod moderni Schoppenhauer, D. F. Strauss, Harnack, Hegel dicunt.

BULGARICA.

Църковен Вестник nr. 50—52 a. 1905; nr. 1—6, a. 1906.

In fine a. 1905 et initio a. 1906. inventio sepulchri et reliquiarum ultimi Bulgariae patriarchae Euthymii (qui a Bulgaris ut sanctus colitur — cf. Sl. l. th. I., 170) omnium animos occupavit. In monasterio bulgarico Baćkovo hegumenos (igumen) P. Paisius sepulchrum patr. Euthymii invenit, id quod statim ad »s. Synodus« bulgaricum rettulit.

Nr. 50. — Relatio de sepulchro ac reliquiis s. patriarchae Euthymii, pg. 589—594 Specialis »commissio« (archimandrita Neofit, theol. magister monachus Grigorij et prof. V. N. Zlatarski) a »s. synodo« missa, mense decembri a. 1905 in monasterium

Bačkovo pervenit, sepulchrum Euthymii effodit omniaque obiecta historica collegit ac perscrutavit. Super sepulchrum inventa est tabula plumbea cum inscriptione veteroslavica: S. reliquiae Euthymii archiepiscopi urbis Trnovo ac Bulgarorum patriarchae. — Litterae ad marginem a. 1404, quo Euthymius obiit, significant; aliae eorum significaciones incertae sunt.

Dr. St. Cankov, *De sepulchro patr. Euthymii invento eiusque ad nationem atque ecclesiam bulgaricam momento* (pg. 596—597).

Nr. 51 52. — V. N. Zlatarski, *De inscriptione in patr. Euthymii sepulchro inventa* (pg. 603). Accurata inscriptionis descriptio ac declaratio; ad calcem imago (»facsimile«) inscriptionis adnexa est.

A. 1906. nr. 1—6.

Nr. 1—2. — G., *Zadacha na duhovnata literatura* (De litterarum theologicarum munere) pg. 1—3. — Inter populum bulgaricum, vix a iugo Turcorum liberatum (a. 1877) iam ex Europa occidentali proposita seditiosa fundamentorum societatis humanae evertendorum invehi coepta sunt; quibus populus in ipsa iuvenili aetate historicae regenerationis suae in rebus politicis, oeconomicis et religiosis iam corruptus est. Unde acerrimum infaustumque partium studium, perturbatio, aliaeque sequelae tristissimae. Tempus est maximum, ut litteratura spiritualis ac theologica increscat atque inter populum eruditosque divulgari incipiat ad populum instaurandum atque salvandum. Literatura theologica scientifica eiusque in forma populari divulgatio necessariae sunt. Quapropter onines eruditii, imprimis theologi, quibus patriae salus cordi est, vires suas in unum conferant ad litteras theologicas promovendas (Cf. Sl. l. th. I. [1905], 52; 239).

V. N. Zlatarski, *De Euthymio, patriarcha* pg. 4 8. — Ex eis, quae sepulcrum Euthymii patriarchae inventum, tractant, multa, cum ad scientiam ac doctrinam careant momento, omittimus. Scriptor hic historiam Euthymii patr. revera bene cognitam habet. Omnia effata sua ex documentis ac fontibus historicis haurit ac probat (optime de patr. Euthymio tractat amplum opus historici russ. Syrku, Vremja ižin' patr. Evthimija 1899). Dolendum vero est hanc commentationem nimis »polemice« scriptam esse.

I. Makarij, *Quomodo litterae theologicae russicae de veterocatholicis iudicent* nr. 4—6. (Hac de quaestione Sl. l. th. saepe iam rettulerunt).

G. R.

CROATICA.

„List dubrovačke biskupije“

Tempore dioecesanae synodi diebus 22. 23. 24. octobris anni 1900. ab episcopo Iosepho dr. Marcelli Ragusii habitae, unanimi voto praesentes ab Episcopo petierunt, ut ex usu cleri maxime illius dioecesis quam primum, si fieri posset, initium fieret periodicae publicationis rerum, quae ad negotia ecclesiastica et pro opportunitate etiam earum, quae ad doctrinam spectant. Eiusmodi publicatio menstrua sub nomine »List dubrovačke biskupije« revera coepta est ineunte anno 1901, cuius cura P. U. dr. Talija mandata est.

Praeter bibliographicas, historicas notas, censuras librorum, aliaque clero in cura animarum versanti utilia, quattuor annis haec commentationes editae sunt:

1. P. U. dr. Talija, *Kršćanska demokracija i Lev XIII. Democratio christiana et Leo XIII. Elucubratio haec commentarium in encycl. Leonis XIII. »De re oeconomicâ« est. Fundamenta, quibus democratiae socialis doctrina innititur, examini subiciuntur ac refelluntur.*

2. V. Medini, *O španjolskoj inkviziciji. De inquisitione in Hispania. Iniuriā Romanae Sedi abusus inquisitionis in Hispania*

identidem criminis dari auctoritate potissimum nonnullorum historicorum protestantium, qui, minus partium studiosi, id et agnoscere et fateri sunt compulsi, ostenditur.

3. P. K. Tadin, *Pozitivizam i rationalizam*. De positivismo et rationalismo commentatio nondum ad finem perducta. Fugaci percurrit cursu rationalismum et positivismum recentioris temporis. Ardua problemata, quae viro serio solvenda occurunt, positivismum et rationalismum nec solvere nec solvere posse demonstrat, quin immo animum anxietatibus replere, qui in cognitione purae veritatis quiescere tantum potest.

4. P. U. Talija, *O Amerikanismu*. De Americanismo. Summatim hic exponit doctrinam nomine Americanismi appellatam, quae in America a P. I. Hecker profecta est. Fatetur, P. Hecker optimum fortasse propositum habuisse, ut veram religionem aversantes ad sinum Ecclesiae revocaret, sed vehementer in via ineunda errasse, quippe quae ad neganda dogmata Ecclesiae recto ducat tramite. Praecipue hoc demonstrat formula, quam Fonsgrive pro convertendis ad ecclesiam proposuit, explicata: »Dans la discussion avec les dissidents, ne parlez donc pas de choses, qui ils ne peuvent vous accorder.«

5. P. U. dr. Talija, *Quid mihi et tibi mulier* (Ioan. 2, 4.) Allatis variis interpretationibus, quas a vero remotiores esse iudicat, verba τι ἐποι οὐαὶ σοι «esse hebraismum מִזְחָלֵי וּמִכְלֵי» dicit et reddenda esse verbis »quid vis, quid optas a me.« Hoc ex copiis pluribus locis V. T. demonstrat.

6. P. U. Talija, *Neke misli o reformi bogoslovnih studija*. Quaedam de studio theologiae amplificando et corrigendo.

Professores theologiae nimio preelectionum numero sunt onerati. Hoc impedit maxime, quominus in palaestra litteraria vires adlibere, ingenia exercere queant. Aut igitur professorum numerus in institutis theologicis augendus, aut »cursus« qui vocantur abolendi. Prior res propter rationes omnibus notas, non videtur eventura esse; quapropter posterior procuretur, id quod nullo modo studentium in studiis profectum praepediet.

Ad quaestioneum, utrum extensive an intesive reformanda sint studia theologica, rationibus pro utraque sententia allatis et expensis medium tenet viam: utraque ratione procedendum esse; quod fieri posse, modo ea in singulis disciplinis quae in praesens minus utilia videntur omittantur aut contrahantur. Studia philosophica maxime a sacerdotibus sunt colenda, ideo in unoquoque theologico seminario specialis cathedra philosophiae, seiuncta omnino a theologia fundamentali et speciali sit oportet. Inter alias res ad studia alenda et adiuvanda ingeniumque iuvenum exercendum aptas commendat »seminaria« quae dicuntur et imprimis disceptationes theologicas. Linguam latinam immerito e studiis theologicis submoveri queritur; quippe cognitio progressum, quos variae nationes in litteris theologicis faciunt difficilior redditur. Lingua latina iam diu mortua nullius nationis linguam vivam in discrimen amplius vocare potest.

7. P. U. Talija, »Senior Electae et natis eius.« Hic »Electam« Ioannis II ep. 1, 1 non esse nomen personae, sed ecclesiae ex contextu probare conatur. Quaenam fuerit, certo constare negat.

8. P. U. Talija, »Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum.« Discrepantiam inter Matthaeum, qui c. 27, 34 dicit »vinum cum felle mixtum«, et Marcum, qui c. 15, 23 vocat »vinum myrratum« componere vult. Interpretem Matthei, qui in textu transferendo legit **הַאֲמָר** erravisse dicit et interpretatum esse ἔξος μετὰ χαλῆς quod legendum erat cum jod, **מַר** **דָּלְיָא** et reddendum verbis »vinum myrratum« quae leguntur apud Marcum.

9. P. U. Talija, *O religioznim i socjalnim idejama Leona Tolstoji*. De sententiis religiosis et socialibus Leonis Tolstoij.

Doctrinam L. T. ex operibus philosophicis (imprimis »Vera vita«) collectam et ad rationem summatim revocatam quattuor thesibus exponit et refutat. Th. 1^a. Problema, quod sibi Tolstoj solvendum proposuit, iam pridem religio christiana solvit. 2^a. Falsum est, quod Tolstoj asseverat, fore ut religio christiana doctrinae progressui cedat. 3. Doctrina a Tolstoj in opere »Vera vita« exposita est doctrina quodam modo pantheistica, quam humana conscientia, ad quam Tolstoj ipse saepe provocat, evertit funditus. 4. »Vera vita« L. Tolstoj ethices basim pessumdat, humanitatem illa partiali felicitate, quam in hoc mundo capere potest, privatam relinquit.

10. P. U. Talija, O Religiji razmatranja De religione meditationes. In meditationibus philosophicis et veterum et recentiorum philosophorum doctrina de origine religionis exponitur et examini subicitur.

11. P. U. Talija, Biblija i Babilonija Biblija et Babylon. Sunt notae criticae ad opus Delitzsch »Babel und Bibel«.

12. N. Jeričević. Svěcenik na propovijed vonici Sacerdos praeco verbi Dei. Quomodo sese gerere debeat sacerdos in verbi Dei praedicatione exponitur.

13. N. Gjivanović, Najnovije odredbe sv. oca Pija X. u pogledu crkvene glazbe. Novissima praecepta Pii X. de musica.

14. P. U. Talija, Religija Japana ca. Japonensium religio. Historiae vicissitudines religionis apud Japonicas gentes, nec non partes theoretica, practica, liturgica Sintoismi, religionis propriae illius nationis, exponuntur.

Nonnulla, quae ad historiam dioeceseos spectant, A. can. Lepopili, V. Taljeran, N. Gjivanović, quae ad ius civile et ecclesiasticum pertinent, M. can. Rajicević et M. can. Bodulić foras dederunt.

— a —

„Vrhbosna“ katoličkoj prosvjeti. Dirigente Dr. Ioanne Šarić. Sarajevo 1905. Nr. 11—15.

Jedinstvo Crkava — De ecclesiarum unione, sermo Arsenii II, abbatis Grottaferratensis, habitus in Vaticano coram Papa 28. Ianuarii 1904. Opus unionis difficillimum est, sed propterea non est deserendum et omnia sunt tentanda. Difficultas praincipia in eo consistit, quod in praxi non discernitur, quod suum habet ecclesia occidentalis proprium et id, quod est ecclesiae communis. Ecclesia communis est catholica secundum institutionem Ss. Salvatoris. Ecclesia communis non est latina neque graeca neque syriaca neque armenica, sed omnia omnibus est. Primitis temporibus in basilica Lateranensi sacerdotes latini in resurrectionis festivitate addebant etiam hymnum graecum. Sedem apostolicam cum latini, tum graeci papae obtinebant. In basilica Vaticana sublevant sedem s. Petri duo doctores ecclesiae latinae et duo ecclesiae gracciae. Cum papa sollemniter s. liturgiam peragit assistunt ei praeter latinos et sacerdotes graeci ex abbatia grottaferatensi; epistola atque evangelium graece decantantur. Necesse est id effici, ut Orientales confidere nobis incipient. Graeca abbatia supradicta proxime Romam condita est tempore dissolutionis utriusque et adhaesit Occidenti usque ad nostra tempora. Albani duce Skenderberg contra Turcas pugnantes, victi sunt et in Italiam inferiorem venerunt; adhuc 60.000 eorum ibi manserunt, quibus abbatia sacerdotes graeci ritus procurat. Pontifices magna diligentia hoc monasterium observabant.

Pape i Hrvati — Papae et Croati. Dr. Franc. Binički egregium opus secundum fontes primos conditum de historia ecclesiastica Croatorum sub Martino V., Eugenio IV., Nicolao V., Calixto III., Pio II., Sixto IV., Innocente VIII. et Alexandro VI. perficere pergit. (Nr. 11. 13). —

Fr. H. Žundálek.

Katolički List. Dirigente dr. Josepho Pazman. Zagrabiae 1905.
Nr. 24—35.

M. Stepinae pergit in commentatione sua »O drevnom dogadjaju nove misli exponere de possibilitate poenae unius peccati per saecula durantis (num. 24—27.) In num. 30—34. scriptor se defendit a »Narodne Novine«, »Narodna Obrana«, »Pokret« et »Obzor«.

Prof. Dr. H. pl. (de) Mihalovich: Obrazloženje članka »Nova vjeronaučna osnova za hrvatske srednje škole« Explicatio articuli »Nova divisio doctrinae religiosae pro mediis scholis croaticis«. Auctor hanc divisionem praefert: I. classis: Historia biblica Veteris Testamenti, II. cl.: Historia biblica Novi Testamenti, in utraque classe repetitio catechismi magni pro IV. classe ludi. III. cl.: Liturgica et catechismus. IV. cl.: Catechismus magnus pro scholis mediis. V. cl.: Dogmatica, VI. cl.: Theologia moralis, VII. Historia ecclesiastica, VIII. Apologetica; in V—VIII. classe repetitio catechismi pro scholis mediis. Nemo potest negare hanc viam educationis religiosae naturalem esse et multa secundum eius causam afferri posse.

Fr. H. Žundálek.

POLOGICA.

Ks. Władysław Szczepański T. J., Nowy Indeks książek zakazanych, oraz jego uzasadnienie, dzieje i nowe prawo. Rzecz o nowym Indeksie i komentarzu do konstytucji Leona XIII.: „Officiorum ac munerum“. Kraków 1903. 8-vo. str. XX. + 388. (**Novus Index librorum prohibitorum, eiusque demonstratio, historia, novaque lex.** Traetatus de novo Indice necnon commentarius in constitutionem Leonis XIII.: „Officiorum ac munerum“ Cracoviae 1903, in 8-vo, pg. XX. et 388).

Liber hic occasione bullae „Officiorum ac munerum“, editae a SSño Dñño Leone XIII. a. 1897 scriptus est. Auctor, notus iam ex articulis de „Indice“ scriptis in variis periodicis foliis pergrande opus aggressus est, quod et feliciter ad finem perduxit.

Totius operis scopus est omnes, tum venerabilem Clerum tum homines saeculares excultos, ad cognitionem novae legis, de Indice latae, adducere. — Totum opus in duas dispescitur partes, unam dogmatico-historicam, alteram iuridico-moralem. quarum prima alteri fundamentum praebet.

En synopsis totius operis: Lectio librorum malorum, ethnicorum quoque sententiis. iam lege naturae prohibetur; idem vetat animum a periculo, quod a lectione id genus librorum imminet, tuendi ac servandi officium. Lex naturae confirmatur lege divina. Huic legi adimplendae advigilat Ecclesia, custos omnis legis divinae et auctorizata eius interpres atque magistra. Deinde (cap. V.) auctor docet rationes adversariorum, quibus nituntur demonstrare, legem Indicis obesse culturae, evolutioni litteraturae etc., omnino fuitiles esse atque inanes. Denique subiungit auctor historiam atque evolutionem totius Indicis. Quae sequitur uberrima (fere 300 paginis contenta) explicatio iuridico-moralis constitutionis Leoninae. Et primum quidem in generales quaestiones, h. e. finem novae legis, discrimin a vetere lege, sanctionem eius, obligationem etc. inquirit auctor, deinde ipsius constitutionis verba (singulas bullae paragraphos) affert, atque diligentissime discutit. In unoquoque puncto advertit,

quid novi afferat constitutio Leonina, demonstrat in quantum mitior sit haec constitutio, inquirit rem tum iuridice tum moraliter, denique attingit omnes quaestiones affines, etiam ad casuisticam potius spectantes.

Sub finem operis, quod maximi emolumenti illud reddit, addidit auctor tria supplementa. In primo concinne enumerat, quales libri, qualia folia periodica aut folia volantia, a quibus et sub quibus poenis legi prohibeantur. In secundo: qui libri aut quae folia periodica approbatione Romani Pontificis, quaeque Episcopi tantum approbatione indigeant. In tertio enumerat alphabetico ordine omnes libros, qui hucusque nominatim a Romano Pontifice prohibiti sunt.

Subiunguntur duo indices: nominum omnium auctorum et personarum, quarum in decursu libri mentio fit, atque totius materiae, quae in libro tractatur.

Accedit, quod nec technicas artes typographicas auctor neglexit, ut faciliore modo liber consuli posset, non solum variorum typorum usu, sed insuper distincta numeratione in margine posita: diligentissimo quoque cum studio collegit litteraturam de Indice atque in adnotationibus quam accuratissime plurimos citavit auctores.

Ex his patet compositionem operis talem esse, ut non solum serio studio inserviat, sed etiam quavis data occasione, in quoconque dubio consuli possit; itaque unicuique, saltem sacerdoti, ad manum esse debeat:

C. Konopka.

Ex periodicis, quae anno 1905 edebantur.

Kwartalnik theologiczny editur Varsoviae sub directione R. D. Antonii Szaniawski quater in anno fasciculis circiter 200 pag. continentibus, cum appendice bibliographiae et criticae litterarum theologiarum destinato; pretium subscriptionis 6 rub. Anno 1902 fundata publicatio haec ultimis temporibus multo serius, quam oportebat, edebatur idque bis tantum per annum libellis duplicatis. Recentissimus, qui editus est, libellus primum anni elapsi spatium semestre spectat. Articuli in ipso contenti sunt:

Biskupi suffragani włościawscy (Episcopi suffraganei vladislaviensens) auctore St. Chodźskiego, p. 1—16. Auctor tractat de episcopis, qui auxiliares vocantur, quorum originem a chorepiscopis deducit. De auxiliaribus episcopis in Polonia primae mentiones habentur demum ex saeculo XIV. Ad dignitatem hanc initio regulares ut plurimum eligebantur; a saeculo XVI. assumi coepit sunt „suffraganei“ ex clero saeculari. In dioecesi vladislaviensi seu cuiaviensi suffraganeos eligebat ipse ordinarius loci. Anno 1500 ab episcopo statutum est, ut dignitas suffraganei in perpetuum annexetur dignitati abbatiali in monasterio cisterciensium in Koronowo, quae tamen ordinatio consensum S. Sedis non obtinuit et unus tantum abbas in episcopum suffraganeum praemonstratus est. 17 suffraganei vladislavienses titulum episcopi margaritensis i. p. i. portabant. Deinde describuntur fundationes et proventus beneficii dignitati huic adiuncti. (Rel. sequ.)

Ks. Wł. Dębicki: O celowosci w przyrodzie, p. 17—32, refert opiniones physiologi Caroli Richet de finalitate in natura rerum.

Ks. dr. Fr. Gabryl affert duas philosophicas dissertationes *Analiza aktu przypominania sobie* (*Analysis actus reminiscientiae*) p. 33—56, et *Realizm i Nominalizm w dziejach filozofii* (*Realismus et Nominalismus in historia philosophiae*) p. 57—76. Initium huius ultimae dissertationis habetur in *Kwartalnik a.* 1903—1904.

Listy znakomitych mężów wieku XVI. (*Epistolae illustrium virorum s. XVI.*) p. 77—99, multa afferunt, quae historiam ecclesiasticam in Polonia illustrant.

Ks. S. B. Jednostajność w naszym nabożeństwie publiczne studyum liturgiczno-pasterskie (*Uniformitas in publicis functionibus liturgicis, studium liturgico-practicum*) p. 100—110.

Sequuntur aliquot verba p. 111—116 *O translatae ciensięzy* (*de translatione sacerdotum*) cuiusdam X. A., qui praxim nimis cerebrae translationis improbat. *Quaestio haec magni est momenti in regno Poloniae*, ubi fere omnes parochi sunt ad nutum episcopi amovibiles.

Ks. M. Godlewski *Siestrzeńciewicz i śmieńcierę ojca Grubera*, p. 117—121, affert nonnulla de morte p. Gruber praepositi generalis S. I. in Alba Russia et quomodo metropolita Siestrzeńciewicz, inimicus Societatis, in negotio electionis novi generalis se gesserit.

Ks. A. Szaniawski. *Księga praw najstarsza w świecie Kodeks Hammurabiego* (*Liber legum antiquissimus: Codex regis Hammurabi*) p. 122—132, exhibet initium textus in lingua originali (latinis characteribus) et in versione polonica. Praefatio A. Szaniawski videri potest in *Kwartalnik a.* 1903—1904.

Ks. Julian Gołąb: *O tłumaczeniu Nowego Testamentu przez Ks. Jakuba Wujka* (*De versione Vujeckijana Novi Testamenti*) p. 133—140; continuatur *comparatio critica editionum polonicae versionis N. T. ex a. 1593, 1594, 1599, 1632.*

Ks. L. Jarosiński *O godności stanu kapłańskiego*, p. 141—167, continuat asceticam dissertationem de dignitate et officiis status sacerdotalis.

P. 168—185 continuatur polonica versio operum S. Ioannis a Cruce, per A. Szaniawski facta.

Ks. L. Janezak: *Z dziejów klasztoru księży Trinitarzy w Orszy*, p. 186—204, exhibet documenta, quae pertinent ad historiam monasterii *Orszensis in Lithuania*.

Ks. A. Szaniawski: *Najnowsze odkrycia w teorii budowy psalmów* (*Recentissimae observationes de theoria constructionis psalmorum*) p. 205—248. Opus hoc, incepit in *Kwartalnik iam a. 1903*, theoriae Zenneri innititur, eamque ulterius elaborat, difficultates quoque nonnullas solvit, quas dr. Zenner quomodo solveret non habebat. Illoc fasciculo exhibetur critica analysis psalmorum 65 et 66.

P. 249—256 (igitur per 8 paginas!) datur initium *Dictionarii bibliici: Słownik biblijny* wedle najnowszych wzorów francuskich, angielskich i niemieckich, ułożyd Ks. A. Szaniawski. Complectitur sex vocabula! Si quovis anno accipiemus 12 vocabula, numquid aliquis nostrum, ipso Componente minime excepto, finem huius *Vocabularii* se

visurum sperare potest? Miranda sane res! — Fasciculus clauditur bibliographicis notitiis tum de externis tum de polonicis libris ephemeridi- busque theologicis. Valde dolendum, quod unica haec periodica publicatio „theologica“ in regno Poloniae ipsam theologiam vix aut ne vix quidem attingit.

Wiadomości Pasterskie singulis mensibus eduntur Petricoviae redigente R. P. Mariano Fulman. Pretium 4 rub. Annus 1905, qui erat huius publicationis primus, attulit tomum 812 pag. constantem. *Wiadomości* scopum exclusive practicum persequuntur: articuli pertinent ad casuisticam, liturgicam, catecheses. rem aestheticam, quaestiones sociales. Notandi sunt tamen aliquot articuli, qui ad studia scripturistica pertinent, licet non sint nisi compendiaria quaedam expositio nonnullarum propositionum, quae in tractatu dogmatico de Scriptura Sacra tractari solent.

Abel Nahbi (pseud.) *W sprawie orzeczenia Soboru Trydenckiego o natchnieniu ksiąg* św., p. 76—89. (Quaestio definitionis Concilii Trid. de inspiratione ss. librorum). Exponitur communis notio inspirationis, refutantur aliae notiones, declaratur, quid nomine „partium“ intelligi debeat, reicitur inspiratio verbalis.

Ks. A. Syski (videtur idem esse ac supra) *W sprawie sprawdzianu natchnienia dla ksiąg Nowego Testamentu* (Quaestio criterii inspirationis librorum N. T.), p. 490—501: resuscitatur theoria, secundum quam criterium inspirationis librorum N. T. est apostolica origo eorundem librorum (Cf. P. Joüon in Etudes 1904). Difficultatem ex Marco et Luca sic auctor solvit p. 500 „S. Marcus et Lucas personaliter quidem inspirati erant. nihilominus eorum inspiratio subjective erat condicionata et dependens. Ipsi facti sunt participes inspirationis relativae, i. e. huiusmodi et eatenus, quatenus tradunt vel, ut exactius dicamus, reproducunt doctrinam apostolorum, et quatenus apostoli certos nos reddunt de „authentia“ illius immediatae relationis. Apostolorum inspiratio cum eorum charactere apostolico coniuncta est, inspiratio autem Marci et Lucae profluit ex eorum apostolicitate relativa, mediata, mutuata“.

Idem. *Powaga biblii w rzeczach historycznych* (Auctoritas Scripturae S. in rebus historicis) p. 758—763, ubi theoria p. Lagrange habetur infesta doctrinae de inspiratione.

Magnam attentionem meretur commentatio M. Fulman: Kapłan, książka pióro (Sacerdos, liber, calamus) p. 357—383, in quo R. auctor inquirit in causas penuriae laborum in campo theologicō in Polonia. Describitur tristis admodum status educationis catholici cleri subdicione rossiaca. Seminaria diocesana, ob indifferentiam ex parte saecularium et depressionem ex parte gubernii¹⁾, necessariis carent adiumentis.

¹⁾ Ad sustentationem omnium clericorum, professorum, bibliothecae etc. gubernium assignat quotannis 3000—4000 rub. pro uno seminario, unde evenit, ut professores v. c. accipiant annum salarium 100—250 rub. et in bibliotecas nulli novi emantur libri. Omnia bona ecclesiastica fisco sunt adiecta. Notare f.

Prae penuria gymnasiorum ad seminaria admittuntur alumni, qui vix 4 classes gymnasiales finiverunt. Per se patet coram anditoribus tam parum praeparatis nec philosophiam nec theologiam scientificę tractari posse. Insuper tum in seminariis tum in academia petropolitana methodi valde exoletae hueusque vigent, neque facile mutari possunt, cum omnis communicatio cum docto Occidente professoribus hucusque esset interdicta²⁾. Exiguus numerus sacerdotum, qui insuper supra vires labore pastorali gravantur, et absentia omnis associationis, quae litteras theologicas promoveat, impossibilem reddunt progressum in litteratura theologica. Auctor multa media proponit ad seminaria reformanda educationemque cleri elevandam. Si quis occidentalis homo statum ecclesiae catholicae, imprimis scholarum ecclesiasticarum in Polonia russica, cognoscere cupiat, *commentationem R. D. Fulman legere velit.* —

Kronika Dyecezyi Przemyskiej, quae ab a. 1901 singulis mensibus editur, practer res ex officio publicatas, ut decreta S. Sedis, ordinationes episcopales et casus pastoralis praxis, in parte litteris destinata ab initio coepit publicare historiam dioeceseos premisiensis ritus latini: *Dzieje Dyecezyi Przemyskiej ob. Łac.*, perciurendo chronologicę singulos episcopos, qui hanc ecclesiam regebant. Anno proxime elapso descripta est historia, quae intervallum a. 1737—1786 spectat. Auctor chronicorum multis fontibus archivisticis, nondum editis, usus est. — Alia publicatio, quam commemorare liceat, est *De visitationibus pastoralibus Ordinarii loci eiusque episcopi auxiliaris*, ex qua status modernus ecclesiasticae vitae in illa dioecesi aliquatenus cognosci potest. — Inter dioeceses omnium Poloniae partium sola premisiensis est, quae proprias ephemerides dioecesanas habet. — *J. Urban.*

Przegląd Kościelny editur Posnaniae ab a. 1902 singulis mensibus. Red. X. Stanisław Okoniewski; pretium subscriptionis 12 marcarum. Fasciculi 7—12³⁾ tomum VIII. efformant. In hoc tomo Ks. Arkadyusz Lisiecki ulterius communicat catalogum manuscriptorum, quae in bibliotheca seminarii dioecesani posnaniensis inveniuntur, p. 47. 117. — Ks. Czesław Meissner: *Patronat kościelny w świetle powszechnego pruskiego prawa krajowego* (De iure patronatus iuxta ius civile borussicum) reliquum, p. 38, 113, 209, 392, 474. — Ks. dr. Stanisław Trzećiaik: *Christus Pan a wstęp zeznani muludzie* (Christus Dominus atque homines, qui eadem aetate fuerunt). Censura huius opusculi dabitur infra. — Insuper cooptae sunt publicari duae doctae dissertationes non parvi momenti, nimirum: *Spor o pochodzeniu gatunków* (Controversia de ortu specierum) auctore dr. Casimiro Wais (p. 341, 446) et *Kwestya unii Kościoła wschodniego z zachodnim na soborze konstanckim* (De Unione eccl-

²⁾ Sacerdotibus, qui extra fines Russiae cursum theologicum absolverant, non licebat cathedras in seminariis dioecesaniis obtinere. Nota ref.

³⁾ Cfr. nostrum periodicum 1905. 20. 58. 110.

siarum in Synodo Constantiensi) auctore Henrico Likowski (p. 510),
quarum postquam finitae erunt rationem dabimus. β.

Przegląd Powszechny, Cracoviae; red. J. Pawelski S. I. Annus 1905 fasciculi 8—12⁴⁾. — W. Gostomski: *Ostatnia myśl Włodzimierza Sołowieja* (Ultima idea Vladimiri Solov'evi) refert de eschatologicis opinionibus Solov'evii in eius libro: *Tri razgovora expositis*. — Ks. K. Czaykowski T. J.: *Nowy komentarz do charakterystyki Hołowińskiego*, refert de quodam diario manuscripto, quod multa continet, quae iuvant ad melius intellegendam activitatem archiepiscopi mohyleviensis Hołowiński († 1855 a.) eiusque habitudinem ad gubernium russicum. — Ks. J. Urban T. J.: *Znajnowsze góruchu w koniekościola rosyjskiego* (fasc. 9 et 12) refert de iis, quae recentiore tempore in vita ecclesiae russicae observantur. — Lucyan Rydel: *Czy nie święta?* (Nonne sancta?) Adhortatur nationem polonam, ut causam canonizationis Hedvigis, reginae Poloniae, uxoris Vladislai Jagiełło promovendam curet.

Idem, annus 1906 (editionis XXIII.), fasciculi 1—3, qui tomum 89. efformant. — Ks. arcybiskup Teodorowicz: *Zaudyencyjna Piusa X. w sprawie jego listu do Polski* (Ex colloquio cum Pio papa X. in negotio eius litterarum encyclicarum ad Polonus) et J. Pawelski T. J.: *Program papieski dla Polski zakordonowej* (Programma papale pro Polonia russica), tractant de nuperrimis litteris encyclicis Pii papae X. ad Polonus, genuinam mentem Sanctissimi Domini, a nonnullis perverse intellectam, declarant, programma activitatis religiosae et socialis in ea Poloniae parte, quae Russiae est adnexa, adlineant. — J. Urban T. J.: *Mikołaj Nieplujew i jego bractwa pracy* (Nikolaus Nepluev eiusque fraternitates laboris). Refert de organizata per nobilem Nepluev in Parva Russia communitate christiana, quae ex mente institutoris primitivam ecclesiam hierosolymitanam cum eius communismo sociali repraesentare debet, initiumque ponere reformationi religioso-sociali totius ecclesiae et societatis russicae. Iudicat confraternitates a Nepluev introductas, quamvis vere christiano spiritu regantur et quoddam genus vitae religiosae exhibeant, illam tamen practicam utilitatem, quam institutor pollicetur, reformationi sociali afferre non posse, utpote quae ius privatae proprietatis iusto plus restringant et fere de medio tollant. — Ks. dr. Wł. Bandurski: *Zbudźmy Jadwigę* (Excitemus Hedvigem). Similiter ac Rydel negotium canonizationis Hedvigis reginae promovere cupit. —

Redactio huius periodici publicam inquisitionem (enquête) instituit de gravissimis operibus, quae catholicis in Polonia perficienda sunt. Hucusque apparuerunt 49 responsa. Suo tempore dabimus appretiationem totius inquisitionis. — β.

⁴⁾ De prioribus vide nostr. period. 1905, 19. 58. 111.

RUSSICA.

I. Krestnikov, Христіанскій апологетъ Иоаннъ, Атенскій філософъ Аристидъ и его новооткрытыя сочиненія. Казань 1904. (De christiano apologeta, Atheniensi philosopho, Aristide eiusque operibus recens inventis. Kazan' 1904). Ultimis praecedentis saeculi decenniis inter alia pretiosa documenta etiam Aristidis opera miro modo inventa sunt. Antea de Aristide praeter Eusebii et Hieronymi testimonia nihil omnino scivimus. Mechitaristae demum in bibliotheca monasterii s. Lazari Venetiis in codice ad a. 981. pertinenti armenicam apologiae versionem reppererunt; a. 1889. Bendel Harris syriacae versionis eiusdem apologiae inventione doctos percult, Robinson vero a. 1891. nos iam dudum hanc apologiam in Vita Barlaam et Joasaph possidere ostendit.

At sua sponte quaestio oritur, num et quanam in recensione textum originalem habeamus. Prima quaestio nullam continet difficultatem, omnes enim recentiores eam, quam possidemus, apologiam, genuinum esse Aristidis Ath. foetum unanimiter consentiunt, difficilior vero altera quaestio videtur esse: alii enim aliter de ea loquuntur.

Krestnikov hasce opiniones in unum collectas proponens, quae sit vera vel saltem probabilius, inquirit, multisque in locis his testimoniis suum adicit calculum. Dupliciter autem dispescit totum suum opus: prima parte de apologia, secunda autem de homilia et fragmento Aristidi adscriptis diiudicat. In prima appendice proponit textum graecum, dein versionem russicam syriacae et armenicæ recensionis, nec non russicam versionem homiliae et fragmenti; in secunda appendice de auctore ,vitae Barlaam et Joasaph' disserit.

Apologiam esse genuinum Aristidis opus tum tres recensiones ab invicem independentes diversis in locis diversaque lingua compositæ tum motivorum, quae aliud intenderent, absentia, clare demonstrant; nec auctores hac de re dissentunt (p. 18.). Sed quanam in recensione originalis textus invenitur? Robinson textum „vitae Barlaam et Joasaph' insertum genuinum esse declarat, Harnack (Theol. Literaturzeitung. 1891) A(rmenicam) versionem parum fidum testem, S(yriacam) meliorem, G(raecam) satis fidum esse pronuntiat (p. 24. sqq.). Quae vero Raabe scripsit, nihil aliud nisi Harnack et Robinson confirmatio est. Haec tamen sententia, Zahn et Seeberg praeceuntibus (cf. Forschungen zur Geschichte d. Kanons V. p. 159—437), a multis derelicta est et quidem merito. Zahn et Seeberg autem syriacae versioni textum originalem adscripserunt (p. 28. sqq.). Medium viam elegit E. Hennecke (Z. f. wissenschaftl. Theol. Jahrg. 36, II.); secundum ipsum G fere ubique textum originalem retinuit, verum S quoad totius dispositionem (Anordnung des Ganzen) textu G melior est.

Krestnikov novam invenit viam. Verum criterium existimat posse esse solam versionem armenicam utpote tertiam: nam licet interna cuiusque versionis argumenta multum ponderis habeant, nimis tamen a subiectiva legentis persuasione dependent praesertim, si G et S, ut

harum fautores ipsi fatentur, variis in locis textum originalem minime intactum nobis conservarunt (p. 33. sqq.).

Sequenti autem ratione procedit: Ostensa trium harum versionum plena a se independentia A, S, G inter se comparat et cum in primis 2 capitibus A et S inter se conveniant, G multum differat, censem textum originalem haberi in A et S; et cum textus A solum duo capita ad nos pervenerint cumque ex altera parte mutationes in G huius insertione narrationi „vitae B. et Jo.“ limitatae esse videantur, ideo ubi indoles narrationis mutationem exigit, S textui G anteponendus est.

Imprimis autem advertendum videtur: textum A pertinere ad saec. V.: S vero non esse posterius quam 2. dimidio saec. VI. compositum; immo cum S codici tractatus didactico-practicos continent insertus sit, impossibile esse censem auctor, ut compilator huius codicis ipse e Graeca lingua transtulerit, non versionem iam existentem suo codici inseruerit; hanc auctoris opinionem mala nominum Graecorum proprietum versio comprobat: ideo Krestnikov iam prius versionem illam adornatam esse et compilatorem ea usum esse concludit (p. 40. sq.). Dein de relatione A, G, S ad invicem auctor tractat. A et S esse a G independentes sequentia ostendunt: 1. A et S de attributis divinis in c. I. loquuntur, G breviter rem persolvit; 2. In A et S humanum genus quadrupliciter dividitur, in G tripliciter (c. II.); 3. idem genealogia docet; 4. G miram de singularum creaturarum destinatione sententiam in A et S contentam prorsus omittit. A esse a S independentem inter alia his demonstrat: α) A habet „εν πνεύματι ἀγίῳ“ — S omisit: β) A habet γενεαλογοῦνται, S „religionem suam ducunt“ vertit (p. 44. sqq.).

G non solum textum originalem abbreviavit, sed et apologiae constructionem mutavit (p. 48.). Cur autem hoc factum sit, auctor e narrationis, cui apologia nostra inserta est, indole, derivat. Conscriptor enim narrationis non magno talento nec phantasia pollens, e variis documentis suum opus compilavit. Inter alia, cum christianismi praepaganismo eminentiam ostendere vellet, apologia Aristidis usus est eamque ad totum narrationis characterem adaptavit. Revera autem tali modo narrationis auctorem processisse, Krestnikov, singula percurrente, illustrat.

Iam primo capite G attributa Dei negativa cum eorum philosophica probatione, cum Nachor, qui hanc apologiam coram Indianorum rege recitabat, philosophiae graecae prorsus ignarus esset, simpliciter omisit. Sed maximam differentiam, quae inter A, S et G existit, humani generis partitio constituit. G totum hominum genus in gentes, iudeeos, christianos, dividit; e contra A, S in barbaros, graecos, iudeeos et christianos. Harnack et Hennecke primam (i. e. trifariam) genuinam esse contendentes triplicem maxime rationem urgent: α) hanc fuisse opinionem scriptorum saec. IIⁱ; β) divisionem hanc aliis esse clariorem; γ) quodnam sit fundamentum alias divisionis, utrum religio an natio, non constare (p. 57. sqq.). Krestnikov — in genere hac in re Seeburg sequens — quadruplicem partitionem defendens, hasce pro sua opinione rationes adducit: α) „vitae Barlaam et Joasaph“ auctorem,

cum Graeco-Romani iudeos et christianos barbaris adnumerarent, quadruplicis divisionis fundamentum ignorare; β) posteriore in capite mentionem de Aegyptiis, de quibus antea nihil dictum est, invenisse; γ) auctorum aliam divisionem apud coaeuos videntem, vocein .barbari, quae temporis, in quo scribebat narrationem, circumstantiis minime conveniebat, omississe et sic, ut triplicem partitionem admitteret, coactum esse. Consequenter ad hanc partitionem genealogiam iudeorum et christianorum in aliud locum, ubi de his sermo est, remittit — graecorum autem genealogiam, quae nihil aliud erat nisi deorum enumeratio, de qua apologia infra loquitur et aegyptiorum, quorum genealogiam nesciebat, omittit. Bene Krestnikov. cur Aristides aliam quam sui temporis scriptores, partitionem admittat, explicat: christiani, inquit, sui a barbaris discriminis concii, hoc discriminem gentilibus opponebant; id ipsum discriminem Aristides, cum humanum genus quadrupliciter dividit, prae oculis habet (p. 65 sqq.). E contra triplicis divisionis in quadruplicem mutationem vix ac ne vix quidem explicare valemus (p. 65. et 68.).

Nec magnam facessit difficultatem, quod S (c. XII.) de Aegyptiis, de quibus nullam prius mentionem fecit, loquitur: hoc enim Krestnikov omnino recte existimat ideo fecisse, ut in his ultimam errorum religiosorum periodum ostenderet (p. 74.). Quod philosophorum doctrinam de deorum cultu attinet, S textui G praferendus videtur. S enim magis rerum veritati accedit, quando Graecorum philosophos affirmat, dum naturae deorum unitatem non negantes polytheismi cultum defendere vellent, sibi ipsis contradixisse (p. 77.).

De primis autem duobus capitibus inquisitionem sic concludit: „S (sicut et A) съхранилъ общую схему произведенія въ первона-чальномъ видѣ и, за немногими исключеніями, нигдѣ не донускаль сокращенія противъ подлинника; между тѣмъ G не только со-кратилъ содержаніе, но и измѣнилъ общую схему его“ (p. 78.).

Quoad sequentia capita, ubi A non habetur, Krestnikov S et G ad invicem comparat. G c. XIV., quod de Iudeis disserit, — stylus verbaque hoc in capite narrationi ,vitae B. et J.‘ valde similia sunt, — mutavit; S vero Iudeorum cultum reprimendo eos potius angelis quam Deo serviisse dicit (p. 81. sqq.).

In c. XV.—XVII., ubi de christianorum vita sermo est, S adeo vividis coloribus eam describit, ut in ea vitam christianorum saeculi II^o. depictam videamus: — G autem sui temporis christianorum vitam. describit (p. 83. sqq.).

In c. III.—XIII. G — paucis exceptis — textum originalem retinuit. Sed speciale hic observari potest. In aliis capitibus G abbreviator est, hic quaedam adiecit nempe de obiectis cultus religiosi apud Chaldaeos. Sententiam autem miram: de creaturarum destinatione in S interpolatam esse Krestnikov censem et quidem in ipso textu originali a lectore quodam (p. 91.).

Breviter: Krestnikov defendit A, S, G esse ab invicem independentes; quoad priora II capita A esse criterium pro S et G. De singulis vero haec habet: ,vitae B. et J.‘ auctor licet, sua narrationi

apologiam inserens, eam abbreviaverit narrationique accommodaverit, tamen genuina verba expressionesque Aristidis conservavit et in christologia duabus vel tribus insertionibus contentus fuit (p. 96. sq.). S tamquam fide dignus testis haberi potest: in hac enim versione ne una quidem notio, quae Aristidis non sit propria, habetur; — in singulis tamen vocibus et expressionibus G textu syriaco fidelior est. Ideo ubi G et S consentiunt, G praebet nobis genuinum Aristidis **textum**, S vero fidelem, immo verbalem **versionem**. Ubi G et S differunt, ibi S primitivum continent sensum, G abbreviat, immo ad narrationis indolem, si opus est, accommodat (p. 100. sqq.).

Quod apologiae inscriptionem attinet, primam genuinam esse Krestnikov dicit, scilicet: „Αὐτοχράτοι Καίσαρι Αριστείδης φιλόσοφος Ἀθηναῖος“; — hanc enim Eusebius, Hieronymus, A, immo sub quodam respectu et S habent. Hieronymi et Eusebii testimonia fide digna esse duabus praesertim innixus rationibus demonstrat: α) Eusebius et Hieronymus apologiam apud multos exsistere testantur; β) Hieronymus per epitheta — quae apologiae de facto competere auctor ostendit — Aristidi addita ab Eusebio independentem sese prodit (p. 103 sqq.). Immo et apologiae argumentum circumstantiaeque in ea descriptae Hadriani potius quam Antonini temporibus convenient (p. 121. sqq.). Sed cum Hadriano Antoninus Pius successisset, christianus quidam — ipsum auctorem hoc fecisse probari non potest — Antonino Pio apologiam traditurus, secundam inscriptionem cum Antonini nomine composuit. Haec inscriptio in secunda redactione erat: *Αὐτοχράτοι Καίσαρι Τίτῳ (Αἴλιῳ) Ἀδριανῷ Ἀντονίῳ Σεβαστῷ Εὑμενεῖ* (Harnack et Seeberg εύσεβεῖ) *Μαρκιανὸς Ἀριστείδης φιλόσοφος Ἀθηναῖος* (pag. 125. sqq.).

Quod autem ipsam apologiam attinet, negari nequit „что она составлена очень искусно“ (p. 159). Aristides, apologiam edens, novam indicavit viam ad religionem christianam defendendam; in sua tamen de paganismo opinione ab aliis apologetis eo differt, quod fore, ut gentiles aliter de religione christiana sentiant, spem fovet.

Et licet apologia ex professo de dogmatibus non tractet, multos tamen fidci christiana articulos commemorat (cf. Bardenhewer, Patrologie², Freiburg, 1901. Quod ut ostendat, Krestnikov breviter doctrinam in apologia contentam colligit, symbolum, quod ex ea desumit, eo tempore probabiliter vigens adicit (p. 162. sq.).

Pro sacrae scripturae canone apologia non est magni valoris; sed cum ex una parte de evangelii apud christianos existentia (*τὸ παρ’ αὐτοῖς λεγόμενον εὐαγγέλιον* c. II., de Christi vita) deque, *γραφαῖ* christianorum loquatur, et cum ex altera parte multis locis ad textus sacros allusionem faciat, neque hac in re apologia spernenda est (pag. 164 sqq.).

Qui apologiam Aristidis et epistolam ad Diognetum inter se diligenter comparaverit, ei sua sponte oborietur quaestio, sintne haec duo opera unius et eiusdem auctoris. Krestnikov hanc rem attingens Kiln, licet eius argumenta firma esse neget, assentitur; id autem ob triplicem rationem admittit: a) sententia de gentilibus in oppositione

ad alios apologetas eadem fere est atque in apologia Aristidis; β) Aristides sicut et auctor epistolae, licet Indeos ob monotheismum laudet, eorum tamen cultum eundem atque angelorum cultum esse dicit: γ) In epistola ad Diognetum sicut et in apologia expressae s. scripturae citationes non habentur, tantum allusiones: ideo cum summa verisimilitudine (et apologia et) epistola ad Diognetum Aristidi attribuenda est (p. 169 sqq.).

In secunda parte de homilia et fragmento (ex epistola ad philosophos) tractat. Nondum — ait auctor — de hisce duobus operibus diligenter inquisitum est. Eos, qui homiliam Aristidis opus esse negant (Himpel, Harnack etc.), голословно, безъ всяких доказательствъ (sine ulla ratione) id facere dicit (p. 8. et 202.). Cum Zahn et Seeburg merito adnotat: improbabile esse, ut, si de opere suppositio ageretur, potius Aristidi, — qui aliis nequaquam illustrior erat nec ulli praecerat ecclesiae quam alicui alii adscriberetur. Immo internum argumentum, ex similitudine multiplici cum apologia ductum utriusque operis eundem auctorem esse suadet. Quam epistolam non esse scriptam posteriore tempore, i. e. IV. vel V. saeculo, cum nulla ad nestorianismum vel monophysitismum allusio habeatur, extra omne dubium ponitur. Ideo, si Aristidi eam adscriperimus, legitime procedemus (p. 203 sqq.).

Fragmenti autem authentia ab eo dependet, utrum armenicus „Liber testimoniorum“, ex quo fragmentum hoc secundum Pappe desumptum est, spurios textus contineat necne (p. 214 sq.).

In prima appendice apologiae duplarem russicam versionem ex A et S petitam addito insuper textu graeco (G) nec non homiliae et fragmenti nobis versionem praebet. In annotationibus, ubi recedit a textu, verbalem proponit versionem et differentiam textuum, si occurrit, adnotat. Si opus auctoris pervolvimus, confessim, quo emineat prae aliis, conspicimus. Imprimis aliorum studia conclusionesque breviter adnotat, et quidnam valeant, rationibus additis edicit et cuinam sententiae et quam ob rationem assentiendum esse videatur indicat.

Ab aliis autem differt in sententia de A, G, S ad invicem relatione nec non de apologiae inscriptione. Textus autem versionem quod attinet, animadversionibus ab aliis factis diligenter utebatur: in A transferendo praecipue versionem a Himpel (Theol. Quart. 1880. 109. sqq.) adornatam perlustrabat; relate ad G etiam russicos codices, qui — saltem partim — textui in Patr. Graec. t. 96. Migne similes sunt, respiciebat, Aristidis autem vitam ex apologiae doctrina aliisque in ea contentis indiciis breviter proponit (cf. p. 198 sq.).

M. Haluščynskij.

M. Popov, „Арсений Мацьевичъ, митрополитъ Ростовскій и Ярославскій“. (De Arsenio metropolita.) С.-Петербургъ. 1905. (VII.+264+XXX.) 2 руб.

Cum de bonorum ecclesiasticorum in Russia saecularizatione vel de „synodi“ canonica constitutione sermo occurrit, Arsenius Macěvič nequaquam praetermitti potest. Ideo, cur de ipso plurimi — praesertim ab a. 1862. — inquirant, nullo negotio patet. Alii tamen aliter de ipso sentiunt quidam de eius persona quaestionem flocci faciunt: alii eum

temporis circumstantiis sese accommodare noluisse dicunt; alii denique — ad quos M. Popov pertinet — eum utpote eximum ac fortē episcopum, summis laudibus efferunt.

Arsenius, a. 1697. in Vladimir Volynskij natus, peractis in variis seminariis studiis, a. 1716. monachus factus est. Ipse natione Polonus fuit; in baptismo Alexandri nomen ei inditum est, — monachus factus Arsenius nominatus est. Ab a. 1718—26 in Academia Kioviensi studiis philosophicis et theologicis vacavit.

A. 1741. episcopus in Tobolsk designatus est. In iuramento suo consecrationis tempore emisso verba quaedam a regulamento Petri M. praescripta, cum praesidentis „s. synodi“ auctoritate protegeretur, deliberate mutavit (p. 8); quod ei post 22 annos a nominata consecratione crimini versum est. Cum in suam dioecesim intrasset, clerum, qui nec eruditione nec moribus a vulgo differebat, sicut ex una parte reformati conabantur, ita ex altera parte ecclesiasticum privilegium fori omnibus viribus defendebat. (9 sqq.).

At iam 10. febr. 1742. Petropolim proficiscitur, ubi brevi post metropolita in Rostov et membrum „s. synodi“ nominatur. Iuramentum tamen tamquam „s. synodi“ membrum, cum in eo haec verba: „confiteor porro et iureiurando assevero supremum huiusce collegii (scilicet „synodi“) iudicem esse ipsum totins Rossiae imperatorem“ continerentur, emittere recusavit. Cum autem haec verba in alia — nempe Christum esse supremum iudicem — sicut ipse volebat, mutata essent, ipse iuramentum nec secundum hanc emendatam formam emittere voluit. Ideo imperatrice hisce de rebus certiore facta, in Rostov proficiscitur (p. 14). Cum autem synodus, cur in suis sessionibus ut membrum non appareret, interrogasset, Arsenius se huius omissionis causas imperatrici exposuisse respondit. Lis quidem in eum illata est, sed cum imperatrix et „s. synodi“ praesidens pro ipso essent, eo finita est, quod nova iuramenti forma combusta est (p. 15 sq.).

Ep. Arsenius, sicut iuramentum ut membra synodalis requisitum ab ipso praestare neglexit, ita etiam ipsius synodi plenam independentiam, quantum in eius viribus erat, defendere studebat (p. 24).

Cum in Rostov advenisset, omnia reformati intendebat: ipse seminarium in Jaroslavl reorganizavit; contra eos, qui „raskolniki“ vocantur, primus, rituali differentia ut re secundaria et accidentalis praetermissa, de causa eorum separationis ab ecclesia orthodoxa tractavit eorumque opinionem Christi ecclesiam in terris disparuisse debellavit (p. 26). Eodem tempore reliquiarum s. Demetrii Rostoviensis inventio atque elevatio facta est; — de cuius sancti primis miraculis singularia quaedam narrantur (p. 46 sqq.).

Maxime tamen Arsenius contra bonorum ecclesiasticorum saecularizationem pugnabat; id quod eius remotionem accivit. Lieet iam saec. XIV. et XV. ecclesiam proprietatem possidere posse communiter idque explicite admissum sit, tamen tempore procedente, cum proceres populo imperare cuperent cumque populus ipse independentiam maiorem accipere desideraret, magis magisque hoc ecclesiae ius impugnari coepit. A. 1666 autem ecclesiae potestas possidendi quam maxime limitata

est: — ab hoc enim anno ecclesia nihil novi iam acquirere poterat; immo ipsa bonorum possessorum administratio variis modis circumscripta est (p. 66). Qua agendi ratione imprimis Petrus M. usus est, eius vero successores ipsius vestigia secuti sunt (p. 67). Qua de causa 18. Iulii a. 1726 „коллегія економії“ (collegium oeconomicum) constitutum atque a. 1738. senatui subiectum est (cf. p. 68. 70).

Arsenius, neminem timens, vetera documenta, quae ecclesiae possessionem probabant, quaerebat eamque ecclesiae vindicabat (57 sqq.). Collegio oeconomico praesertim se opposuit idque omnibus armis licitis oppugnabat, — verum, cum a nullo synodi membro iuvaretur, nihil ipse assequi potuit (p. 75). Id unum tantum effecit, ut imperatrix Elisabeth saecularizationis decretum subscribere recusaret („как хотят после моей смерти, а я не подпишу“ (p. 81).

Aliter tamen Petrus III. (p. 84) et eius uxor Catharina II. sentiebant. Constituta ab ipsa a. 1762 „духовна комісія“ (ecclesiastica commissio) cleri querelis satisfacere debuit. Optimates tamen et populus, fortiter sese hisce conatibus opponentes. saecularizationem, cui et ipsa Catharina favebat, obtinere conabantur (p. 94 et 100 sqq.). Ep. Arsenius, ut hoc impediret, omnia tentabat: in ritu ex a. 1763. in dominica orthodoxiae bonorum ecclesiasticorum raptore anathemati tradidit (p. 105). At quid ipse solus efficere potuit? Collegium ecclesiasticum, quod 4 laicis et 3 episcopis constabat, unanimiter saecularizationem decrevit (p. 117 sqq.).

Arsenius, ut ecclesiae proprietatem defenderet, duas epistolas sat graves et fortes, quae ruinae eius causa fuerunt — ad s. synodum mittere ausus est (cf. p. 125 sqq et 132 sq). Catharina imperatrix hac de re certior facta, ep. Arsenium non solum ut politicum transgressorem, sed etiam ut s. scripturae falsum interpretem iudicari iussit (129). Brevi post Arsenius a militibus captus in carcerem deductus est.

Synodus, imperatricis iram timens, ep. Arsenium ob epistolas ad synodum missas et ob ritum in dominica orthodoxiae mutatum removit et in monasterium 7. apr. a. 1763. includi iussit (p. 140 sqq.). Id accidit ei, qui ecclesiae iura strenue defenderat.

Tunc autem temporis, cum omnes episcopi — praeter ep. Ambrosium (Зертицъ-Каменскій), qui perterritus obmutuit — imperatricis consiliis assentirentur, Catharina II. 26 febr. 1764. omnia bona ecclesiastica saecularizavit (cf. p. 175 et 153). Quae bona simili modo tractavit, ac saecularizatores tractare solent (cf. p. 236.): homines vero, qui prius sat liberi fuerant, durae servituti tradidit (p. 178; крѣпостная зависимость).

Ob dicta quaedam, quae Catharinae II. scelera videbantur esse, iterum lis instituta est: Arsenius etiam a monachatu remotus a. 1763. in castellum in Revel, ubi durius quam antea tractabatur, conclusus est. (p. 200 sqq., 214 sqq.. 225). Catharina II., odio Arsenii ducta, ad crimina, quae Arsenio a synodo et civili iudicio obiciebantur, nova addidit, alia antem auxit, immo etiam aliud nomen ei indidit: Andreas Vral eumque ut vilissimum plebeium dure tractari iussit (p. 226 sq., 228 sq.). Arsenius hisce miseriis obrutus, tandem 28. feb. 1772. ex hac vita decessit (p. 253).

Ut hoc modo Arsenium tractaret, synodus timore adducta est (p. 264).

Qua ep. Arsenii historia ante oculos habita iam multa facta illius temporis novam lucem accipiunt. Licet enim Russi quam maxime clament, s' y n o d u m' regere ecclesiam rossiacam idque legitimum ecclesiae regimen esse, facta tamen aliud suadent. Quam auctoritatem imperator in rebus ecclesiasticis apud Russos habeat, hoc opus a Popov compositum, nos edocet (cf. 14 sqq., 77, 79, 86 sq., 120, 129, 144 sq., 168, 187 et passim). Etenim non solum in rebus politicis, quae ad eius forum pertinent, sed etiam in ecclesiasticis ipse, quidquid placet, agit: in synodum autem tales, qui regiminis desideriis liberales se praebent, diliguntur. Quae praxis etiam theoretice membrorum synodalium iuramento (imperatorem supremum iudicem essem synodi) comprobatur (cf. supra).

Quaedam denique de ipso cl. auctoris opere notanda sunt: imprimis, quinam internus Arsenii status et animi ingeniique indoles fuerit, quantum de homine iudicare licet — ex hoc opere non satis discimus. Deinde et prima et altera lis melius explicanda et evolvenda erat. Et quod maximum est, quae de synodi membris rebus in lite Arsenii gestis narrantur, nequaquam clare aut accurate perfecteque proposita sunt. Quibus tamen non obstantibus, et propter litteraturae copiam et propter ipsam compositionem, opus a Popov conscriptum, cum res narrata sane ad multos pertineat, etiam speciali attentione dignum videtur esse.

M. Haluščynskij.

N. Lipskij, Психологические основы умственного и религиозно-нравственного воспитания въ дошкольный периодъ. Нѣжинъ. 1905. (Psychologica fundamenta rationalis et religioso-moralis educationis aetate scholam praecedente.) Auctore N. Lipskij, sacerdote (orthod.). Nѣžin. 1905.

Finis huius libri est, explanare fundamenta bonae educationis. Quia vero, ut statim initio (p. 1.) auctor dicit, finis educationis est efficere in liberis ordinatam evolutionem tum physicarum virium, tum psychicarum facultatum, necesse est nosse has facultates et vires, legesque, quibus reguntur. Ideo fundamenta educationis in psychologia tamquam subsidiaria scientiae paedagogiae sunt quaerenda. Non vero in sola psychologia, si christiana educatio p' oculis habetur. Illius enim est non solum vires liberorum evolvere, sed evolvere eas ad certum finem, ad bonum, quale christiana religio intelligit.

Christianam religionem auctor semper p' oculis habens, rectam proponit in suo libro doctrinam de anima ut substantia spirituali, de mundo corporeo a nobis re distincto, de essentiali discrimine inter homines et bruta, de Deo, Ente absolute perfecto, infinito, a quo omnia pendent. Vitae psychicae, qualis in infantibus sese manifestat, copiosas adducit observationes. Pro educatione liberorum multas utilissimas proponit regulas semper ad religiosam eorum educationem respectum habens. Attamen in accuratiore philosophica explicatione vitae psychicae influxus modernae philosophiae appareat. Influxum hunc non esse rectum, ostendere volo ex comparatione cum sententiis philosophorum scholasticorum, quorum philosophicae explications magis consentaneae sunt veritatibus, quas auctor ceteroquin firmiter tenet. [Quia in hoc articulo brevitatis gratia solum viam, qua scholastica philosophia procedat et praecipuas huius viae rationes ostendere possum, commendando ad legendum: S. Thomae Aq. »Summa contra gentiles E scholasticis modernis: P. Ioan. Urráburu »Institutiones

philosophiae, quas Romae in pontif. universitate Greg. tradiderat — Logica, Ontologia, Cosmologia, Psychologia 2 Tomi., Theodicea (Valisoleti A. Cuesta), Dr. Kostantin Gutberlet: Der Mensch; Lehrbuch der Philosophie, Logik, Psychologie, Ethik, Allgemeine Metaphysik, Naturphilosophie, Theodicee (Münster, Theissing), Tilman Pesch: Die großen Welträthsels (Freiburg, Herder), Cathrein: Moralphilosophie (Freiburg, Herder), Dr. E. Kaderávek: Psychologie.]

Totum librum dividit auctor in quattuor partes, quibus praemittit aliquas notiones praevias. Recte annotat, radicale adesse discrimen (коренное различие) inter physicum et psychicum (p. 2, 3.). Argumentum vero ad hoc, (omne physicum est extensum, omne psychicum inextensum) non est strictum. Certum quidem est tum physica corpora, tum phaenomena mere physica, quorum sola corpora sunt subiectum, esse omnia extensa. Item certum est, animam et omnia ea phaenomena psychica, quorum sola anima est subiectum, inextensa esse (actus intellectus et voluntatis). Exstant vero etiam phaenomena psychica extensa, ea nempe, quorum et anima et corpus (scil. organum) substantialiter inter se unita sunt subiectum (actus sensuum, inter quos saltem actus tactus interni et externi clare extensi conscientia percipiuntur, plus vel minus clare actus gustus et olfactus). Auctor utique actus sensuum in sola anima ponit, ideoque inextensos esse censem, sed immerito, ut posterius ostendetur. Vera ratio essentialis discriminis inter physicum et psychicum ea est, quod actus psychici repraesentativi sunt (actus cognoscitivi) vel repraesentationes sequentes (actus appetitivi), phaenomena vero physica ne minimum quidem illius perfectionis »repraesentare aliquid« in se continent. Auctor hanc rationem ideo non adduxit, quia actus repraesentativos ut elementares actus animae non agnoscit.

Notioneim ipsius animae bene exprimit auctor, dum dicit, illam esse substantiam spiritualem (p. 4 духовная субстанция). (Notioneim substantiae non adhibet hic primariam i. e. ut ens per se stans, sed secundariam, i. e. ut subiectum permanens in oppositione ad ei inhaerentia accidentia mutabilia). Animam ut substantiam spiritualem recte demonstrat ex eius actibus et quidem: 1. Ex eis, quibus, manifestatur unitas nostrarum cognitionum — единство сознания (p. 5). Actus, quibus cognosco silvam, in qua deambulavi, homines, quibuscum in hac via locutus sum etc., multiplicies sunt et tamen totum unum efficiunt. Hoc tantum ratione unius substantiae, quae eorum est subiectum, fieri potest. 2. Ex actibus, quibus manifestatur unitas personae (p. 6 Cognosco, me sub aliquo respectu mutari, sub alio respectu semper immutatum manere: Ego, qui nunc tamquam vir profundis quaestionibus studeo, identicum me cognosco cum illo meo ego, quod habui, cum tamquam puer ludebam). Realis illa identitas mei »ego« omni tempore vitae meae non potest explicari, nisi meum »ego« sit realis substantia permanens re a suis actibus distincta, non vero mera series actuum (p. 6, 7 духовная субстанция есть нечто отдельное отъ нашихъ духовныхъ состояний).

Ex influxu, quem anima et corpus invicem exercent, intimam inter ea relationem ostendit Illam relationem esse unionem substantialem, latere eum videtur.

In prima libri parte agit auctor de actibus cognoscitivis et quidem primum sensuum, deinde intellectus, bene annotans, omnem cognitionem, immo omnem psychicam vitam animae incipere a sensibus. Hoc non vult intelligere sensu Lockii et Condillacii (acsı sensationes essent unica elementa, e quibus tota animae vita evolveretur), sed potius sensu Leibnitii, qui ad verba Lockii: »Nihil est in intellectu« — addidit; »nisi intellectus ipse« (p. 8). Sensu hoc auctorem in alterum incidisse extremum, quo intellectus potius faceret suum obiectum, quam cognosceret, videbimus, ubi de cognitione intellectuali erit sermo.

Cognitionis sensitivae adducit quinque species: visum, auditum, tactum, olfactum, gustum et distinguit in hac cognitione tria: 1. Actionem obiecti in organum corporis (actus physicus), 2., irritationem organi et cerebri (actus physiologicus) 3. id, quod in anima producitur (actus psychicus). Falso ab auctore assumitur, sensations esse in sola anima. Nam conscientia teste ipsos actus saltem aliquarum sensationum (tactus interni et externi clare, magis vel minus clare actus olfactus et gustus) extensos percipimus, quod impossibile esset, si eorum subiectum sola inextensa anima esset et non etiam extensem corpus (nempe suum cuiusque sensationis organum). Cum hac quaestione altera cohaeret, nempe, substantialis unio animae cum corpore (in unam substantiam completam). Unionem hanc exposcit etiam influxus corporis in animam. Non potest enim corpus extensem in inextensam animam influere nisi ratione unionis in unam substantiam.

Deinde censet auctor prima elementa vitae psychicae esse non repraesentativa (ощущенія = počitky), e quibus novo addito actu (localizatione) repraesentationes oriuntur, non agnoscens actus, qui essentia sua sint repraesentativi, quorum nempe essentialis perfectio sit, ut non solum realitatem aliquam habeant, sed ut eadem sua realitate obiectum a se distinctum (vel reale vel possibile) exprimant, repraesentent, cognoscant. Sie per localizationem sensionum explicat originem repraesentationum spati et etiam obiectorum sensibilium (отнесение ощущений къ тѣмъ или другимъ частямъ нашего тѣла, или къ точкамъ, находящимся въ насъ въ пространствѣ, называется локализацией ощущений . этотъ процессъ есть уже присоединенный пами къ ощущеніямъ, а не заключающійся въ нихъ съ самаго начала р. 25).

Repraesentatio est igitur secundum auctorem actus compositus ex sensione et localizatione sensionis et vocatur apperceptio (восприятиемъ называется локализированное ощущение соединенное съ сознаниемъ вызвавшей его причины или объекта, р. 38).

Haec theoria cognitionis humanae, quam tenet auctor sine sufficiente ratione asseritur, immo est impossibilis. Conscientia nostra enim illam nullo modo confirmat. Signa cognitionis infantium, quae pro ea afferuntur, non plus demonstrant, quam infantium cognitionem valde imperfectam esse. Illi enim initio non dignoscunt corpus proprium tamquam distinctum ab obiectis sibi externis, non cognoscunt tres dimensiones corporum, sed tantum duas, non cognoscunt accurate distantiam corporum ad invicem et a seipsis. Ex hoc tamen saltem non sequitur, infantes primis actibus cognoscitivis non habere repraesentationem spati iuxta duas saltem dimensiones et qualitatum sensibilium. Theoriam hanc impossibilem esse, appareat, si interrogamus, quomodo per actus, (sensionem et localizationem), qui neque entitative, neque repraesentative extensionem continent, repraesentatio extensionis oriri possit? Hoc idem est, acsi ex compluribus zero (0) numerus positivus oriri dicatur.

Scholasticorum philosophorum theoriā, iam ipsos elementares actus vitae psychicae esse repraesentativos conscientia confirmat. Nam actus saltem visus et tactus statim, cum fuerint eliciti physica necessitate ita clare exprimunt qualitates sensibiles extensas (colores, resistentiam), ut intellectus eadem physica necessitate moveatur ad iudicium formandum, qualitates has formaliter extensas (non solum causaliter) esse extra ipsos actus eas elicentes, item qualitates sensibiles (colores, resistentiam etc.) formaliter tales extra ipsos actus existere, quales sensationibus exprimuntur. Quod physica necessitate fit, id ab ipsa natura (essentia) fit. Ideo ipsa natura vel essentia cognoscitivorum actuum talis est, ut in sua realitate obiectum distinctum (vel reale vel possibile) intentionaliter contineant, i. e non solum realitatem aliquam habeant, sed simul illa sua realitate obiectum a se distinctum exprimant, repraesentent, cognoscant. Natura non fallit, ideo quamdiu

facultates cognoscitivae in sua naturali operatione non impediuntur (morbo vel quavis abnormitate), quamdiu etiam obiectum facultatibus cognoscitivis proportionate et per media ab ipsa natura data sese manifestat, obiectum formaliter tale est, quale cognoscitur i. e. inter obiecti qualitates (perfectiones) et eorum in anima rapraesentationes vera similitudo imaginis adest. Hoc est praeципuum fundamentum cognitionis humanae, quod philosophi scholastici Aristotelem secuti tenebant et tenent.

Ex hac ratione, concessa auctoris sententia, sensationem ne minimam quidem similitudinem habere cum actu physico et physiologico, ope quorum obiectum se animae manifestat (hos enim neque repraesentat, neque cognoscit), concedi non potest, eam non habere veram similitudinem cum suo obiecto, quod revera repraesentat.

Difficultates contra hanc sententiam affert auctor duas: 1º Si id, quod nostris sensationibus colorum, sonorum etc. extra nos respondet, non in motu considereret sed adesset inter sensationem et eius causam similitudo imaginis, non possent explicari multa phaenomena physica, ut e. g. interferentia lucis, soni etc. (p. 14. 15.). 2º Sensationes sibi similes essent imagines obiectorum sibi dissimilium (sensatio lucis oritur, quando oculus percutitur, vel nervus secatur, vel vi electrica irritatur).

Difficultas prima vim habet contra theoriam, quae vocatur, emanationis (lucis etc.), nullam vero vim habet contra sententiam neo-scholasticam asserentem, qualitates sensibiles simul cum motu, dependenter ab eo, proportionatecum eo in corporibus oriri, interire, crescere, decrescere. An fieri nequit, ut ab eadem causa (vi motrice), a qua motus localis in subiecto extenso producitur, simul et proportionate cum motu alia qualitas sensibilis producatur, augeatur, minuatur, e. g. lux in particulis carbonii, sonus in aëre?

Secunda difficultas probat quidem, medium externum, quo sensationes proxime excitantur, esse motum (quod in scholastica sententia non negatur), probat etiam sensationes oriri posse etiam tunc, quando physicum medium, quo ipsae excitantur (motus) aliunde procedit, quam ab ipsis qualitatibus sensibilibus. Quid inde sequitur? Hoc tantum ex eo recte sequitur, posse nonnumquam esse sensations, quae obiectivum valorem non habent vel quibus obiectum simile non respondet. Et revera saepe obiectum sensationibus simile non adest (e. g. in febri et al. c.), in multis casibus non est facile dignoscere, utrum medium, quo sensationes excitantur ab ipsis qualitatibus sensibilibus an ab alia causa procedat et consequenter non est facile dignoscere, utrum obiectum sensationibus simile revera adsit necne. Ex eo vero nullo modo sequitur, sensations numquam exprimere obiectum sibi vere simile quod tamquam ordinaria causa ope motus ipsas excitet. Ad hoc agnoscendum cogit nos ratio noëtica — facultates cognoscitivas, quamdiu in sua naturali perfectione non impediuntur et quamdiu ab obiectis sub ordinariis a natura datis conditionibus determinantur, veraces esse, obiectivum valorem cognoscitivum habere, id exprimere, quod revera extra eas tale (simile) est. Haec ratio maximi est momenti, nam tantum in illa obiectivus valor cognitionis non solum sensitivae, sed etiam intellectivae cognitionis firmiter stare potest.

De ulterioribus sensitivae cognitionis actibus complures rectas sententias adfert. Loquens de repraesentationum associatione, legem propinquitatis (loci et temporis) et similitudinis (vel contrarientatis) adducit. Memoriam definit facultatem conservandi in anima repraesentationes habitas easdemque (non numero easdem, sed similitudine) posterius reproducendi (p. 58.). Phantasiam definit animae activitatem, qua per varias mutationes et combinationes apprehensionum novas repraesentationes facit recteque animadvertisit, phantasiam non posse quidquam absolute novi addere. sed solum aliquid omittere et

repraesentationes prius habitas diverso modo componere. Quoad relationem horum actuum ad obiectum cognitum idem dicendum est, quod supra.

Cognitionem sensitivam a prima infantia magni esse momenti ad educationem praesertim religioso-moralem aliquot locis bene auctor annotat atque illa, quae ab iis, qui liberos educant fieri debent, exponit. Parentes ante oculos liberorum ea ponere debent, quae ad eorum bonam educationem conducere possunt. Cubiculum, in quo liberi habitant, est primum obiectum eorum observationis. Si in tali cubiculo sunt pulchrae imagines religiosae, praesertim Salvatoris liberis benedicentis, B. V. Mariae, si nonnumquam coram imagine lampas ardet, si vident liberi patrem matremque coram imagine genuflectentes, orantes, si attenti fiunt, hac imagine repraesentari Deum, qui hic invisibiliter est praesens, auditque eorum orationes — quam profundam impressionem relinquunt haec omnia in animis liberorum. Multo maiores accipiunt impressiones in anima, si ducuntur in ecclesiam, ubi vident multas imagines, lampades ardentes, homines orantes, ceremonias (p. 31.)

Haud minus momentum quam visus habet auditus, qui non solum externa cognoscit, sed percipiens verba aliorum hominum intellectuidat possibilitatem ad intima cordis eorum penetrare. Quanta igitur prudentia adhiberi debet in sermone, quem liberi audiunt. Loquens auctor de associatione repraesentationum, recte monet, ne fiant associationes fidei contrariae — superstitiones (e. g. transitus leporis in via coram homine — et signum proxime imminentis alicuius calamitatis etc.). Phantasiae praberi debent bona obiecta, vitari narrationes nimis fantasticae; praeponendae res historicae, praesertim facta e vita Christi Domini et sanctorum.

(Reliquum sequetur)

C. Jež.

Православная Богословская Енциклопедія. Tomus VI.
(Іаванъ — Іоаннъ маронитъ) r e d. dr. theol. prof. N. N. Glubokovskij
— editores successores professoris A. P. Lopuhin. Petropoli 1905¹⁾.

Quod primum annotandum esse videtur, id est : tomum nominatum sub noti atque clarissimi prof. dr. Glubokovskij redactione editum esse. Verum dolendum est eum tantum tempore ad finem vergente ultimam manum apponere potuisse, eamque ob rem — ut ipse initio annotat — si non omnia eiusdem dignitatis inveniantur, nequaquam ei imputandum est. Multa tamen etiam mediis in articulis, uncis inclusa, Glubokovskij addidit.

Si huius encyclopaediae paginae diligentius perlustrantur, multa capita ex operibus Haucki „Real-Encyclopaedie“ vel Herderi „Kirchenlexikon“ descripti videntur esse. Ut alia omittam — si hi articuli russicae encyclopaediae : Iacobitae col. 12 sqq.; Iacobus Nisib. col. 118 sqq.; Iacobus e Sarug, col. 122 sq.; Iacobus Tusculanus col. 156 sqq.; Iacobus de Benedictis, col. 161 sqq.; Iacobus Blarer, col. 166 sqq.; Iacobus Edessenus. col. 124 sqq.; Ianuarius col. 178 sq.; Iason, col. 179. sq.; Iesuati, col. 219 sq.; Iesuitae col. 220 sqq.; Iesuitica ethica col. 225 sqq.; Ierusalem col. 363, — si hi articuli cum eis, quae in protestantica encyclopaedia a Hauck edita habentur, comparantur : — n i m i a quaedam dependentia a protestantica encyclopaedia cernitur. Et quod maximum est, etiam ea, quae de rebus Orientalibus sunt, transscribuntur.

Id quoque advertendum est, eosdem errores et praeiudicia in non-nullis capitibus adversus ecclesiam catholicam in utraque encyclopaedia

¹⁾ Tomi I. censuram vide S. L. T. I., p. 110—124; aliorum postea fiet. Red.

inveniri: videatur in russica encycl. Jacobus de Voragim, Jacobus e Sarug⁶: Jacobus Blarer, Januarius. Alia capita magnam dependentiam a Herderi Kirchenlexikon prae se ferunt.

Ut autem res exemplo illustretur, quosdam articulos fusius considerabimus. A. Bulgakov, de Iesuitarum, qui saec. XVI. et XVII. plurima etiam in Russia egerunt, historia agens, solum quae in sinistram partem explicari possunt, adducit ita, ut Glubokovskij ultimam correctionem peragens, res etiam maximi momenti omissas uncis inclusas addere coactus sit velut de eorum studiis scientificis et de eorum vexationibus.

Quae vero A. Bronzov de Iesuitarum doctrina morali disserit, excepto praeecepto de amore proximi, — haec eadem in protestantico opere Real-Encyclopaedie sub titulo Iesuitae — inveniuntur. [A. Palmieri ad haec notat in censura, quam facit in Revue d'histoire ecclésiastique 1906, p. 494 „Puisqu'il s'agit d'un ordre religieux qui a joué un rôle si marquant dans l'Église catholique et a puissamment contribué au développement des sciences sacrées, il aurait été spécialement opportun de se souvenir ici de l'adage: Audiatur et altera pars. On aurait dû, en particulier, attribuer moins d'importance aux pamphlets de l'ex-jésuite Paul Hoensbroech, que le tribunal de Cologne vient de condamner pour n'avoir pas su faire la preuve de ses accusations contre la morale des Jésuites (cfr. Kölnische Volkszeitung, 3, 4, 7 et 10 avril 1905). On aurait dû par contre prendre en considération les arguments apportés dans cette question par le P. B. Duhr dans son ouvrage Jesuiten-Fabeln, qui est arrivé en peu de temps à une quatrième édition (1904)].

Prae iudicia ad summa erecta esse videntur in articulo ab A. Šostin composito: Иезуиты и иезуитско-католическая исповедь по сравнению съ православною. Quidquid enim in doctrina morali catholicorum sinistre exponenda consequi potuit, hoc effecit. Secundum ipsum

Alphonsus de Liguori in opere suo morali commentarios in Medullam Busenbäumii scripsit. Attritio est Iesuitarum commentum (cf. Denzinger Enchiridion⁹: Conc. Trid. sess. XIV. cap. 4.); si ea, quae catholici de contritione dicunt, vera sunt, confessio superflua est. Immo si attritio ad poenitentiae sacramentum valide suscipiendum sufficit, homo sine actu amoris Dei salvari potest et quivis sine ulla intermissione peccare potest, dummodo confessionem instituat. Contritionem perfectam sine poenitentiae sacramento peccata delere posse nulli patri in mentem (sed cf. modo Io. Chrysostomi opera!) venit. Qui in occasione proxima necessaria versantur, secundum catholicos semper, licet in omni confessione eadem peccata declarant et in eodem officio, quod eis peccati interrupti occasio est, manere velint, absolutione donandi sunt (cf. col. 237 sqq). Cum de conditionibus ad peccatum grave committendum requisitis agit, — haec assere audet: „Не подлежитъ, напр., сомнѣнію, что по теории Альфонса Лигуори отреченіе Апостола Петра вовсе не было бы грѣхомъ тяжкимъ, въ которомъ пришлось бы каяться съ горкими слезами” (Secundum theoriam Alphonsi negatio apost. Petri peccatum grave, pro quo poenitentia cum

multis lacrimis esset praestanda, non fuit (col. 242). Simillima his plurima habet.

Nec aliis multis locis omni ex parte veritati, licet errores non sint tanti, videtur satisfactum. Quae enim sub titulo Иерусалимская латинская патриархия de catholicorum conaminibus ab A. Pavlov dicta sunt, historia teste paulo aliter se habent.

Similiter et Th. Titov, quid orthodoxi ex sua parte unitis intulerint et quid sit unio cum ecclesia catholica, intelligere et animadvertere omisit. Quae I. Andreev de Ioannis IV. Ieiunatoris humilitate et humanitate scribit, non in omnibus cum historia quadrant; P. Белодед in capite de s. Ioanne Chrysost. homiliam sub titulo: „Iterum insanit Irodiada“ ipsi Chrysostomo adscribit (cf. Bardenhewer, Patrologie 2 p. 287; Rauschen, Grundriss der Patrologie p. 114. 1903. Freiburg). Quae I. Sokolov de hierarchia scribit, confusa sunt. Non enim negamus vocem: „hierarchia“ a Dionysio Areop. (vulg.) introductam esse, sed hoc ad rem, quae agitur, non vehementer pertinet (cfr. col. 262). Qua ratione idem scriptor, agens de synodo Ierosol. (1672.) contra Cyrillum Lucarim habita, huius concilii decretis „авторитетно-кафолической характеръ“ tribuat, non facile intelligitur (col. 442 sq.); eorum, quae Pichler, Trivier, alii scripserunt ne mentionem quidem facit.

His tamen non obstantibus, si nonnulla excipientur, encyclopaedia valore ac dignitate sua non destituitur. Articuli enim, qui de rebus russicis vel ecclesiae Constantinopolitanae agunt, et propter se et propter operum hisce de causis tractantium abundantem enumerationem magna cum utilitate et fructu legi possunt satisque ad instructionem conferunt. Immo nonnulla capita magna eruditione conscripta sunt; velut articulus ab ipso Глубоковский compositus: Concilium apostolorum Hierosolymis, col. 427 sqq., doctrina excellit, ubi auctor factum historicum concilii peracti et decretorum auctoritatem defendit.

Dein, ut iusti simus, non omnes articuli, qui de ecclesia catholica agunt cum veritatis laesione conscripti sunt. Ita A. Vjazigin narrationem de Iohanna papissa inter fabulas relegat (col. 738).

Denique hoc animadvertere non omittimus: sequentes encyclopaediae tomos, quod novi redactoris persona praesagire permittit, doctrinae exigentiis magis accommodatos fore. *M. Haluščinskij.*

Ex titulis ad studii biblici provinciam pertinentibus nonnulli, qui gravissimi sunt, hoc volumine continentur. Itaque iuvabit aliqua attigisse.

Vocabulo Iesus Christus sex articuli occupantur. 1. Iesu Christi opus et Persona iuxta historiam evangelicam 2. I. Chr. qua pastor 3. I. Chr. exemplar moralitatis 4. Externa I. Chr. species. 5. I. Chr. in monumentis iconographicis. 6. Cordis I. cultus et sodalitates.

T. Butkevič, qui art. primum concinnavit, praesertim de I. Chr. divinitate exponenda sollicitus erat. Litteras Russorum christologicas sedulo recensuit et tamquam fontem principalem adhibuisse videtur. Hypercriticorum opera rationalisticis studiis indulgere notavit, catholicorum tamen Romanorum copiosam litteraturam non qua aequum erat numerositate in tabellam bibliographicam assumpsit, quamquam non

tantae operae erat ex Fonek indice, ad quem remittit, saltem principiora adnotare. Nescio an uberior aliquantulo articulus esse potuerit, praesertim eo, quod integri N. T. doctrinam auctor diligentius excolnisset.

Articulo secundo V. Sokolskij munus pastorale Christi et ecclesiae divinitus per Spiritum S. institutum argumentis e s. Scriptura rite intellecta contra protestantes generatim atque in specie contra Vinet sat feliciter demonstrat. Sequitur Nectarium Kephalam potissimum e Graecis, e Latinis Aertnys.

Parti tertiae (A. Bronzov) accurasier de sui conscientia Iesu expositio et fundamentum solidius et magis dilucidam dispositionem forsitan praebere potuerit. Ceterum usui practico, cui bibliotheca multis destinata inservire vult, valde utilia erunt.

Complures „typi byzantini“ varietates imaginibus additis exhibet art. quintus, qui quartum quasi complet. Pauca quaedam ex catacumbis quoque adhibita sunt. Indiculo litteraturae saltem nomina de Rossi, Garucci, Wilpert exhiberi oportebat.

Quae de cultu sacratissimi Cordis Iesu a P. Tyčinni e Hauck-Herzog VII³ 777—782 transcripta sunt addito tantum manco scriptorum catholicorum elenco, exemplo esse possunt, quomodo de rebus catholicis scribi non oporteat. Non derivata turbida, sed fontes genuini instrumenta sunt aequi scriptoris! Non sufficit catholicos (Nilles) allegasse, sed legendi sunt. Immerito quoque T. relationem Svoboda cum Ruffer necnon Romam et Iesuitas committit.

Catholica sunt, quae D. Bogdáševskij ad vocabulum „S. Ioannes Apostolus“ scripsit, quamvis et hic ignoratio, non adeo ignorantia, operum catholicorum redeat. In specie sermones a Ioanne relatos genuinos esse Domini sermones vindicat. Quaestiones controversas quod attinet: vitam Iesu publicam tribus tantum Paschatis circumscribit, diem ultimae coenae diffinire quidem non vult, adstipulatur autem sententiae agnum paschalem ab omnibus 13 Nisan (feria V.) mactatum et a Domino et Iudeis quoque pro lubitu manducatum esse; „presbyterum“ Ioannem ab Apostolo diversum recte (potuit tamen fortasse consultis catholicis efficacius) reicit. Minus recte p. 832 de synopticis a Ioanne emendatis discussio inducitur, quia inspiratus liber determinationem quidem admittit, non autem emendationem (исправление, поправка).

Ex N. T. placet fortasse sententiam Al. Lebedev „de fratribus Domini“ novisse. L. putat s. Ioannem hac quoque in re synopticos supplere et Cleophae uxorem vocare, quae apud synopticos mater est fratum Domini. Cetera satis probantur audienti sed durius manet sententiae membrum Mariam Cleophae vocari B. Virginis „sororem“ propter propinquitatem cum Ea ex parte viri (чрезъ родство свое съ Ней по своему мужу). Ceterum L. monet maiorem theologorum russicorum partem a parte sua non stare, sed varietatem sententiarum inventiri, et Helvidii quoque sententiam non quidem scriptorem sed Vereščagin pictorem patronum habere.

Ex V. T. Iahve et Iahvista et Ieremias et Ierosolyma praincipia huius tomni vocabula sunt. Nominis tetragrammatis (A. Glagolev) explicatio grammatica et spiritualis sufficiens datur; minus recte tamen (p. 199.) Ehjeh forma vel Kal vel Hiphil dicitur, quia forma קְלָה in genere Hiphil Ahjeh transcribenda esset. — Fontium Pentateuchi variorum ex nominibus divinis distinctiones conjecturae et supposita dicuntur, quae vi ad assensum obligante carent (V. Rybinskij). Ceterum ad Pentateuchum remittitur. — In Ieremia propheta deuterocanonicam de idolorum vanitate epistolam, quae in V. cum libro Baruch (c. 6) coniuncta legitur, quam tamen Russi orthodoxi non habent, tamquam non canoniam nec genuinam enervatis iam dudum argumentis, quorum infirmitatem saltem a Knabenbauer (Comment. in Dan. . . . p. 447-450) et Cornely (Introd. II., 2, 413) cognoscere potuit, M. Posnov reicere conatur. Quoad reliqua cum biblistis catholicis consentit, quin tamen ullum catholicum librum alleget. Scopo Encyclopaediae practico bene servient lucubrations historica et theologica Ieremiam et eius tempora spectantes.

V. P. Rybinskij agens de auctoritate libri Iesu Sirach (c. 601) concedit eam magnam inde ab omni tempore fuisse, saepissime locos eius allegatos esse, ipsum scripturam, librum a Spiritu s. dictatum vocatum esse, in graecis latinisque codicibus semper inter canonicos fuisse. Nihilo minus, inquit, in notis librorum canonicorum libellis, a Melitone, Origene, Cyrillo Hieros., Gregorio Naz., Amphilochio, Patribus Conc. Laodiceni compositis, liber I. S. non recensetur. Ideo neque in orthodoxa orientali ecclesia canonicis adnumeratur. Ex russica de eo litteratura solius Roždestvenskii oratio „Vnov otkrytyj evrejskij tekst knigi I. Sir. i ego značenie dlja biblejskoj nauki. Spb. 1903“ commemoratur; cur nuper edita commentatio S. Bulgakov, Nrvstvennoe učenie I. Syna Sirahova, est'li v nem otličie ot učenija v knigah kanočeskikh (in Kurskija Eparhial'nyja Vědomosti, g. 34, 6, 106—111: 7, 116—23; 8, 138—45) omnino praetermissa sit nescio.

Longissime et doctissime tractatur de Hierosolymis (c. 363—580). A. Glagolev de topographia Hierosolymorum presse sequitur Hauck-Herzog. Crassiores typi, quibus numeri capitum s. Scripturae impressi sunt, cum nullum momentum praincipium in hac expositione in illis sit, certe vitandi erant, quia oculos legentis, sicut et alibi, multum offendunt, eo vel magis quia perspicuitati praeter aliquot „a linea“, ut dicunt, tere nihil inservit. Ceterum videtur forma paginarum, quam typographus in sequenti capite per exceptionem adhibuit, columnis esse praeferenda. In hoc capite, quod inscribitur „Hierosolyma christiana, delineatio historica et monumenta“ N. Kondačov plurima perbelle exponit, quae clarius et vividius sistuntur viginti monumentorum depictorum tabellis.

Quoad omnia notandum unum videtur. Quae omnibus destinata sunt („общедоступно“), si fieri potest, magis etiam accurata sint oportet. cum plurimi tempus inquirendi ulterius non inveniant. Hinc vera et certa tantum etiam de catholicorum rebus exhibenda erunt, si cleri culturam, non praeiudicia, viri docti, encyclopaediae editores, provehere student.

C. Večeřa.

Странникъ — **Strannik 1905.** Nr. 5—9.

M. Avdaškevič, Filaret Moskovskij i ego značenie na pravoslavnom vostokě (Philareti Moscoviae metropolitae in Oriente auctoritas) I., 697—730. — Filaret, dimidio saec. XIX. metropolita Moscoviensis, saepius cum gubernio Russico de necessitudinibus cum ecclesia Constantinopolitana renovandis et sustentandis egit; ad dissensiones vitandas solum litterarum »officialium« commercium commendabat, »officialem« autem gubernii sive ecclesiae Russicae apud patriarcham Constantinopolitanum legatum dissuadebat, cum consensu multis in rebus vix posset sperari. In acris graeco-bulgarica controversia ecclesiastica Bulgaris favebat, tamen »officialem« gubernii Russici interpositionem dissuadebat.

S. Runkevič, K biografii patriarha Adriana (Ad biographiam patr. Adriani) I., 731—748. — Excerptum ex documentis archivi imperialis. Adrian ultimus fuit ecclesiae Russicae patriarcha († 1700).

V. I. Popov, V čem sostoit istinnoe obrazovanie čelověka (Qualis verus animi cultus sit) I., 770—783; 916—930.

S. Runkevič, Mitropolit Silvestr (holmskij ili volynskij) i ego perepiska s Petrom Velikim (eius cum Petro M. litterarum commercium) II., 21—37; 184—194.

S. Runkevič, Mitropolit Stefan Javoskij v ego perepiske s Petrom Velikim. II., 320—336.

N. N. Glubokovskij, Blagověstie sv. apostola Pavla po sravneniju s evangeliem Hristovym (Evangelium S. Pauli comparatum cum evangelio Christi) I., 841—865; II., 3—20, 145—171. — Introductio in amplum librum »Blagověstie sv. ap. Pavla po ego proishoždeniju i suščestvu« (Spb. 1905), in ipso libro typis expressa pg. III—LXX; de ipso libro accurasier recensio in folio nostro collocabitur.

T. A. Kurganov, Čto takoe liberalizm (Quid sit »liberalismus«). II., 295—319.

In nr. 5. (pg. 838) N. G(lubokovskij) laudat librum Dr. L. Fonck, Die Parabeln des Herrn (Innsbruck 1905).

Prof. A. Bronzov in nr. 7. (II., 137—139) acriter aggressus est P. A. Špaldák eiusque lucubrationem »De Russorum doctrina de moribus« (Slav. l. th. I., 28—31; 63—69). P. Špaldák respondit breviter in »Strannik« II., 396—398. A. Bronzov vero denuo acerrime in P. Špaldák invectus est (II., 398—407) sub inscriptione »Obrazčik iezuitskoj polemiki«. Talis tenor in pugnis litterariis in occidente apud viros doctrinae et scientiae servientes rarissime invenitur, in Russia vero saepius occurrit et progressui scientiae valde obest, cum tali modo confusio et discordiae et odia detestabilia oriantur, quae »viros scientiae« minime decent eorumque animos perturbant. A. Bronzov utitur verbis velut »pudeat te, pudeat te, o iesuita« (pg. 405) aliisque similibus, quae lingua latina vix possint exprimi. Nos de scientia russica libenter referemus, talem vero pugnandi modum detestamur et spernimus.

Dr. F. Grivec.

„Ученые Записки Императорского Казанского Университета“ a. 73. Kazan' 1906, fasc. 1—4.

In his commentariis, qui ab universitate Kazaniensi eduntur, ad theologos pertinet imprimis censura libri ab E. v. Dobschütz compo-
siti »Die urchristlichen Gemeinden« Leipzig 1902, facta a D. Šestakov (in fasc. 1.; 29 pag.). Exposito libri argumento iure exprobrat scriptori illi studium christianismum privatum seu domesticum a publico sepa-
randi et »moralitatem« christianam »mysticismo« christiano anteponendi.
Re ipsâ duae hae christianismi partes — privatus seu mysticus et publicus seu moralis — inter se ita connexae sunt, ut altera cum altera

et stet et cadat. Paulus apostolus, ut missionarius, non potuit non esse columen privati potissimum mystique christianismi. Singulos ad privatam ac mysticam communionem cum Deo exhortabatur. Neque ideo asceta fuit, quia Iudeus fuerat et Pharisaeus, sed quia asceticum viae ad communionem cum Deo compendium esse iudicabat. Nihilo minus idem Paulus neverat viam hanc non esse multorum. Unde non omnes ad eandem ineundam invitabat; sciebat sane Christum non solum in desertum migrasse, sed etiam nuptiis benedixisse. Recte quidem Dobschütz dicit Paulum »moralitate« sua fastigium morale christianorum eius temporis superasse. Sed hac ipsa animadversione moveri debuit, ut quareret, unde tanta Pauli excelsitas ac virtus profecta sit. Ipse bene ostendit moralem christianismi partem in Pauli praedicatione non magnopere eminuisse. Manifestum est vim ac virtutem huius magnaе praedicationis a privato, mystico Pauli christianismo manasse, ab animi Deo propinquи ardore. Oportet tandem aliquando abici opinionem, monachum non esse nisi aridum frigidumque ascetam et laxari notionem christianae beneficentiae, ut etiam spiritualia beneficia comprehendat. Duae partes illae numquam potuerunt esse separatae, quia christianismus moralis sine mystico esset velut planta sine radice homo bonus sine amore Dei. Error Dobschützii fortasse ex timore ascetismi ortus est, quem ipse idem esse ac mysticismum (cuius pars quaedam est) existimare videtur. Niendum eiusdem studium »christianismi moralis« etiam in aestimandis monumentis litterarum apparel. Tempora, quibus christianismus mysticus elucet atque eminet, abundare litteris aetatis imaginem quam pulcherrimam facientibus dicit; velut Act. Apostol.; at, ubi christianismus »practicus« floruit, fideliores existimat esse fontes; Hermam v. g. iam paene criminari se suosque fratres; nigros colores eius picturae arguere sublimitatem morum, sinceritatem, veracitatem. Et haec quidem Dobschütz dicit, postquam paucis ante paginis eundem superbiae ac vanae de se praedicationis accusavit. Quae in uno homine aegre componuntur.

In fasciculo 3. I. Stratonov in commentatione sua »Zamětki po istorii zeinskikh soborov Moskovskoj Rusi« exponit inter alia de origine libelli »Besěda Valaamskikh čudotvorcev«, quem inter a. 1503—1510 compositum esse ab homine laico existimat.

In eodem fasciculo B. Spinozae Tractatus theologico-politicus a M. Lopatkin in Russicum versus edi coepitus est.

Письма и донесенія іезуитовъ о Россіи конца XVII. и начала XVIII. вѣка. С. Прб. 1904. Litterae secretae lesitarum, qui in Russia, Petro Primo regnante, fuerunt.

De conversione Russorum missionarii bonam spem habebant. si tamen libertas religionis populo concederetur. „Russia sive Moscovia non est nux infragibilis, si optimus Deus misereretur, tantum opus esset unicâ licentia caesarea: indicibile, quanta populi copia partibus nostris accederet“ (pag. 234). „Ingens brevi seges fieret, si solum daretur facultas cuilibet ad libitum“ (pag. 250). Conversionem hanc autem sine magnis iacturis haud fieri posse, optime sciebant. „Hoc, fateor“ — ita scribit quidam eorum — sine martyribus non ageretur negotium, sed hoc est, quod pro praemio a Deo grati suscepturi essemus“ (pag. 234). Omnia primum exoptabant, ut possent reducere omnes illos, qui in absentia sacerdotum catholicorum transiverunt ad schisma (pag. 237). Sed eventus exspectationi minime respondit. Numerus conversorum revera valde erat exiguum: a. 1698 „accesserunt ex haeresi sanctae ecclesiae personae tres; unitus fuit ecclesiae unus

item unus reunitus“, a. 1699 ab haeresi ecclesiae accesserunt duo“, a. 1700 „ab haeresi ecclesiae accesserunt tres, unitus ecclesiae unus“, a. 1701 „ab haeresi ecclesiae accessit unus“ — ita sonant tristes sane relationes missionariorum.

Quae de clero russico missionarii scripserunt digna sunt, ut ad ea animum attendamus. Liceat nobis saltem haec pauca excerpere: „Sunt multi monachi, vel uniti, vel unioni proximi, plurimi de rebus nostris optime sentientes. Kyoviae unum totum monasterium est unitorum, qui dexterrime sciunt eludere technas huiatium, passim tamen ab huiatibus vocantur haeretici; item non procul a Moscua urbe totum monasterium unitum, cui praeest archimandrita, vir sapientissimus et sanctae vitae, qui semper evocat candidatos occulte ex Polonia. Scit sua prudentia omnia bellissime disponere, de facto omnes habet Polonos in suo monasterio, sed bene ruthenicam callentes, qui supponuntur esse Rutheni ab aliis Sunt plurimi alii, quos solus metus ab unione deterret“ (pag. 234). „Certe lacrymis deplorandum, quod populus ista fame quoad animam perire debeat, non enim audiunt conciones ullas; hoc fit saltem, ut legant post decantatum evangelium ex ambona homilias s. Chrysostomi slavonice; sed, bone Deus, populus praeter verba sonumque nil intelligit. Melius fit in ecclesia cathedrali, ubi super quodlibet evangelium leguntur homiliae simplici et pro captu accommodato modo, compositae a quodam episcopo Lithuano unito ritus graeci. Unus hic erat p. Andreas Basilianus, vir nostris partibus addictissimus, qui multum instruere solebat plebem per conciunculas suas, sed iam diem obiit; alter fuit Petrus diaconus, qui nunc in exilium missus est; unicus superest pro concessionibus capax, Poborsky, czari confessarius, nostris partibus benevolus valde. Nil est in causa, nisi poporum negligentia, quod nullus inveniatur pro his rebus aptus; libros certe habent plurimos et pulcherrimos tum e ss. patribus, tum ex aliis translatos in ruthenicum, danturque illis gratis absque pretio, sed nemo est, qui legere velit. Hinc illa miseria, quam ipsi Rutheni fatentur et deplorant, ut popae nesciant, etsi vellent, plebem in fidei mysteriis instruere. Plebs libentissime concessiones audiret, et dum veniunt ad templum nostrum, aperto ore, immoti auscultant, licet nil intelligent. Audivi optari a pluribus, ut liceret nobis dicere ruthenice, sed de hoc spes nulla est, quod nobis concedendum sit (pag. 233).

M. N. Esaulov, Научные основы религии. (Subtiliora religionis fundamenta.) Varšava 1904, 48 pag. — Дополненія къ сочиненію Научные осн. рел. (Supplementum.) Varšava 1905, 15 pag.

. Libellus videtur spirare primum ardorem ac persuasionem hominis ab infidelitate reducis, quod certe legentis animum delectat. At doctrina parum excellit. Hic scriptor enim undique praebet se ignarum eorum, quae ad defendendam religionem christianam ab aliis scripta sunt. Argumentum eius, quo Deum esse demonstrat, nec clare nec tuto proponitur. Conatus eius, mysterium ss. Trinitatis proprius admovendi ad rationem humanam (Pater = voluntas, Filius = potentia seu virtus, Spiritus = mens), qui, praeterquam quod in Deo potentiam et a voluntate et ab intellectu distinctione saltem rationis ratiocinatae quam scholastici vocant, distinctam esse supponit, omni ratione theo-

logica caret, frustra captus est. Coniunctio immortalitatis a mente humana ad aequitatem restituendam postulatae cum lege statica rerum corporearum ingeniosa sit, argumentum ex se ipso aptum non est. Etiam in exponentibus officiis hominis similes comparationes occurunt; praeter quas tamen theologus nihil novi ex libello hauriet.

Tentamen bibliographiae patristicæ.

Afrem (Ephraemus): Zabělin, Prepodobnyj Efrem Sirin i ego propovědi (in Rukovodstvo dlja sel'skih pastyrey 1874); circ. 50 pag. — Sokolov A. K., Žizn' sv. Efrema Sirina, Harakter ego sočinenij i čerty iz ego učenija (in Pribavlenija k tvorenijam sv. otcov 1848, t. VII.) ; 82 pag. — Sokolov A. K., Někotoryja čerty iz učenija sv. Efrema (Prib. k tv. sv. ot. 1849 t. VIII.) 75 pag. — Filaret, Istoricheskoe učenie ob otcalj cerkvi t. II² (1882) p. 75—96. — Barsov N., Sv. Efrem Sirin kak propovědník (Hrist. Čtenie 1886 I, 732). — Smirnov P., Propovědi sv. Efrema Sirina. Kiev 1895. — Levashov, Obrazcy cerkovnago pěsnopěnija (Dužovnaja Beseda 1873-4) 22 pag. — Cerkovnye propovědníci v IV věkě (Dužovnyj Věstnik 1875) pag. 23; sec. Tableau. — N. Ušakov, Pokajannaja molitva Efrema Sirina i čerty ego žizni. M. 1905.

Opera in Russicum versa: orationes in Hristianskoe Čtenie 1821, 22, 23, 29, 31, 32, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 42, 45, 46, 47; tractatus ascetici ibidein a. 1827, 31, 33, 34, 35, 53; in Voskresnoe Čtenie a. 2, 3, 5, 10—13, 16, 22; Tvorenija ed. ab academia spir. Moscovensi 8 tom. — 12 R.

Canones apostolici: O pravilah svj. apostol.. (Hrist. Čt. 1841, III., 456—471.) — I. Stratilatov, Drevnost' i važnost' Apostol'skih pravil. Spb. 1865 (228 pg.). — Arhim. Ioann, Opty kursa cerkovnago zakoněděnija. Spb. 1851, I., 122—136. — N. K. Sokolov, Iz lekej po cerkovnomu pravu. M. 1874 p. 94—118. (cf. Pravosl. Obozr. 1874 mai, ijun'). — Panov, Sravnenie pravil apostol'skih s sootvěstvennymi im pravilami soboru antiohijskago. Rukovodstvo dlja sel'skih past. 1879 (9+7 pg.). — Laškarev, Pravo cerkovnoe. Kiev 1886, p. 118—128. — Suvorov, Kurs cerkovnago prava. Jarosl. 1890 p. 218—223 (Cf. Vremennik Demidovskogo juridič. liceja, L.). — A. V. Gorskij, Istořija Evangel'skaja i cerkvi apostol'skoj. M. 1883, p. 648—665 (cf. Pribavl. k tv. sv. oo. 1883, č. 31, p. 391—5).

Slavica lingua editi sunt Petropoli 1839, 1843; Moscoviae 1876.

Clemens Rom.: P. S., Svatyj Kliment, episkop rimskij. Patrologičeskij očerk. Spb. 1852 (32 pg.). — P. Preobraženskij, Pisanija Mužej Apostol'skih. M. 1862, p. 79—100; 161—8. — K. Skvorcov, O pervom poslanii Klimenta rimskago k Korinthjanam (Trudy K. d. Akad. 1874, II., 48—67). — K. Skvorcov, Kogda napisano vtoroe poslanie Klimenta k Korinthjanam? (Trudy K. d. Ak. 1874 I., 3—23.) — Filaret, Istor. uč. ob oo. c.² I., 7—18. — Al. Priselkov, Obozrenie poslanij svyatago Klimenta, episkopa rimskago, k Korinthjanam. Vyp. I. Spb. 1888. XII.+136+IV. (rec. N. Barsov in Hrist. Čt. 1888 I., 525—532. — E. Lovjagin, Izbrannyya města iz grečeskikh pisanij sv. otcov cerkvi do IX. věka. Č. I. Spb. 1884, p. 1—3. 291. — T. Krutikov, Muži Apostol'skie. Voronež 1892 (Voron.

eparh. Vědomosti No 1). D. Gusev et A. P. (editor), Čtenija po patrologii. V. I. Kaz. 1896, 102—156. — De „Clementinis“ seripsit J. Pobědinskij-Platonov in Pravoslavnoe Obozrenie 1860. I., 151—172 397—437 II., 339—384.

Epiſtolae (I.) s. Clementis capita 59 versa sunt in Russicum ap. P. Preobraženskij, Pisanija Mužej Ap., p. 101—158; nova 6 cap. v. apud A. Prisel'kov, l. e.; epistolae alterius, quae Clementis esse dicitur, capita I.—XII. versa sunt ap. P. Preobraženskij, l. c., p. 169—180; XII.—XX. ap. N. Barsov, Istorija pervobytnoj hristianskoj propovědi. Spb. 1885, p. 162—5.

Constitutiones apostolicae: N. V. Blagorazumov, O postavlenijah apostol'skih. (Prav. Obozr. 1862 t. VII., apr. p. 446—483: t. VIII., maj p. 1—32 ijun' 162—176: avg. 385—430). — N. K. Sokolov, Iz lekcij po cerkovnomu pravn. M. 1875, p. 118—126. — N. A. Zaozerskij, Sostojanie cerkovnago prava v donikejskoj cerkvi. (Čtenija v obšč. ljub. duh. prosvěšč. 1882, I., fevr. 141 etc.) — N. A. Zaozerskij in Pribavl. k Tvoren. sv. otcev, č. 43 (1889 I. et II.) p. 170—235; 476—496; 514—523. — I. S. Berdnikov, Dopolnenie k kratkomu kursu cerkovnago prava pravosl. greko-rossiskoj cerkvi. Kaz. 1889. p. 321—3.

In Russicum versae editae sunt ab I. N., Postanovlenija Apostol'skija. Kazan' 1864.

Doctrina 12 apostolor: Vl. Solov'ev, Sobranie sočinenij Vl. S. Solov'eva t. IV. p. 196—213. Učenie 12 apostolov (cf. Prav. Obozr. 1886, No 7; Čtenija v obšč. l. d. p. 1887. No 3—4). — K. D. Popov, Učenie 12 apostolov. (Trudy 1884, No 11, p. 344—384). — K. D. Popov, Zamětka po povodu Vvedenija „Vl. Solov'eva „k russkomu izdaniju“ (Trudy 1886, No 12, p. 725—731).

Hermas.

P. Preobraženskij, Pisanija Mužej Apostol'skih. M. 1862, p. 183—222 (nova ed. 1902). — P. Skvorcov, Kogda napisana kniga Pastyr? (Trudy K. d. Akad. 1872, III., 205—241). — Filaret, Istor. uč. ob oo. c. 2 I., 31—35. — T. Krutikov, Muži Apostol'skie. Voronež 1892 (Voron. eparh. Vědomosti No 2—4). — D. Gusev, Čtenija po Patrol. Kaz. 1896 p. 211—277 (Pravosl. Sobes. 1896: Svjatoj Erm i ego kniga Pastyr').

In Russicum versus est eius liber a solo P. Preobraženskij, Pisanija Mužej Apostol'skih. M. 1862, p. 223—346.

Polycarpus.

P. Savajtov, Svjatyj Svjaščennomučenik Polikarp. (Dužovnaja Beseda 1858, No 9, p. 336—348). — (Arhim. Polikarp), Okružnoe poslanie smirnskoj cerkvi o mučeničestvě sv. Polikarpa. (Hrist. Čt. 1821, I., 125—141). — K. Skvorcov, O poslanii sv. Polikarpa smirnskago. (Trudy Kievskoj duh. Akademii 1872, II., 452—462). — I. Smirnov, Dužovnoe prosvěščenie v drevnej hristianskoj cerkvi. (Čtenija v obšč. ljubit. dužovn. prosvěšč. 1871, aprěl' p. 1—4). — Filaret, Istor. uč. ob oo. c. 2 I., 26—31. — T. Krutikov, Muži Apostol'skie. Voronež

1892 (ex Voronežskija eparhial'nyja Vědomosti 1892 No 8—9.) — A. Martynov, Svyatyj Polikarp smirnskij i ego poslanie. (Věra i Razum 1894, No 3, p. 129—156.) — D. Gusev, Čtenija po Patrologii (I.) Kazan' 1896, p. 193—211.

Arhim. Polikarp vertit 9 capita ep. ad Philipp. in Hr. Čt. 1821, I., 115—124; idem iterum editum est Mosc. 1835 sub inscript. »Perevody s grečeskago jazyka na russkij«, p. 1—8. — Totam transtulit P. Preobraženskij, Pisanija Mužej Apostol'skih. M. 1862, p. 441—450.

Eusebius Caes.: N. Rozanov, Evsevij Pamfil, episkop Kesarii palestinskoy² M. 1881 (cf. Čtenija v obšč. Ij. d. p. 1879—80; recens. M. Muretov in Pravosl. Obozr. 1881). — A. P. Lebedev, Cerkovnaja istoriografija v glavnym eja predstaviteljah² Spb. 1903, p. 10—110. (cf. Čtenija v obšč. Ij. d. p. 1890).

Ioannes Chrysostomus: Levickij, Popětitel'nost' sv. Ioanna Zlatousta o rasprostranenii Evangelija meždu jazyčnikami (in Pribavl. k tvor. sv. o. t. II.) 49 p. — V. I. Lebedev, Podrobnoe opisanie žizni i pastyrskoj dějatel'nosti l. Z. M. 1860 (ante in Pribavl. k tv. sv. o. t. XIV.—XVI.) — M. Bogoliubskij, Mysli sv. l. Zl. o hristianskom brakě i o vzaimnyh objazannostjah hristianskilj suprugov. (Dušepoleznoe Čtenie 1861, № 9.) — Agapit, Žizn' Zlatousta M. 1874. — Filaret, Istor. učenie ob oo. c. t. II² (1882) p. 190—252. — V. G-skij, Sv. I. Z. kak tolkovatel' Sv. Pis. (in Pravoslavnoe Obozrenie 1889. Sept. et Oct.) — I. I. Malyshevskij, Sv. I. Z. v zvanii čteca, v saně diakona i presvitera (in Trudy kievskoj duhovnoj akademii 1890 [oct.], 1891 [febr. mai.] 1892 [apr., aug., sept.]) — A. Rain (A. P. Lopuhin) Sv. I. Z. i semejnaja žizn' ego vremeni (in Hrist. Čt. 1895 I., 225—248; 465—504.) — A. Rain, Sv. I. Z. i teatral'nyja zrělica ego vremeni (Hrist. Čt. 1896 I., 171.) — Hr. Papadopulo, Tvorenija sv. I. Z. s filologičeskoj storony (Hr. Čt. 1895, I., 411.) — A. A. Bronzov, O pashal'nom, oglasitel'nom slově sv. I. Z. (Hr. Čt. 1897, II., 411.) — A. A. Kirillov, Dogmatičeskoe učenie o tainstvě Evharistii v tvorenijah sv. I. Z. (Hr. Čt. 1896, I., 26. 545.) — M. I. Orlov, Pashal'noe oglasitel'noe poučenie (Hr. Čt. 1896, I., 482.) — V. I. Popov, Učenie sv. I. Z. o vospitanií dětej (Hrist. Čt. 1897, II., 639.) — A. P. Lopuhin, Sv. I. Z., kak propovědník čelověkoljubija i milostyni. (Hr. Čt. 1897, I., 27. 245.) — M. Grigorevskij, Učenie sv. I. Zl. o brakě. Arhangel'sk 1902 (cf. Strannik 1898.) — I. Dobronravov, Pričiny bezuspěšnosti cerk. propovědi po učeniju Z. (in Rukovodstvo dlja Sel'skikh Pastyrej 1904, I., 11, 282—6. — I. Latynin, Osnovnyja čerty mirovozrzěníja Z.: a) Promysl i nráv. svoboda čelověka (Pravoslavno-Russkoe Slovo I., 2, 155—163); b) Grěhopadenie čelověka (3, 244—8); c) Vzaimnootnošenie blagodati i svobody čelověka (4, 338—40); d) O blagodatn prizyvajuščej (5, 447—451). e) Ob uslovijah polučenija blagodatn. pomošci (6, 560—5:); f) O blagodat. pomošci čelověku (7, 626—9:); g) Suščnost' hrist. žizni (8, 727—32:); h) Suščnost' i osnov. osobennosti hrist. žizni (9, 812—7 10, 893—901:); i) Objazannosti

k Bogu (ll., 171, 246, 349, 430, 509, 589, 716, 846.) — P. P. Pon o m a r e v, Učenie sv. I. Z. ob Evhariстii (Pravoslavnyj Sobesědник 1904, I., 510—28; 654—73. — A. V. Kruglov, Vselen. učiteli, III; I, Z. 2 M. 1904 (130 p. — 0·45 R.) — P. P. Pon o m a r e v, Iz istorii sv. predanija, 4. Učenie o sv. predanii sv. I. Z. i pr. Efrem a Sirina (Prav. Sobes. 1904, II., 745—55.) — P. Z. Běloděd, I. Z. (Pravoslavnaja bogoslovskaja enciklopedija t. VI. 1905, 909—41.) — A. I. Sobolevskij, I. Z. v russkoj pis'mennosti (Prav. bog. encikl. t. VI., 941—7.)

In Russicum versa sunt eius opera (praeter versiones palaeo-russicas, de quibus cf. A. S. Arhangel'skij, Tvoreniya otcov cerkvi v drevnerusskoj pis'mennosti [in Žurn. Minist. Narodnago Prosvěšč. 1888]; A. I. Sobolevskij, Perevodnaja literatura Moskovskoj Rusi XIV—XVII. sv. Spb. 1903) a professoribus academiae spir. Petropolitanae (hoc anno secunda editio completa erit). Praeterea edita sunt: Tolkovanija Zlatoust'a na poslanija Ap. Pavla M. 1839—44; Bes. an Evang. Matheja M. 1840; Slova o svjaščenstvě (perev. I. Kolokolov) Spb. 1874. O děvstvě (M. Víktorovo) Spb. 1892 etc.

„Византійскій Временникъ“. (**Chronica Byzantina.**) Tom. X. Vyp. 3—4. Spb. 1903. (к. I. Рицкеръ.) Pag. 357—708. — Tom. XI. Vyp. 1—2. Spb. 1904.

A. Papadopoulos-Keramevs, Акаенсть Божієй Матері, Русь и патріархъ Фотій (Akathistos Deiparae, Russia et Photius patriarcha). Pulcherrimum hymnum graecum, nostro Te Deum aliqua ratione similem, qui in ecclesia graeca in vigilia 5. dominicae Qudragesimae stando (unde nomen eius ortum est) cantari solet pro gratiarum actione metropolis et imperii ab impetu Avarorum a. 626 conservatae, non VII. aut VIII. saeculo sed tempore posteriore compositum esse existimat eiusque auctorem Photium patriarcham (cc. 860) fuisse suspicatur; cuius rationes cum Russis describit (pag. 357—401).

Idem graeco sermone historiam Marci Xylocarabis, patriarchae oecumenici (a. 1466—7) tractat, qui doctrinam graecam ab ecclesia catholica et unionis inter utramque ecclesiam conciliandae studiosis acriter defendebat.

P. Lavrov (pag. 517—532) censuram facit libri bohemici a Fr. Pastrnek (a. 1902) editi: »Dějiny slovanských apoštolů Cyrilla a Methoda« (Historia ss. Cyrilli et Methodii apost. Slav.). Pleniorum conspectum eorum, quae de his apostolis scripta sunt, desiderat. Verum id a C. Zíbrt in opere Bibliografie české historie eodem anno 1902 uberrime praestitum est (p. 885—928, č. 7557—8669). Ss. apostolos docet contra Pastrnek non ideo Constantinopolim neglexisse et Romam profectos esse, quod de assensu illic obtinendo desperarent, sed propterea, quod Moravia et ceterae provinciae, quibus operam dabant, in rebus politicis Romae parebant. Denique negat hunc librum esse perfectum expletumque.

Bibliographia in recensendis libris slavicis satis manca est et praeterita (velut liber N. A. Načov, Vrème i životъ na sv. Borisa-Mihaila, editus 1901 indicatur demum exeunte a. 1903).

G. Il'inskij, Къ исторії славянскихъ азбукъ. (Ad historiam formarum litterarum Slavorum.) T. XI. Отдѣль I. 45—48. Auctor voluit an. 1903 in monasterio Admontino Styriae reperire manuscriptum Slovenicum e XIV. saec., quod ibi vidit historicus Styriacus, Mužar, et de quo etiam Šafařík, Radič, Glaser loquuntur. Sed frustra quaerebat illud; ad manum eius venit tamen antiquus codex Rupertii Tuitiensis († 1135.), in quo praeter commentarium in s. Ioannem continetur etiam

folium cum alphabeto variarum gentium: Indorum, Persarum, Latinorum, Slavorum, Graecorum, Chaldaeorum, Hebraeorum.

Ex comparatione patet 1. litteras Persarum easdem esse, ac litteras cursivas Graecorum 2. alphabetum Slavorum consistere ex litteris Graecorum et initialibus, et cursivis. Non liquet, cur desint notae sonorum linguae Slavicae priorum. Tabella, quae addita est, habetur antiquissimae azbucae Slavicae imago — etsi fragmenta Kioviensia antiquiora sunt; ceterum neque »Abecenarium bulgaricum« (Parisiis inventum) forte recentius est. Litteras »slavicas« in tabella apparet mixtas esse ex Graecis cursivis et maiusculis; etiam alia intuentium animos tenent, velut littera *b* (8^a), quae memoriam affert obscuri signi glagolitici consonantis *b*; alioqui pauca glagoliticis signis similia sunt. Singularis forma consonantis *b* (an *v?* certe non duo signa occurunt), quae convenit cum ea forma glagolitica *b*, quam dicunt esse recentiorem, conversâ ad sinistram, potius opinionem V. Vondrák de origine huius signi glagolitici (ex litteris Samaritanis), quam V. Jagić (ex *μβ*) suadere potest; maxime mirum videtur esse signum illud ei, quo paragraphi signari solent (§), non dissimile loco 11.; et signum exhibens formam crucis loco 22.

Jul. Kulakovskij, Къ вопросу объ именнѣ исторіи єемы »Опсикій«. I. 49—62. Completur hic prior commentatio »Памятникъ славянъ въ Виенни VII. вѣка« scripta ab A. Pančenko et inquiritur in originem nominis thematis »Opsikia«. Nomine hoc designabatur pars Asiae M. inter septentriones et occasum solis spectans; ex decretis complurium imperatorum patet, ibi habitasse cohortem regiam, quae »δφικτα« i. e. obsequium appellabatur.

S. Papadimitrij, Бракъ русской княжны Мстиславны Добродѣцъ съ греческимъ царевичемъ Алексѣемъ Комниномъ. I. 73—98. Dissertatio haec valde utilis est ad cognoscendas relationes Graecorum et Russorum XII. saec. Dobrodѣja Mstislavna, neptis Vladimiri Monomachi principis nupserat an. 1122. Alexio, primo filio imperatoris Ioan. Comneni; ad dignitatem imperatricis autem non pervenit; vir Alexius mortuus est iam an. 1142, ante Ioannem patrem suum. Commentatione hac impugnatur Loparev, qui Dobrodѣjam artem magicam e Russia Byzantium advexit docebat; haec opinio narratione Graeci historici Balsamon male intellecta orta est. Mater magiae habetur et est Oriens.

L. Petit, Documents inédits sur le concile de 1166 et ses derniers adversaires. II. 465—493. Quae gesta sint in concilio anni 1166. narrat nobis, idque incomplete, Nicetas Acominatos. Agebatur de explicandis verbis Christi: »Pater meus maior me est.« Arbitri partibus susceptis Manuel imperator decrevit secundam Personam divinam inferiorem esse solum ratione Filii hominis et Verbi incarnati. Nonnulli episcopi duce Pantechne hanc sententiam initio impugnabant, sed postea tamen decretum subscripserunt. Acrius impugnari coepit demum post mortem Lucae, acri et severi patriarchae Const. († 1169), a duobus viris: Constantino, episc. Corcyrensi et Irenico, monacho in monte Asiae M. Boradion, affirmantibus, verba Christi intelligenda esse de sola natura humana a persona divina ratione separata. Fuit igitur lis de verbo; nihilominus obloquentes anni 1170. nomine haereseos condemnati sunt.

Adduntur hic documenta, quae sententias damnationis continent et quae ipse scriptor nuper invenit in monasterio Vatopedino in monte Athone.

E. Rédin, Голгоѳскій крестъ въ лицевыхъ рукописахъ сочиненія Козмы Индикоплова. (De cruce Golgothensi in codicibus manuscriptis Cosmae Indicopleustae.) II. 541—573. Imagines crucis in Byzantinis et Russicis manuscriptis pertractantur. Crux antiquae periodi artis christiana invenitur in solo codice manuscripto Cosmae Laurentiano; manu-

scriptum physiologi Smyrensis exhibet iam crucem II. periodi i. e. post IX. saec., quod indicant duo angeli. In codicibus Russicis minoribus Cosmae invenimus duplicem crucem: octoformem et septiformem. Prior forma profecta est ab arte Byzantina IX. saeculi. Sub cruce eminet ubique culmen Golgothae cum calva Adami, recta videmus murum Hierosolymitanum et in lateribus imagines Petri et Pauli, Isaiae et Ieremiae, Iacobi Alphaei et Silvestri papae. Loco Iacobi est in duobus manuscriptis Clemens Romanus. Cum in codice Laurentiano ad crucem stent soli apostoli Petrus et Paulus, conicitur compositionem posteriorem ortam esse apud Russos vel Austro-Slavos.

Vlad. Sařarov, Опытъ изслѣдованія текста 'Ἐκ τοῦ Σπανέα'. (Conamen examinandi textum 'Ἐκ τοῦ Σπανέα') I. 99—114. Sub nomine Σπανέα tradit nobis Krumbacher Byzantium carmen didacticum. Ex multis textibus idem поэма experimentibus antiquitate excellit is, qui e manuscripto saeculi XIII. descriptus editus est. Commenta aliorum de carminis huius fonte et proposito Sařarov refutat ostendens multos locos omnino respondere didacticis libris Sacrae Scripturae. Opinionem a Schmitt, propositam hoc carmen esse Alexii Comneni cum in textu Vat. 1276. referatur ad filium Mariae, sororis Alexii et uxoris regis Siciliae incertam iudicat; nomen Σπανέας enim in inscriptione textus antiquissimi non legitur et in aliis textibus valde mutatur. E vocibus formâ quidem veteribus, sed novis elocutione et significatione id carmen saec. XII. ortum esse conicit. — Defuncto hoc scriptore commentatio mansit imperfecta.

N. A. Weiss, Βυζαντιναὶ ἐπιγραφαὶ Γορτυνίας. I. 63—72 agit de non nullis inscriptionibus in Gortynia inventis.

M. Krašeninnikov, О рукописномъ преданіи Константиновскихъ »извлеченій о посланіи«. 'Ἐκλογαὶ περὶ πρέσβεων. Huius commentationis maior pars edita est iam in VIII. tomo an. 1901. et X. an. 1903. Idem in supplemento huius XI. tomis edidit »Svěděnija o grečeskih rukopisjach kanoničeskago soderžanija v bibliotekah monastirej Vatopeda i Lavry Sv. Athanasija na Athoně (104 p.) ubi describit 50 manuscriptos codices monasterii Vatop. et 41 Lavrae.

— a

SERBICA.

Glasnik Pravoslavne Crkve. — Tauruni (Belgrad) 1905. Nr. 6—9.

S. U. Veselinović: Sirmijska episkopija u IV. veku. (Dioecesis Sirmiensis saeculo IV.). 463—480.

Descripto statu dioecesis ab eius incunabulis et tempore persecutionum, reicitur (468—469) opinio aliquorum scriptorum (Pavlić, Arianstvo u Panoniji Srijemskoj), Sirmium iam ante concilium Nicaenum fuisse sedem metropolitanam et episcopum Domnium (Dominion) Pannoniensem, cuius nomen est inter episcopos enumeratos Nicaeae ut praesentes, metropolitam Sirmensem; potius dicendum esse eum fuisse episcopum Stridonensem, sicut in aliis scriptis revera nominatur, et »Pannoniensem« ideo ipsum dici, quia erat episcopus provinciae (politicae, non ecclesiasticae) Pannoniensis. Porro tractatur de episcopo Photino eiusque haeresi, de conciliis Sirmii a. 351., 357. et 358. habitis ac de tribus formulis Sirmiensibus, quae dicuntur (470—479), denique de interitu dioecesis ab Attila impugnatae (a. 441).

Idem: Biblijski Apokrifi (De libris apocryphis). 569—577. —

Assignata varia significatione, qua diversis temporibus vox »apocryphi« usurpabatur, ejusque definitione posita »Apocryphi sunt libri, quos ecclesia ex canone s. Scripturae excludit non tantum quia inspirati non sunt, sed etiam quia errores in se continent« pag. 571. recenset singulos libros apocryphos utriusque Testamenti et quae de eis nota sunt, adnotat. Quod ad disserimen inter libros apocryphos

deuterocanonicos et pseudoepigraphos attinet consentit cum theologis catholicis contra protestantes. (p. 571.)

S. Domentjan, Religiozna arhitektura istoka (De Orientis architectura religiosa) 480—490 (Aegyptus); 577—582 (Phoenicia).

Supplementi instar eduntur »Lectiones ex patrologia« (Lekcije iz Patrologije) conscriptae a S. M. Veselinović; hucusque editae sunt pg. 1—32. — Aliud supplementum est (pg. 1—16) celebre opus Vigouroux »Manuel biblique« versum ex recentissima (XI.) editione gallica; versioni operam dat prof. P. Protic, qui in introductione magnopere laudat Vigouroux. P. Protic nonnullas sententias Vigouroux vel omisit vel mutavit, maxime ubi »ratio (tendencije) catholica« auctoris clarius appetet, velut in tractatu de inspiratione, de canone, de regulis interpretationis etc.

G. R.

„Istočnik“ 1905. nr. 1—12 (Pg. 400). Dirigente prof. I. Radonić. — Prodit singulis mensibus in Sarajevo, pretio 8 Cor. —

Toto anno 1905 una tantum allata est dissertatio »scientifica«, scilicet: »Byzantii ad ecclesiam Romano-catholicam relatio ante diuidium saec. XV (ad illustrandam unionem Florentinam; conscripsit dr. I. Radonić), pg. 4 sqq., 34 sqq. Relique dissertationes graviores e lingua Russica translatee sunt In disciplina ac scientia theologica igitur folium hoc non multum valet; tamen clero pastorali et omnibus, qui condiciones ecclesiae »orthodoxae« in Bosnia et Hercegovina cognoscere volunt, magna est utilitas.

Nr 7—8. typis expressa sunt statuta ecclesiae Serbicae (cf. Slav l. th. 1906, pg. 58), a patriarcha Constantinopolitano et imperatore austriaco approbata. — Nr. 12 (pg. 350—366) publicatae sunt litterae, quas metropolitae una cum statutis tamquam commentarium quendam patriarchae miserunt; litterae ad statuta recte intelligenda multum iuvant. Hucusque in Bosnia-Hercegovina inter Serbos in rebus ecclesiasticis magna confusio ac perturbatio dominabatur; statuta praesentia demum res ecclesiasticas ordinare intendunt. Statutis, ab episcopis ad exemplar ecclesiae Constantinopolitanae et ecclesiarum autocephalarum (a patriarcha Cpo independentium) redactis, viri e clero ac populo electi nonnulla (12) capita a statutis discrepantia tamquam »votum separatum« adiunixerunt (pg. 366—374). Quae capita imprimis regiminis civilis »non orthodoxi« in res ecclesiae vim omnino amovendam esse conclamat; praeterea potestatem episcoporum limitandam esse. Patriarcha quod ad influxum gubernii civilis attinet, »voto separato« nihil concessit; potestatem episcoporum autem revera iuxta capita voti separati limitavit in re certe gravi, nempe de eligendis membris iudicij episcopalis, quorum 6 a clero ac populo et solum 2 ab episcopo elegentur (§ 181.).

In parte bibliographica omnes libri Serbici theologici notantur, partim etiam recensentur. — Nr. 4 (pg. 126) »Slav l. theol.« paucis recensentur

G. R.

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIUSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT.

VI.

Doctrina Russorum de canone Veteris Testamenti.

Concinnavit Jašek Ad.

Non omnes occidentales auctores pertractantes historiam canonis Veteris Testamenti attingunt etiam doctrinam Russorum theologorum de canone librorum sacrorum V. T. Nonnulli scriptores proferunt quidem hac de re opiniones, sed plerumque non veras, praecipue vero nullas vel falsas de auctoritate deuterocanonicorum librorum N. T. apud Russos.

Legamus, quae scribit Aug. Dendero¹⁾: „Ecclesia Graeco-Russica seu Moscovitica quoad canonem cum ecclesia Catholica quoque convenit. Id constat tum in genere ex eo, quod Moscovitae eandem fidem cum Graecis profiteantur, tum in specie ex authentico indice a. 1582. Moscoviae confecto, omnium capitum doctrinae, in quibus Graeci et Russi ab Ecclesia Catholica discrepant; si quidem in eo de librorum canone nulla fit mentio. Id ipsum praeterea ex eo erinitur. quod inter varias controversias, quae variis temporibus exortae sunt inter Ecclesiam Russicam et Ecclesiam Catholicam de canonica auctoritate librorum numquam fuit disputatum“. Rud. Cornely²⁾ in praeclara sua *Introductione prolatis sententiis Photii et Cyrilli Lucaris demonstrat ex operibus a Kimmel³⁾ editis biblia Russorum recte omnes nostros deuterocanonicos libros suis locis inter protocanonicos continere et Philaretum metropolitam in *Catechismo* suo exclusis s. Cyrilli Hierosolymitani et s. Athanasii auctoritate libris deuterocanonicis a canone doctrinas protestanticas inter Russos propagasse. Eadem a V. Strack⁴⁾ et Cornely accepit A. Loisy⁵⁾. Dr. Herm. Zschokke⁶⁾ in adnotatione quadam eximiae alioquin Historiae A. T. exclamat: „Pro dolor! Etiam Russorum theologi recentiores quoad valorem librorum deuterocanonicorum sententiam Protestantium tuentur. Confer Macaire Int p. 493. W. D. Philaret, Archiepiscopus Mosoviensis († 1867) primus docebat. Libros deuterocanonicos non esse inspiratos, sed solummodo tamquam ab omni errore fidei et morum immunes ab Ecclesia declaratos“ Copiose et omni cum diligentia perscribitur historia et status canonis V. T. apud Russos usque ad tempora Philareti (quae sequuntur minus pertinent ad historiam canonis) in opere, quod scripsit episcopus Mullen⁷⁾ sed non usus fontibus russicis — recentioribus omnibus omissis — totam doctrinam, praecipue praesentem theologorum Russorum afferre non potuit. Sapienter scribit Dr. Jar. Sedláček⁸⁾ in sua *Introductione*: „Ecclesia russica in concilio Hierosolymitano a. 1672. cum Graecis faciebat et Graecorum canoni consentiebat. Aliquando addit autem Psalmum 151, Orationem Manassis ad finem Paralipomenon et quartum librum Esdrae ad finem V. T. In nonnullis editionibus*

¹⁾ Aug. Dendero, *Institutiones biblicae ad mentem Leonis XIII. in Encyclica „Providentissimus Deus“ tiron. accommodatae* ²⁾. Genuae 1895. p. 107.

²⁾ Rud. Cornely, *Historica et critica Introductio in U. T. libros sacros. Pars I. Introductio generalis*. Parisiis 1885. p. 119—121.

³⁾ Ernestus Julius Kimmel, *Monumenta fidei Ecclesiae Orientalis* Jenae. MDCCCL

⁴⁾ Artic. Kanon in Herzog's Real-Encyclopedie. 2ed. VII. p. 446.

⁵⁾ A. Loisy, *Histoire du Canon de l'Ancien Testament*. Paris 1890. p. 243—245.

⁶⁾ Dr. Hermannus Zschokke, *Historia Sacra Antiqui Testamenti* ⁵⁾. Vindobonae 1903. p. 386.

⁷⁾ Tobias Mullen, *The Canon of the Old Testament*. New York. 1892. Chapter XIV.—XVII. p. 196—261.

⁸⁾ Dr. Jar. Sedláček, *Úvod do knih Starého Zákona*. Praha 1904. 05. 53 p. 40.

fit discrimen ita, ut libri deuterocanonici appellantur verbis s. Athanasii, qui dicit, eos utiles esse ad legendum.“

Ut praesertim falsas opiniones prolatas a Dendero — ecclesiam Moscoviticam convenire quoad canonem cum ecclesia catholica — et a Zschokke — Philaretum primum alienam a traditionali doctrinam propagasse — everteret, Alexander Dombrovski, sacerdos seminarii in Kovno, scripsit in *Revue biblique*⁹⁾ commentationem, ubi allegatis locis ex theologicis libris orthodoxorum scriptorum demonstrare vult iam per totum saeculum XVII. fuisse communem doctrinam theologorum Russorum, id quod Philaretus docuit.

Quae est igitur doctrina russicae ecclesiae de canone librorum V. T.? In conciliis ecclesiasticis a Russis ipsis quæstio haec hucusque decisa non est¹⁰⁾, qua de causa agi potest solummodo de doctrina singulorum Russorum theologorum in catechismis et theologicis libris approbatis et ad studium praescriptis a s. synodo.

Russorum theologi numerant inter dogmaticos errores in doctrina Romanae ecclesiae etiam *discrepantium* quoad numerum librorum sacrorum V. F. In libro a s. synodo ad usum seminariorum approbato Программа обличительного Богословія для духовныхъ семинарій legimus: „Defectio romanae ecclesiae a doctrina ecclesiae russicae... In fontibus doctrinae eccl.: De sacra scriptura et traditione: Adiectio canoni V. T. librorum apocryphorum“¹¹⁾. Eug. Uspenskiij¹²⁾ de memorato Ecclesiae catholicae „errore“ agens, haec dicit: „Defectio ecclesiae romanae ab orthodoxa consistit in primis in eo, quod de canone librorum V. Foederis secus indicat. Docens enim convenienter cum ecclesia orthodoxa Verbum Dei i. e. Sacram Scripturam et Sacram Traditionem unicum doctrinae christianaæ fontem habendas esse, ecclesia Romana recessit ab orthodoxa in doctrina de Sacra Scriptura in eo, quod librorum V. F. canonem auget, adiciens libris canoniciis V. F. etiam non canonicos“. Enumeratis libris deuterocanoniciis pergit: „Omnes hos libros ecclesia Romana iuxta definitionem conc. Tridentini corpori canoniconum librorum adiungit eandemque atque his auctoritatem eis attribuit. Iam vero id contrarium est doctrinae ac fidei antiquæ ecclesiae iudaicae, quae secundum eandem fidem omnia piorum virorum scripta, post aetatem prophetarum in lucem emissâ atque a latinis divinitus inspirata habita, quamvis magnopere veneretur, in canonem tamen librorum divinitus inspiratorum nequaquam rettulit, sed

⁹⁾ Alexander Dombrovski, La doctrine de l'église russe et le canon de l'Ancien Testament. *Revue biblique*. Paris. 1901. Tom. X. p. 267 - 277.

¹⁰⁾ Cfr. G. Smirnov-Platonov, Неканонические книги Ветхого Завета в Правосл. Обозрѣніе 1862. IX. p. 24, — P. Jungsarov, Общее историко-критическое введеніе въ священныя ветхозавѣтныя книги. Казань. 1902. p. 204.

¹¹⁾ P. 1: Отступление римской церкви отъ православной въ учениі: . . . Объ источникахъ церковнаго учения: Свящ. Писаниі и свящ. Преданії . . . включение ветхозавѣтныхъ апокрифическихъ книгъ въ число каноническихъ.

¹²⁾ Evg. Uspenskij, Обличительное Богословіе 3. С. Петербургъ. 1898. p. 17—19. Cfr. Alex. Dombrovski, *Revue biblique*, l. c.

eidem solum apposuit. Qua igitur ratione ducuntur theologi Romani, cum eiusmodi scripta canoni librorum divinitus inspiratorum inserunt? In concilio Tridentino sess. IV. definitum est non esse opus conformari Iudeis, qui nonnullos libros sacros Codici librorum divinitus inspiratorum non inseruerint, sed sequendam esse hac in re traditionem ecclesiae christiana. Nam vero quaeritur, in quo fundata sit haec traditio? Si enim credimus ecclesiac V. F. teste apostolo concredita fuisse eloqua Dei (Rom. 3, 2), ergo credendum est etiam illam Deo auctore fideliter ea integra (въ правильномъ видѣ) et tenuisse et conservasse. En causa, cur christiana ecclesia N. T. et recipere debuerit et reapse receperit tot et tales libros sacros V. F., quot et quales ab ecclesia V. F. tenebantur, nulla immutatione admissa“.

Jungerov in libro suo ab ecclesiastica congregatione Kazaniensis academie approbato, qui ad optimos id generis in russica theologica litteratura pertinet, delineata historia canonis V. T. ad finem summam faciens adicit¹³⁾: „Russica orientalis christiana ecclesia ab ipso principio usque ad hoc tempus in quaestione de canone iudaicam traditionem et iudaicum canonem sequebatur; ita decernebatur apud nos haec quaestio per patres, concilia et doctos theologos. Non canonorum librorum auctoritas non aequiparabatur canoniceis et legebantur a catechumenis et ad excitandam pietatem.“

Iidem quoad auctoritatem aestimabantur magis profanis quotidianis operibus, adiebantur semper operibus bibliisticis et editionibus bibliorum et ducebantur stabiles (immutabiles) partes bibliorum — verba Dei. Occidentalis Romana ecclesia a principio usque adhuc in oecumenicis conciliis, decretis pontificum et canonibus aequiparat non canonicos libros canoniceis. Ecclesiae protestanticae, cum inclusissent canonem V. T. in canonem iudaicum, reiecerunt omnem auctoritatem non canonorum librorum et eiecerunt eos ex bibliis, maxime in editionibus Societatum biblicarum“.

Secundum haec verba alia est igitur doctrina Russorum de canone V. T. atque doctrina ecclesiae Romanae, et alia atque ea, quam theologi protestantici in scriptis et bibliis propagant atque tacentur.

¹³⁾ Общее введение р. 217: Православ. восточная христіанская церковь, съ самаго начала и до послѣдняго времени, руководилась въ вопросѣ о канонѣ іудейскимъ преданіемъ и іудейскимъ канономъ; такъ рѣшался здѣсь этотъ вопросъ отцами, соборами и учеными богословами. Неканоническія книги не уравнивались въ авторитетѣ съ каноническими и назначались для чтенія оглашеннымъ и для нравственного назиданія. Но онъ по авторитету всегда ставились выше обыкновенныхъ естественныхъ произведеній, помышлялись всегда въ библіческихъ спискахъ и изданіяхъ и считались неизмѣнною частію Библіи — слова Божія. Западная римская церковь издревле и до послѣдняго времени, въ общечерковныхъ соборахъ, папскихъ и каноническихъ опредѣленіяхъ, придавала неканоническимъ книгамъ авторитетъ равный съ каноническими . . . Протестантскія общины, ограничивъ ветхозавѣтный канонъ іудейскимъ канономъ, отвергли всякий авторитетъ неканоническихъ книгъ и изъяли ихъ изъ состава Библіи, особенно въ изданіяхъ Библейского общества.

Ad quaestionem, quosnam libros canonicos V. T. theologi ecclesiae orthodoxae nominent, respondeo verbis catechismi ecclesiae russicae a Philareto compositi¹⁴⁾. Q(uaestio): Quot sunt libri sacri Veteris Testamenti? R(esponsio): S. Cyrillus Hierosolymitanus, s. Athanasius Magnus, s. Ioannes Damascenus numerant 22; quos ab Hebraeis lingua sua conscriptos servari. Cfr. Ath. Ep. 39 de Fest., Ioan. Dam., De Fide orthodoxa libr. IV. c. 17. Q.: Cur Hebraeorum numeratio consideratione digna est? R.: Quia ipsis, ut s. apostolus Paulus loquitur, concredita fuerunt eloquia Dei; et christiana ecclesia V. T. accepit libros sacros N. T. ab ecclesia hebraica V. T. Rom 3, 2. Q.: Quomodo igitur numerant libros sacros V. T. santus Cyrillus et sanctus Athanasius? R.: Hoc modo: 1. Liber Genesis, 2. Exodi, 3. Leviticus, 4. Numeror., 5. Deuteronomii, 6. Iosue, 7. Iudicum et una cum eo ut additamentum liber Ruth, 8. primus et secundus liber Regum, ut duas unius libri partes, 9. tertius et quartus liber Regum, 10. primus et tertius liber Paralipomenon, 11. liber Esdrae primus et secundus eiusdem vel quo nomine Graeci utuntur, liber Nehemiae, 12. Esther, 13. liber Iob, 14. Psalterium, 15. Proverbia Salomonis, 16. Ecclesiastes eiusdem, 17. Canticum Cantorum eiusdem, 18. liber prophetae Isaiae, 19. Ieremiae, 20. Ezechielis, 21. Danielis, 22. duodecim prophetarum[“]. Enumeratos libros habet nunc russica ecclesia pro divinis et canonicis eandemque auctoritatem, quam ecclesia catholica, eis tribuit. Haec est communis hoc tempore theologorum Russorum doctrina, „quam in scholis et in libris docere pergunt“¹⁵⁾.

¹⁴⁾ Пространный християнский катехизисъ правосл. каѳолич. вост. ц., разсматр. и одобр. Святѣйшимъ Синодомъ. Москва. 1842, р. 10—12: Вопр.: Сколько священныхъ книгъ Ветхаго Завѣта? — Святый Кирилль Іерусалимскій, святый Аѳанасій Великій и святый Ioannъ Дамаскинъ считаютъ ихъ двадцатъ двѣ, примѣняясь къ тому, какъ ихъ считаютъ евреи на своемъ первоначальномъ языке. Аѳан. посл. 39 о праздн. Ioan. Dam. Богосл. кн. 4, гл. 17. — Вопр. Почему достойно внимания счисление евреевъ? — Потому что, какъ говорить апостолъ Павелъ, ввѣренна быша имъ словеса Божія, и новозавѣтная християнская церковъ приняла ветхозавѣтныя священныя книги отъ ветхозавѣтной церкви еврейской. Рим. 3, 2. — В. Какъ же исчисляютъ ветхозавѣтныя книги святый Кирилль и святый Аѳанасій? — Слѣдующимъ образомъ: 1. Книга Бытия, 2. Исходъ, 3. Левитъ, 4. Числь, 5. Второзаконіе, 6. Іисуса Навина, 7. книга Судей и вмѣстѣ съ нею, какъ бы ея прибавленіе, книга Руѣъ, 8. первая и вторая книга Царствъ, какъ двѣ части единой книги, 9. третія и четвертая книги Царствъ, 10. первая и вторая книги Паралипоменона, 11. книги Ездры первая и вторая его же, или по греческому наименованію, книга Нееміи, 12. Есопръ, 13. книга Iова, 14. Псалтиръ, 15. Притчи Соломона, 16. Екклесіасть его же, 17. Пѣснь Пѣсней его же, 18. книга пророка Исаїи, 19. Іереміи, 20. Іезекіїля, 21. Даніила, 22. двѣнадцати пророковъ.

¹⁵⁾ Cfr. Alexander Dombrovski, Revue biblique, c. p. 273. Eundem numerum et ordinem librorum canoniconum V. T. habent: A.. Makarij, Введеніе въ православное богословіе. С. Петербургъ 1847. § 124. P. Jungerov, op. cit., p. 207.

Inquiramus monumenta et scripta, quae ad fidem ecclesiae russicae pertinent, ut videamus sintne vera verba a Jungerov prolata¹⁶⁾: „Russica orientalis ecclesia ab ipso principio usque ad hoc tempus in quaestione de canone a iudaica traditione et iudaico canone non recessit; sic apud nos haec quaestio per patres, concilia et doctos theologos disceptabatur.

Fidem et Sacram Scripturam acceperunt Russi a sancto Methodio. In Vita s. Methodii traditur hic Sacram Scripturam ex graeca lingua in linguam veteroslavicam vertisse exceptis libris Maccabaeorum¹⁷⁾.

Nestor mentionem faciens rerum a ss. apostolis nostris, gestarum notat: „Deinde verterunt Psalterium, oktoichon et ceteros libros“. E contextu et praecipue e sequentibus verbis eius cognoscimus nomine „ceterorum librorum“ eum intelligere ceteros libros Sacrae Scripturae, sc. omnes praeter Psalterium. „Methodius instituit duos presbyteros tachygraphos magnos et vertit omnes libros omnino ex lingua graeca in slavicam“ (Létopis' Nestorova cap. XX.).

Monumentis ipsis verba Vitae (aut Nestoris) non possumus probare, praesertim, cum versio librorum deuterocanonicorum in veteribus codicibus non sit conservata — occupata Russia a barbaris Tartaris saec. XIII. cultus in Russia sit disturbatus et multa pretiosaque monumenta dissipata, quo loco etiam codices et multi libri Sacrae Scripturae prorsus perierunt — exceptis fragmentis Sapientiae Salomonis et Iesu filii Sirach. Brevi tempore post mortem s. Methodii versio veteroslavica erat per totam Russiam pervulgata, prout testantur codices manuscripti bibliorum et loci biblici a scriptoribus allegati, qui ex his temporibus ad nos usque permanerunt „A saeculo XV. praeter alios codices et fragmenta librorum sacrorum ad nos manavit codex totius Sacrae Scripturae — qui dicitur codex Gennadii, eiusque non unicum tantum exemplar. Ab omnibus agnoscitur manuscripta Gennadii continere slavicum textum Sacrae Scripturae non ex tempore transcriptionis, sed a parte antiquior em, grammatice, phonetice palaeographice saec. XI. redolentem, itaque aetati ss. Cyrilli et Methodii propinquum cum bulgaricis quidem correcturis. Novitate differt ibi textus librorum Regum et prorsus aliam atque Cyrillo-Methodianam originem habet textus Paralipomenon, Esdrae, Nehemiae, Esther, Tobiae, Iudith, Sapientiae Salomonis: qui libri translati sunt e Vulgata, quod tempore Gennadii esse factum videtur. Sed evenisse potest etiam, ut, hi libri, etsi vetere Cyrillo-Methodiana versione propagati essent in Russia, tamen, tempore Gennadii non invenirentur et etiam hucusque ignoti

¹⁶⁾ Vide supra.

¹⁷⁾ Ioannes, exarcha Bulgar. (892—927) testatur: »Великій Божій архієпископъ Мсөодій, братъ св. Кирилла, преложи вся уставныя книги 60 отъ езлинска языка на словенскъ«. Nonnulli theologi russici (Filaret, prof. Malyševskij, Gorskij, Nevostroev) putant verbum »уставныя« = κεκαυσιμένα et numerum sexaginta indicare s. Methodium solummodo protocanonicos libros vertisse (V. T. 33 et N. T. 27) et terminum „libros Maccabaeorum“ continere nominationem (pars pro toto) librorum deuterocanonicorum. Sed similes conclusiones sunt mera commenta parentia argumentis.

sint. Hoc modo tota Sacra Scriptura in Slavicum versa per dudum in Russia pervulgata est". Id sine ira et studio prof. Jungerov confitetur¹⁸⁾.

Quaestio nunc est, qualem auctoritatem sancti nostri apostoli, sive omnes libros Sacrae Scripturae transtulerunt, sive quacumque de causa versionem quorumdam omiserunt, libris deuterocanonicis tribuerint, cum de protocanonicis nulla sit controversia.

Profecti sunt sancti fratres e Thessalonica saeculo IX. Certe doctrinam attulerunt, quae ea aetate de canone in Oriente communis erat. Doctrinam eandem tunc fuisse in Oriente et Occidente cognoscimus ex eo, quod fratres ad eam confirmandam Romam venerunt et Papa Hadrianus eorum doctrinam revera comprobavit.

Qualis igitur fuit in Oriente et Occidente eo tempore, (saec. VIII. et IX.) status doctrinae de canone?

In Oriente, exceptis duobus viris, qui hac in re nec usum nec doctrinam suae aetatis sequebantur, communis erat doctrina de canone librorum sacrorum V. T. consentanea cum decretis conciliorum Carthaginiensium (III. a. 397¹⁹⁾ et IV. a. 419²⁰⁾ ignorantium discrimen inter auctoritatem, vim dogmaticam, originem divinam librorum protocanonicorum et librorum deuterocanonicorum. Maximi momenti est pro nobis etiam testimonium Photii. „Qui maximus ecclesiae occidentalis hostis et adversarius, quum ad suum schisma excusandum minimas, quae eo tempore Orientales inter et Occidentales extiterunt, discrepantias conquereret, non tantum canonis diversitatem silentio non presisset, nisi hac in re perfecta harmonia adfuisset, sed etiam in suo Nomocanone et sua canonum collectione Carthaginiense decretum de V. et. N. T. libris non retulisset, nisi illud in graeca ecclesia vim legis habuisse. Postquam vero a Romana unitate omnino recesserunt, Graeci eundem canonem retinuerunt"²¹⁾.

Theologi Russorum²²⁾ pro sententia sua ad eius aetatis Patres S. Ioannem Damascenum († 754) et Nicephorūm, patriarcham Constantinopolitanum (806—815) provocant. Quod priorem attinet, cuius auctoritatem orthodoxi magni aestimant²³⁾, verum est eum adduxisse viginti duos libros in quatuor Pentatechos cum appendice duorum librorum divisos²⁴⁾, sed eius testimonium ad doctrinam de canone momentum non affert, quia non suam, sed s. Epiphanii recensionem canonis synagogae solummodo transcripsit, nec raro libris Sapientiae et Ecclesiastico pro divinis usus est²⁵⁾. „Nicephorus in sua Stichometria a Synopsi

¹⁸⁾ Obšče ist.-kr. vvedenie, p. 512—513.

¹⁹⁾ Mansi, Coll. Concil., III., p. 924.

²⁰⁾ Mansi, Coll. Concil., IV., p. 430.

²¹⁾ R. Cornely, Introd., p. 119—120.

²²⁾ P. Jungerov, O. i.-k. vved., p. 181—182.

²³⁾ P. Jungerov, l. c.

²⁴⁾ De fide orthodoxa. IV., 17. Migne, Patrol. gr. 94, 1180.

²⁵⁾ R. Cornely, Introd., p. 121. Loisy, Hist. du Can. p. 144—145. M. Magnier, Etude sur la Canonicité des Saintes Ecritures. I. Paris 1892, p. 316—319.

Ps.-Athanasiana, quam in compendium rededit, totus dēpendet, ita ut nec suam nec suae aetatis, nec suae ecclesiae sententiam referre dicendus sit, sed velut historicus fidelis anterioris cuiusdam aetatis documentum conservare voluerit; idque eo magis est concedendum, quia stichometria eius non est nisi chronographiae eius appendix quaedam²⁶⁾.

Ne unus quidem scriptor aetate ss. apostolorum Slavorum canonem Palaestinensem defendit: propterea iure concludimus ss. Cyrillum et Methodium in patria ad doctrinam, qua eadem auctoritas deuterocanonicas ac protocanonicas libris vindicatur, adsuevisse. Quae doctrina Romae non potuit labefactari, sed affirmata est, quippe quae eadem in Occidente ab universa ecclesia eo tempore ut communis recepta esset²⁷⁾.

Quem statum doctrinae de canone saec. VIII. et IX. etiam theologi Russorum agnoscent. „In hoc discrimine, quod orientales orthodoxi theologi (sc. s. Ioannes Dam. et Nicephorus) inter canonicos et non canonicos libros V. T. fecerunt, tamen etiam hi inseruntur semper bibliorum exemplaribus. Numerosi codices manuscripti superstites²⁸⁾ graecorum bibliorum a saec. VI.—XVI. plerumque una cum canonici continent etiam non canonicos libros totos aut fragmenta eorum. In exemplaribus versionis syrohexaplaris, confectae a Paulo, episcopo Telli (613—616), qua ecclesia syriaca utebatur, etiam omnes non canonici libri inveniuntur, item in armenica, arabica et veteroslavica Cyrillo-Methodiana versione comprehendebantur omnes non canonici libri, in hac ultima tamen exceptis libris Maccabaeorum. In liturgia libri non canonici in orthodoxo-orientali ecclesia sine dubio adhibiti sunt²⁹⁾.

Num igitur aliam doctrinam ss. Cyrillum et Methodium tradidisse putabimus atque eam, quam totus Oriens et Occidens unanimiter et concorditer confitebatur!³⁰⁾

²⁶⁾ R. Cornely, Introd., p. 120 Cfr. Loisy, Hist. du Can., p. 145—149; Magnier, Étude, I., 319—323.

²⁷⁾ R. Cornely, Introd., p. 118. Fr. Vigouroux, Dictionnaire de la Bible. Paris. T. VIII., p. 161.

²⁸⁾ Cfr. Henry Barclay Swete, An Introduction to the Old Testament in Greek¹. Cambr. 1902, p. 122—170.

²⁹⁾ P. Jungerov, Obšeé vved., p. 183: «При указываемомъ восточными православными богословами различіи въ авторитетѣ каноническихъ и неканоническихъ ветхозавѣтныхъ книгъ, послѣднія помѣщались всегда въ составѣ библіическихъ списковъ. Сохранившіяся многочисленныя греческія библійскія рукописи съ VI.—XVI. вв. содержать обычно въ цѣльномъ видѣ или отрывками и неканоническія книги въ ряду съ каноническими. Въ спискахъ спрогексапляриаго перевода, составленного Павломъ, епископомъ Теллы (613—616 гг.), и имѣвшаго церковное употребление въ спрской церкви, находятся и вѣсѣ неканоническія книги; также въ армянскомъ, арабскомъ и древнеславянскомъ Кирилло-Меѳодіевскомъ переводахъ находились вѣсѣ неканоническія книги, въ послѣднемъ вирочемъ «развѣ Маккавей». При богослуженіи неканоническія книги въ православно-восточной церкви, иссомнѣнно, употреблялись».

³⁰⁾ M. L'Abbé Const. Chauvin, La Bible depuis ses origines jusqu' à nos jours³. II. Paris 1903, p. 19: „Quoi qu'il en soit, les hésitations de ces deux Pères (sc. s. Ioan. Dam. et Gregorii [590—604]) . . ne

Consentient critici vetero-slavicam versionem Sacrae Scripturae factam esse e LXX., eamque e textu, quem Lucianus³¹⁾ recensuit. LXX. autem omni discrimine inter protocanonicos et deuterocanonicos libros sublato omnes pari auctoritate continet. Id iudicandum est etiam de versione veteroslavica. Ne unum quidem exemplar huius priscae versionis usque ad nos pervenit: Pentateuchus extat cum subscriptione Cyrilli Novgorodensis sacerdotis a. 1136, ex tempore posteriore Iosue, Iudicum, Ruth, Prov. Salomonis, ex XI. saec. Psalterium, quos omnes libros philologi reliquias esse veteroslavicae cyrillo-methodianaee versionis existimant. Demum ab a. 1581. cura Constantini principis Ostrogae editi sunt omnes libri sacri lingua vetero-slavica, in quibus (secundum bibl. Gennadii 1499) Paralipomenon, primum Esdrae, Nehemiae, Tobiam, Iudith, primum et secundum Maccabaeorum e Vulgata, Estheris prima 16 cap. e hebraico³²⁾, ultima 6 e Vulgata versa esse, omnesque ceteros libros e codicibus LXX. originem duxisse iudicant. Hic libri deuterocanonici cum protocanoniciis eodem loco et numero habentur. Ab hac celeberrima editione Sacrae Scripturae Ostrogensi omnes posteriores editiones bibliorum russicorum semper utrosque libros V. T. continent³³⁾. In editionibus huins temporis (ed. 1882) a s. synodo approbatis inveniuntur hi libri V. T.: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudices, Ruth, I.—IV. Regum, I., II. Paralip., I. Esdrae (I. Esdrae Vulg.), liber Nehemiae, II. Esdrae (III. apocr. Vulg.), Tobias, Iudith, Esther (cum fragmentis deuteroc.), Iob, Psalterium, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Cantorum Salomonis, Sapientia Salomonis, Sapientia Iesu, filii Sirach, Iesaias, Ieremias. Lamentationes Ierem., Epistola Ieremiae (Baruch VI.), Baruch, Ezechiel, Daniel (cum fragmentis deuterocan.), duodecim Proph., I., II., III. Maccabaeorum, IV. Esdrae (IV. apocr. Esdrae Vulg.)³⁴⁾ Libri deuterocanonici commiscebantur protocanoniciis; demum ultimo hoc tempore in nonnullis editionibus ante libros deuterocanonicos adnotatur: „utiles ad legendum“.

Antiqui scriptores Russorum numquam faciunt discriminem auctoritatis divinae originis librorum protocanoniconum et deuterocanoniconum.

trahissent que de sentiments individuels et ne diminuent en rien la foi générale de l'Eglise qui, depuis le VI^e siècle jusqu' au X^e, admit intégralement la Bible et crut à sa divine auctorité". Cf. Mangenot in Dictionnaire de Théologie catholique. II. Paris 1904 (Canon).

³¹⁾ Cfr. M. Blagověščenskij, Книга Плача. Kievъ 1899, p. 217—220: P. Jungerv, O. i-k vved., p. 394; De Lagarde, Librorum V. T. canoniconum pars I. Göttingen 1883, p. XV.; H. Barclay Swete, An Introduction², p. 121; Carl Heinr. Comill, Einleitung in die kanonischen Bücher des Alten Testaments. Tübingen 1905. 5 ed., p. 329. In Kitto-Cyklopaedia — artic. Versions ponitur veteroslavicam versionem e Vetere Itala factam esse.

³²⁾ Al. Sobolevskij, prima 9 capita e Graeco iam ante a translata fuisse arbitratur (Věstnik archeologii i istorii X.).

³³⁾ Nest. Dagaev, Історія встхозавѣтного канона. С. Петербургъ. 1898, p. 254.

³⁴⁾ In nonnullis editionibus adduntur: CLf. Psalmus in fine Psalterii et Oratio regis Manassis in fine II. Paralip.

corum N. T. Nestor, antiquissimus scriptor (1056—1114) annualium Russorum, monachus claustris Pečerensis, multum in Sacra Scriptura volutatus, quam saepissime allegat in operibus suis, indiscriminatim assert libros protocanonicos atque deuterocanonicos. In Annalibus (Историје) invenimus locos ex Sapientia Sal. 3, 1. 4 (An. cap. XXXIV.), 5, 16—17 (An. cap. XXXIV.), Ecclesiastico 1, 6—17 (An. cap. XLVII.) Daniele 3, 28. 32 (An. cap. LXXVII.), mentionem trium puerorum in camino ignis (An. cap. XXXI.). Verum est hoc in opere non agi de rebus fidei et morum, sed nihilominus cognoscimus Nestorem nullum fecisse discrimen inter libros protocanonicos et deuterocanonicos.

In concilio Florentino (1438—1445) disceptabatur de controversiis inter orientalem et occidentalem ecclesiam, sed nulla fit mentio de canone Scripturarum. Aderant etiam legati ex Russia³⁵⁾. A. 1582. confectus est Moscoviae authenticus index omnium capitum doctrinae, in quibus Graeci et Russi ab ecclesia catholica discrepant, sed de canone librorum sacrorum silebant. Ex quibus sequitur fidem utriusque ecclesiae de canone V. T. iis temporibus eandem fuisse. Et communem hac aetate doctrinam expressit una cum Patribus concilii Florentini Eugenius IV cum in decreto unionis Jacobitarum profiteretur: „Unum atque eundem Deum Veteris et Novi Testamenti, hoc est Legis et Prophetarum atque Evangelii profitetur s. Romana ecclesia auctorem, quoniam eodem Spiritu Sancto inspirante Utriusque Testamenti sancti locuti sunt, quorum libros suscipit et veneratur, qui titulis sequentibus continentur Quinque Moysis Esdra, Nehemia, Tobia, Iudith, Esther, Job . Canticum Cant., Sapientia, Ecclesiastico, Isaia, . Malachia, duobus Maccabaeorum, quattuor Evangelii etc.³⁶⁾. In tota antiquitate russicae litteraturae nihil invenimus, quod canoni librorum sacrorum, quem ecclesia Romana et Graeca agnoscebant, repugnaret, immo vero adsunt documenta, quibus fulcitur sententia: Ecclesia russicam primitus in doctrina de canone V. T. omnino convenisse cum ecclesia catholica.

Cum Cyrillus Lucaris, nimius fautor et defensor Protestantismi³⁷⁾, doctrinam Lutheri et Calvinii propagare coepisset, approbavit canonem

³⁵⁾ Ex Russis orthodoxis unionem ecclesiarum subscripsit Avraamij Suzdalskij.

³⁶⁾ Cfr. R. Cornely, Introd., I., p. 130—131; Loisy, Hist. du C., p. 178—179.

³⁷⁾ „Haud praetereunda est aperta, quam Cyrillus non diutius dissimulavit, ad dogmata reformatorum inclinatio“ . . . confitetur ipse Kimuel, Monum. fid. p. XXXIX. et aliis locis e. g. XIX.—XX., XXXII., XXXVII., XL. Muller, The Canon, p. 206 scribit: „Elevated to this lofty position (patriarchae Alexandrini, a. 1602) he decided on exercising his personal and official influence in the consummation of a project, which he seems to have long contemplated — the adoption of Calvinism in some forme by the schismatical Greeks. With this object in view he opened a correspondence with Cornelius Von Hagen, Dutch ambassador at Constantinople, David le Leu de Wilhelm, a Dutch statesman, John Uyttenbogaert, the Calvinist minister at the Hague, and George Abbot, Anglican archbishop of Canterbury.

viginti duorum librorum V. T. Adducam eius verba, prout a Kimmel³⁸⁾, afferuntur, ut videamus talem doctrinam eo tempore prorsus insolitam fuisse theologis et praesulibus ecclesiae graecae et russicae: „Christiana fidei confessio Cyrilli Lucaris, patriarchae Constantinopolitani; Quosnam libros Sacrae Scripturae nomine dignaris? Sacram Scripturam canonicos omnes libros appellamus, quos tamquam fidei ac salutis nostrae regulam accepimus atque ideo retinemus eaque potissimum de causa, quod divinitus inspiratam nobis suggestant doctrinam, quae tum ad illuminationem et perfectionem illius, qui ad fidem accedit, sufficiat: hunc vero canonorum librorum numerum esse credimus, quem Laodicensis synodus³⁹⁾ pronuntiavit et quem Catholica et Orthodoxa Christi ecclesia a Spiritu Sancto illuminata in hunc usque diem confitetur. At ii, quos apocryphos nominamus, hoc propterea nomine insigniuntur, quod eandem a Spiritu Sancto auctoritatem et approbationem non acceperint, quam qui proprie et citra controversiam pro canonis habentur, quorum ex numero sunt Pentateuchus, Hagiographa ac Prophetae, quos Laodicensis synodus legendos esse statuit, Veteris nempe Testamenti libros viginti duos.“ Sed iam successor patriarchatus eius

Abbot, at the request of Cyril, succeeded in inducing King James to admit to the University of Oxford Metrophanes Critopulus, a native of Berea, who, after studying there, was on his return to spend some time in Germany, in order to be fully equipped for assisting in the evangelization of Greece. The indefatigable Cyril, it seems, had, besides Metrophanes, several other young Greeks studying in Protestant universities, and destined to take part in the labors of the same mission“. Metrophanes Critopulus revera accepit et propagavit doctrinam protestanticam. Cfr. eius Όμολογία τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς apud K i m m e l, II., p. 104—106.

³⁸⁾ K i m m e l, I., p. 42: Ἀνατολική Όμολογία τῆς Χριστιανικῆς πίστεως τοῦ Κυρίλλου: Ἱεράν γραφήν ποιὰ βιβλία καλεῖται. Ἱεράν γραφὴν πάντα τὰ κανονικὰ βιβλία λέγομεν. Ἀπερ ὁδὲ κανόνα τῆς πίστεως ἡμῶν καὶ τῆς σωτηρίας παρελάσθομεν καὶ κρατοῦμεν· μάλισθ’ ὅτι θεόπνευστον ἡμῖν παραβάλλουσι τὴν διδασκαλίαν, καὶ αὐτάρκη κατηγήσαι, φωτίσαι καὶ τελειώσαι τὸν τῇ πίστει προσεχόμενον. Ταῦτα δὲ τὰ κανονικὰ βιβλία τοσαῦτα τὸν ἀριθμὸν εἶναι πιστεύομεν, δοσα ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἀπεργήνατο, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ καθολικὴ καὶ ὅρθοδοξος ἐκκλησία ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος φωτισθεῖσα μέχρι τοῦ παρόντος ὑπαγορεύει. Ἀπερ δὲ ἀπόκρυψα λέγομεν, διὰ τοῦτο τὸ ἐπώνυμον σύνταξις ἔχουσιν, ὅτι τὸ κῦρος παρὰ τοῦ παναγίου πνεύματος οὐκ ἔχουσιν ὡς τὰ κυρίως καὶ ἀναμφιδόλως κανονικὰ βιβλία, ἐν οὓς ἡ τοῦ Μωυσέως πεντάτευχος, καὶ τὰ ἀγιόγραφα, καὶ οἱ προφῆται, ἀτινα ὥρισεν ἀναγνώσκεσθαι: ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς Σιαθήκης βιβλία εἴκοσι δύο.

³⁹⁾ In LX. canone relato ad provinciale concilium Laodicenum, quod habitum est (363?) ab aliquot praesulibus Phrygiae, legimus: „Haec sunt, quae oportet ex Vetere Testamento legi: Genesis, Exodus i. e. exitus ex Aegypto, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus Nave, Indices et Ruth, Esther, Regnorum primus et secundus, Esdrae primus et secundus, liber Psalmorum, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Cantic., Iob, duodecim Prophetac, Isaias, Ieremias et Baruch, Lamentationes et epistolae, Ezechiel, Daniel, Novi autem Testamenti haec. Evangelia quattuor“ etc. Sed multi gravesque scriptores adductum canonem germanum esse negant, cum iam omnes antiqui collectores eum ignoraverint. Cfr. R. Cornely, Introd. I., p. 98—100; Magnier, Etude I., p. 301—305; Loisy, Hist. du Can., p. 105—106. Litteraturam vide Vigouroux, Diction. VIII., p. 151.

Cyrillus Contaru condemnavit eius errore. Cum autem ad sedem Constantinopolitanam Parthenius electus esset celebrato concilio, cui interfuerunt tres patriarchae, viginti et unus episcopi, aliae dignitates, misit epistolam synodicam ad synodum provincialem, quam Petrus Mogila in urbem suam lasios convocavit, ibique cum tribus episcopis, quibus praefuit, aliisque suae provinciae clericis ac nobilibus hominibus prescrispsit doctrinam Cyrilli Lucaris his verbis ⁴⁰⁾ „Insuper et quas suis attexuit capitibus quaestiones prolatae fuerunt et has quidem nihil meliores capitibus eadem universa sancta synodus invenit. Quippe elaboratas a sanctis patribus Sacrae Scripturae expositiones et hic uti supra non modo respuit, verum et nonnullos eiusdem Scripturae libros velut canonicos a sanctis et oecumenicis synodis receptos expungit. Quapropter dicta capita et quaestiones communi suffragio (inquit haec sancta synodus) absolute damnamus et tamquam haereses ubique spirantia atque ab orthodoxa, quam profitemur, fide prorsus aliena, nostris ab liminibus proscribimus“ Subscripta sunt nomina Parthenii, patriarchae Constantinopolitani, Petri Mogilae ⁴¹⁾, archiepiscopi Ciobi (Kiev), episcoporum octo, curatorum synodi triginta quinque, inter quos item multi erant episcopi aliquique magnae dignitatis viri.

Itaque Petrus Mogila nomine totius Magnae Russiae subscrispsit canonem anathematizantem doctrinam Cyrilli Lucaris, qui „nonnullos canonicos libros Sacrae Scripturae expunxit“ i. e. amovit a canone agnito atque approbato a ss. patribus et oecumenicis synodis. Agitur sine dubio de aliquibus libris deutero-canonicis, quos neque concilium Lao-dicenum enumerat.

In provinciali concilio Iasiis habito Petrus Mogila „catechismum (cuius primus auctor fuisse fertur Isaias Trophimovicus Kozlovskius, monasterii Kioviensis Nicolao dicati Igumen, qui vocatur) iterum atque saepius legit, ut quae cumque minus probarentur, resecaret, et quae desiderarentur, adicere

⁴⁰⁾ Киммел, Mon. fid. I., p. 415—416: „Πρὸς τούτοις ἐνεφανίζενται καὶ ἄς τοῖς κεφαλαίοις προσέθηκεν ἐρωτήσεις, καὶ ἐγνώσθησαν πάσῃ τῇ ἀγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ οὐδὲν ἄμεινον τῶν κεφαλαίων διακείμεται.. Οὐ μόνον γάρ τῆς γραφῆς ἐρμηνείας, τὰς τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐκπονηθείσας, ὡς καὶ πρότερον παρακρούεται, ἀλλὰ καὶ τινα τῆς ἐκείνης ἀντετελεί βιβλίων, ἀπέρ αἱ ἀγίαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι ὡς κανονικαὶ ἔχεσσαντο. . Λιὰ τόμο τὰ τε κεφάλαια ταῦτα καὶ τὰς ἐρωτήσεις κοινῇ ψήφῳ τελείως (φησὶν ἡ ἀγία σύνοδος αὕτη) ἀνατρέπομεν καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀπελαύνομεν ὡς αἱρέσεων πεπληρωμένα καὶ πάντῃ ἀλλέτρια τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίστεως“.

⁴¹⁾ Petrus Mogila a. 1632 sedem metropolitae Kioviae obtinuit; erat vir amplissimo genere oriundus, scientia conspienus, optime de Russorum ecclesia meritus. Alteri synodo adversus Cyrillum Lucarim habitae nomen subscriptis his verbis: „Τῇ συνοδικῇ ταύτῃ ἐπιστολῇ τοῦ παναγιωτάτου πατρὸς καὶ ποιμένος ἡμῶν Πατριάρχου Κωνσταντίνου. Συμφωνῶν ἐν πᾶσι καὶ συναιτῶν ἐγὼ Πέτρος Μογίλας, ταπεινός, Ἀρχιεπίσκοπος Μητροπόλιτης Κιόβου καὶ Ἀλικίας καὶ πάσης Ῥωσίας Ἐξαρχος τοῦ ἵγιου ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιψανδρίτης τῇς Λάμπρας Πιετζαρίου ὑπογράφω ιδίᾳ χειρὶ δι’ ἐμέ τε καὶ ἐκ προσώπου πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἐκκλησίας τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς τῆς οὖσης ἐν τῇ μικρᾷ Ῥωσίᾳ“.

Res ipsa docet hoc symboli breviarium lingua russica fuisse compositum. Iam opus fuit, ut in graecam transferretur linguam, quam operam ab ipso Petro Mogila libro tributam esse puto. Hanc fuisse libelli rationem et ipsa rei natura docet et titulus significat, quem scribit Nectarius fuisse: Ἐκθεσις τῆς τῶν Πόσων πίστεως. Ut igitur Constantinopolitanus patriarcha sua auctoritate librum confirmaret, petierunt, qui iam illam expositionem domi comprobarant, ut in Moldaviam, ab ultraque urbe pari fere spatio remotam, legati mitterentur, penes quos esset, de re liberare. Missi sunt Constantinopoli Porphyrius, Niceae metropolita, et Meletius Syrigus, magnae ecclesiae doctor, patriarchae vicarius et plenissima synodi universae facultate instructus. Moscovia vero delegati sunt tres viri Iesaias Trophinus, Iosephus Cononovicius et Ignatius Xenovicius, quos Nectarius a scientia et prudentia mirifice collaudat, quippe cum etiam synodo Constantinopolitanae contra Cyrillum habitae assentiendo suam mentem aperuerant. Quorum virorum conventus, Iasiensis synodi quasi continuatio ac finis libro in censuram vocato ultimam limam admovit, ita ut opus Kioviae inchoatum et in Moldavia emendatum dignum videretur, quod quattuor patriarchis sanciendum et confirmandum traderetur. Russici patriarchae consensus non fuit opus, cum ipsa confessio a Russis profecta ac proposita esset. Illi igitur patriarchae non dubitarunt suis nominibus subscriptis commendare librum eique totam Orientalem ecclesiam obstringere a. 1643⁴²⁾. Liber in lucem prodiit ornatus titulo „Confessio orthodoxa fidei catholicae et apostolicae ecclesiae Orientalis“⁴³⁾. In hoc catechismo deuterocanonici libri eadem auctoritate ac protocanonici habentur. In Quaestione X. Partis I.⁴⁴⁾: „Scrutator enim disputatorque divinae maiestatis vetatur a Scriptura dicente“ . . . allegatur Sirach 3, 22—24 sec. Vulg. (ibi indicatur Sirach III, 20.). In Quaestione XVI. Partis I.⁴⁵⁾: „Sic Scriptura dicit“ . . . allegatur Sirach 23, 28 (ibi XXII, 29) et Sirach 42, 19 (ibi XLII, 19. 20). In Quaestione XXIII. Partis I.⁴⁶⁾: . . . „sicut in Scriptura dicitur“ . . . allegatur Sirach 15, 11—18 et 15, 21 (ibi XV, 11; XV, 20). In Quaestione XXVIII. Partis I.⁴⁷⁾ allegatur Ecclesiastici 12, 7. In Quaestione LXVII. Partis I.⁴⁸⁾ . . . sic enim in Sacra Scriptura legitur“ . . . allegatur Sap. 3, 1. In Quaestione XLVII. Partis I.⁴⁹⁾ provocatur ad argumentum Tobiae 2. In Quaestione IX. Partis III.⁵⁰⁾ legimus: „Quid est eleemosyna? Est vero haec virtus homini christiano vel maxime necessaria, docente Sacra Scriptura (ζαθὼς διδάσκει

⁴²⁾ Kimmel, Mon. fid., I., § 5, p. LII.—LIII.

⁴³⁾ Ὁρθόδοξος διδαχὴ τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς.

⁴⁴⁾ Kimmel, Mon. fid., I., p. 67.

⁴⁵⁾ ibidem, p. 75.

⁴⁶⁾ ibidem, p. 86.

⁴⁷⁾ ibidem, p. 93.

⁴⁸⁾ ibidem, p. 137.

⁴⁹⁾ ibidem, p. 27.

⁵⁰⁾ ibidem, p. 264—65.

η ἀγία Γραφή λέγονσα): Eleemosyna enim a morte liberat et ipsa omne peccatum expiat et qui eleemosynas ac iusticias faciunt: illi saturabuntur vita (Tob. 12, 9). Et in Novo Testamento hunc in modum eleemosynam commendat Scriptura⁵¹⁾ allegatur Matth. 19, 21. In Quaestione XXIV. Partis III. ⁵¹⁾ Scripturae nomine allegatur Sir. 10, 7. Ex adductis exemplis patet locos librorum deuterocanonicorum Sacrae Scripturae testimonia habita esse neque discrimen inter protocanonicos et deuterocanonicos libros factum esse. E. gr. in Quaestionibus X. et XVI. Partis I. verbo Scripturae inducitur testimonium Sir. 3, 22—24 eademque vis ei tribuitur ac testimonio Gen. 1, 26, Apoc. 2, 23, Dan. 2, 22. II. Reg. 5, 26, Act. 5. Quoniam in catechismo dogmata exponuntur et confirmantur ⁵²⁾, cognoscimus. Protestantismum sapere verba Cyriilli Lucaris discipuli Metrophanis Critopuli, ad quem theologi Russorum saepe provocant ⁵³⁾: „Reliquos vero libros, quos nonnulli adnumerare Sacrae Scripturae cupiunt. ut librum Tobit, librum Iudith, Sapientiam Iesu filii Sirach, Baruch et Maccabaeorum libros non abiciendos quidem existimamus, cum multa ethica, plurima laude digna iis comprehendantur. Ut canonicos autem et authenticos libros numquam eos christiana ecclesia recepit sicut cum multi alii tum imprimis et s. Gregorius Theologus et s. Amphilius et ultimus omnium s. Ioannes Damascenus testantur. Unde nec dogmata nostra ex his adstruere conamur, sed ex triginta tribus illis canoniceis et authenticis libris, quos etiam divinitus inspiratam et Sacram Scripturam appellamus“

Tametsi enim Mogilae catechismo a cunctis Graecis approbatō ac recepto, quae Graecorum esset fides, satis clare erat expositum, tamen non solum intra ecclesiae graecae terminos manserunt Cyrillianaē (sc. C. Lucaris) familiae aliquae reliquiae; sed etiam extra illos non destiterunt plurimi ex Reformatorum potissimum sodalitio de consensione Graecos inter et Reformatos intercedente temere gloriari, quamquam de ingenti dissensione facile et Lucarii res et utriusque ecclesiae dogmata potuerunt persuadere. Catholici vero doctores eadem via ingressi, sibi

⁵¹⁾ Ibidem, p. 275.

⁵²⁾ Hunc catechismum magni aestimat et exemplar catechismi in ecclesiis graeco-russica vocat etiam Philaretus metropolita Moscoviae. Vide Обозрение богословскихъ наукъ въ отношеніи къ преподаванію ихъ вѣни. духовн. ученіицахъ состав. Высокопреосв. Митр. Филаретомъ in Стеніја въ обѣществѣ ljubitelej duhovnago prosvѣščenija. Moskva 1872 III. Otdѣl III., str. 38.

⁵³⁾ Кимел, op. cit. Pars II., p. 106: Ομολογία τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς: „Τὰ λοιπὰ δὲ βιβλία, ἀπερ τινὲς βούλονται συγκατατάξειν τῇ ἀγίᾳ γραφῇ, οἷον τὸ τοῦ Τωβίτ, τὸ τῆς Ιουδεῖθ, Σοφίαν τοῦ Σαλωμῶντος, Σοφίαν Ἰησοῦ υἱοῦ Σ̄:ράχ, Βαρούχ, καὶ τὰς τῶν Μακκαριών ἀποβλήτους μὲν οὐχ ἡγούμενα· πολλὰ γάρ ἡθικά, πλείστου ἐπαίνου ἔξια, ἐμπεριέχεται ταῦταις. Ως κανονικάς δὲ καὶ αὐθεντικάς οὐδέποτ’ ἀπεδέχετο ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ὡς μαρτυροῦσι πολλοὶ μὲν καὶ ἀλλοι, μάλιστα δὲ ὁ τε ἄγιος Γρηγόριος ὁ Θεολόγος καὶ ὁ ἄγιος Ἀμφιλόχιος καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἄγιος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός. Διὸ οὐδὲ τὰ δόγματα ἡμῶν πειρώμενα ἐκ τούτων παραστῆσαι, ἀλλ ἐκ τῶν τραίκοντα τριῶν κανονικῶν καὶ αὐθεντικῶν βιβλίων· ἀ δὴ καὶ θεόπνευστον καὶ ἀγίαν γραφὴν καλοῦμεν⁵⁴⁾.

vires studuerunt addere; quo factum est, ut utraque factio de Graecorum fide vehementissime contenderet. Quapropter Dositheus, Hierosolymorum patriarcha (1672—1706), Hierosolymos convocavit concilium, ut quae a Domino esset tradita, ab apostolis promulgata et a sanctis patribus conservata Graecorum fides, universo mundo manifesta fieret, publicaque deliberatione et confessione hostes perterrerentur animique fortasse nutantes confirmarentur. Cum Calvinistae acerrimi hostes haberentur, is maxime fuit profligandus, qui illorum dogmata in Graecam ecclesiam quondam voluit inducere; ad cuius confessionem Gallici Reformati provocabant, cum Graecos eadem sentire dicerent. Cyrillus igitur Lucaris, qui i huius controversiae praebuerat ansam et cuius studio intra ipsos Graecos etiam tum reliqua fuit factio, rursus erat impugnandus et, si fieri poterat, penitus exstinguendus. In qua re conficienda patres non sine exteritate, magna vero cum vi et gravitate versati sunt. Proposuerunt ipsi patres, quorum nomine Dositheus verba facit, confessionem, quae Cyrilianis articulis e contrario responderet⁵⁴⁾.

In ea confessione iterum deuterocanonici libri expresse canonici his verbis declarantur⁵⁵⁾: „Ecclesiae catholicae regulam sequentes, Sacram Scripturam eos omnes appellamus libros, quos a Laodicena synodo Cyrillus mutuatus recenset, iis insuper additis, quos insipiente, inscite aut magis malitiose vocavit apocryphos: Sapientiam videlicet Salomonis, librum Iudith, Tobiam, Draconis historiam, Historiam Susanna, Maccabaeos et Sapientiam Sirach. Hos etenim cum ceteris genuinis Sacrae Scripturae libris seu germanas eiusdem Scripturae partes censemus esse numerandas. Quoniam quae sancta evangelia aliosque Scripturae libros ut geminos tradidit antiqua consuetudo seu magis ecclesia catholica, et istos haec ipsa seu Sacrae Scripturae partes procul dubio tradidit: quatenus istos qui neget, et illos recusavit. Sin vero a cunctis haud recenseri omnes fortasse videantur; isti nihil secius a synodis nec non a multis cum antiquissimis tum nominatissimis catholicae ecclesiae theologis recententur et Sacras inter Scripturas numerantur. Quos omnes et nos iudicamus esse canonicos et Sacram eos Scripturam confitemur“. Quod decretum subscriptum est ab iis, qui adfuerunt. „Si summam facimus“,

⁵⁴⁾ Kimmel, Monum. fid. Pars I., p. LXXV.—LXXVIII.

⁵⁵⁾ Kimmel, op. cit. Pars I., p. 467—468: „Στοιχουντες τῷ κανόνι τῆς καθολικησίας ιερὰν γραφὴν καλοῦμεν ἔκεινα πάντα, ἀπερ δέ Κύριλλος ὑπὸ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἔρανταισάμενος ἀριθμεῖ καὶ πρὸς τούτους ἀπερ ἀσυνέτως καὶ ἀμαθῶς εἰτ' οὖν ἔθελον ακούργως ἀπόκρυφα κατωνόμασε· τὴν Σοφίαν δηλαδή τοῦ Σολομῶντος, τὴν Ἰουδαϊθ, τὸν Τωβίαν, τὴν Ἰστορίαν τοῦ Θράκοντος, τὴν Ἰστορίαν τῆς Σωσάννης, τοὺς Μακαβαῖους καὶ τὴν Σοφίαν τοῦ Σειράχ. Ἡμεῖς γάρ μετὰ τῶν ἀλλων τῆς θείας γραφῆς γνησίων βιβλίων καὶ ταῦτα γνήσια τῆς γραφῆς μέρη κρίνομεν, διτοι δὲ τὰ παραδοῦτα ἀρχαῖα συνήθεια καὶ μάλιστα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία γνησία εἶναι τὰ ιερὰ εὐαγγέλια καὶ τὸ ἀλλα τῆς γραφῆς βιβλία καὶ ταῦτα εἶναι τῆς ἀγίας γραφῆς μέρη ἀναμφιβόλως παρέδωκε, καὶ τούτων δὲ ἀρνησίς ἔκεινων ἐστὶν ἀθέτησις. Εἰ δέ που δοκεῖ μή δεῖ πάντα ὑπὸ πάντων συγκαταριθμεῖσθαι, οὐδὲν δέ τοι διμως καὶ ταῦτα παρά τε συνόδων καὶ πολλῶν ἔσων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας παλαιοτάτων τε καὶ ἐγκρίτων θεολόγων ἀριθμεῖται καὶ συγκαταριθμεῖται τῇ πάσῃ γραφῇ, ἡ πάντα καὶ ἡμεῖς κανονικὰ βιβλία κρίνομεν, καὶ ταῦτα τὴν ιερὰν γραφὴν εἶναι ὄμολογοῦμεν“.

adnotat Kimmel⁵⁶⁾, „LXXI viri nomina dederunt, inter quos VIII archiepiscopi, episcopi et metropolitae Azarias. Archidiaconus Hierosolymitanus non solum suo, sed etiam Diaconorum nomine subscriptis, item Agapius, sacerdos et oeconomus Gazaeorum. Ad eam ex Maiore Russia Timotheus monachus, confitens hanc esse fidem et Russiae et Orientalis ecclesiae; assensum etiam nomine subscripto praebuit Apocrisiarius serenissimi Moscoviae imperatoris Alexii Iosaphat, Hieromonachus, Archimandrita sancti Sepulcri“.

Ex adductis monumentis et locis⁵⁷⁾ luce clarius patet, quae fuerit primitus doctrina Russorum de canone librorum sacrorum V T. eos recepisse, tenuisse, approbasse, defendisse eundem canonem V T quem definivit Romana ecclesia in concilio Tridentino⁵⁸⁾ et Vaticano, in quibus omnes libri „integri cum omnibus suis partibus prout in ecclesia catholica legi consuerant et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis et divinitus inspiratis“ accipiuntur.

(Pars reliqua sequetur.)

VII.

Sunt-ne Latini Quartodecimani?

Animadversiones nonnullae circa optatissimam, in toto christiano orbe, unā eademque die, Paschatis celebrationem.

Luctuosissima inter Christianos in paschatis celebratione discordia, non parum affert admirationis, ne potius dicam scandali, eo quod hodie quoque id eveniat, de quo, in primis a Christo saeculis, Ecclesiae filii amare conquerebantur: quod haec, scilicet, discordia Christianam fidem ludibrio non credentium exponeret. Longum foret valdeque inamoenum de causis disserere, quae praesentem hac in re conditionem attulerunt; nec posset hoc fieri, quin praesens elucubratio, ex parte saltem, politice attingat. Satius hinc puto viam inire conciliationis, idque non quasi aliquid novi a me excogitatum proponendo, sed ad Nicaenos ipsos Patres simpliciter provocando. Stuporem forsan mea hac verba excitabunt, eo quod cunctis innotescat ipsissimam Nicaenorum Patrum auctoritatem hinc inde tum a Graecis tum a Latinis aequaliter invocari: ab his quidem ad gregorianam paschalis computi correctionem defendendam, ab illis vero, ad eandem acriter impugnandam. Hoc me non latet: cessabit tamen stupor cum nonnulla documenta et facta in medium attulero, quae accurata fontium critice, postremis hisce temporibus, vel deperdita adinvenit, vel nova luce collustravit et novis iisque solidioribus argumentis roboravit. Arridet mihi spes quod ex eorum cognitione — si tamen id continget, ut ipsa generalis et quasi popularis evadat — magna exsurget inter Christianos displicantia, ne dicam erubescientia, de irratio-

⁵⁶⁾ Kimmel, Monum. fid. I., p. 488.

⁵⁷⁾ Non exhausi omnes fontes russicos, quia praecipue antiquiores litterae theologicae mihi non erant praesto.

⁵⁸⁾ IV. Sess., die 8. Apr. 1546.

nabilitate argumentorum quae divisioni praetextum praebuere, simul cum universalis ardenti voto ut, uno altero modo, tristissimae huic divisioni finis imponatur. Faxis IDeus!

I.

Genuinum Nicaeni Concilii de Paschate decretum
quantum cognoscere intersit.

Non semel tantum scriptores, qui materiam de quâ agimus pertractabant, de ammissione Nicaeni de Paschate decreti querelam movere; eo quod ex ipsius tantum inspectione varia eaque gravia dubia circa praecisam Concilii voluntatem dirimi possent. Ut aliquod afferam exemplum, penes multos invaluit opinio ipsos Nicaenos Patres alexandrini decennovennalis paschalis cycli esse creatores; eosque decrevisse ut tantum iuxta Alexandrinorum principia paschalis sollemnitas ab omnibus celebraretur. Ast contra hanc opinionem stat, in primis, quod non semel, post Concilii celebrationem, Pascha, etiam Alexandriae, non fuit iuxta Alexandrinorum principia celebratum: deinde, vero, Romanae Ecclesiae consuetudo quae, constanter alio et proprio uso est cyclo, octoginta quattuor annorum. — Alia quoque invaluit, quae fere universalis evasit, opinio, Nicaenos Patres hoc in primis statuere voluisse, ne unquam Christianorum Pascha in die ipsâ quartae-decimae lunae, quae Iudeorum Paschati fuit a Deo assignata, in futurum celebraretur. Hinc admirationem parere debet, stupefactioni affinem, quod ipse Athanasius qui Nicaeno interfuerat Concilio, et cui Nicaenorum Patrum mens optime innotescere debebat, in suâ paschali epistolâ pro anno 333 datâ, paschali solemnitati ipsam praecise lunae decimae quartae diem, ut mox videbimus, assignaverit. — Ut tertium afferam exemplum, ab omnibus de re scriptoribus unanimiter asseritur, Christianorum Pascha semper sequi, numquam vero Iudeorum Pascha praecedere debere; ast ex certissimis constat documentis quod iterata vice, annis videlicet 475 et 495, Pascha nostrum in Dominicâ respondentie diei 13 Iudaici mensis Nisan, et, consequenter, pridie Iudaici Paschatis fuit celebratum.

Ex tribus hisce difficultatum vel potius aenigmatum exemplis, facile intelligetur, quantum esset studiosorum desiderium ut tandem aliquando genuinum Nicaeni Concilii de Paschate decretum inveniri posset. Nunc vero desideratissimum hoc christiana antiquitatis documentum, quinquaginta iam abhinc annis e tenebris erutum, in lucem fuit editum et amplissimo contra diffidentes omnes commentario munitum a viro, cuius auctoritas grandis apud Orientales merito perdurat: ab inclito, inquam, benedictini ordinis filio I. B. Pittra, ad Cardinalatus dignitatem postea evecto. Sed eruditissimi huius viri opera, latino elegante sermone conscripta, non sunt de eorum numero, quae facili manu ab omnibus teruntur; hinc Nicaeno de Paschate decreto ab ipso, anno 1858, in Spicilegio Solesmensi (T. IV, pp. 540 et seq.) vulgato, eadem propemodum sors contigit, quae eidem decreto a clarissimo Assemano in sua Bibliotheca iuris orientalis (T. IV. p. 421) publicato, evenerat. Eodem enim modo, quo Assemanense exemplar

decreti ita in doctissimo eius opere delitescebat, ut neque ipsi Cardinali Pitra prius innotuerit, quam hic suum exemplar in graeco manuscripto (N. 483) Parisiensis caesareae, nunc nationalis, Bibliothecae adinvenerit, ita et Pitrense exemplar decreti, si mea, quantulacumque ea sit, experientia me non fallit, etsi a felici adinventore iterum in opere: *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta* (Romae 1864. T. 1, p. 463) publici iuris factum, in eius operibus, quasi ab oculis sublatum, delitescebat et usque hodie delitescit. Donec enim decretum, de quo loquimur, per angustos mundi eruditorum limites non fuerit transgressum, etsi permagni ad concordiam in Paschatis celebratione restaurandam possit esse momenti, — in praxi, tamen, nullius erit utilitatis. Hinc occasione mihi comiter oblatâ quam lubentissime arreptâ, statim in animo posui venerandum hoc Nicaenorum Patrum, in re, quae Slavos imprimis attingit, voluntatis documentum in ephemeride „*Slavorum litterae theologicae*“ iterum evulgare; alias rogans religiosas ephemerides ut decretum ipsum, vel saltem eius notitiam, opportuno adiecto commentario, per totum christianum orbem diffundere satagant.

II.

Nicaenum de Paschate decretum (325).

Sanctus Athanasius, loquens in libro *de Synodis* (§ 5) de quaestione Paschatis, hoc observandum censuit, quod Nicaeni Patres, in suo condendo decreto, aliâ prorsus usi sunt formulâ, quam in decretis circa fidem: in his enim, quid catholica Ecclesia crederet, simpliciter affirmarunt hoc modo: „*Sic credit catholica Ecclesia*“; in decreto autem de Paschate, suam de re sententiam protulere, hac simpliciter voce praemissa: „*Placuit (ἔδοξε litt. visum est)*“¹. Pretiosa hinc nobis suppeditatur tessera ad decreti genuinitatem dignoscendam.

Aliam nobis tesseram suppeditat imperator Constantinus in suâ ad Ecclesias epistolâ de Synodo Nicaena. „*I d a e q u u m r e c t u m - q u e e s s e o m n e s i u d i c a v e r u n t, a i t, q u o d e t v o b i s p l a c i t u r u m e s s e s p o n d i, u t s c i l i c e t q u o d i n u r b e R o m a p e r q u e o m n e m I t a l i a m, A f r i c a m, A e g y p t u m, p e r H i s p a n i a m, G a l l i a s, B r i t a n n i a s, L y b i a s, p e r u n i v e r s a m A c h a i a m: p e r A s i a n a m e t P o n t i c a m D i o e c e s i m, p e r C i l i c i a m, d e n i q u e, c o n c o r d i s e n - t i â o b s e r v a t u r, i d v e s t r a q u o q u e p r u d e n t i a l i b e n t i b u s a n i m i s a m p l e c t a t u r*“ (Euseb., *De vita Constantini* L. III. c. 19). Pro Episcopis ad pacem Ecclesiae conferendam adunatis, tanti argumentum hoc debebat esse ponderis ad praecavendas in executione difficultates, ut nimis foret mirum, si in decreto eius mentionem silentio praeteriissent.

Hisce praemissis, ecce tandem Nicaenum de Paschate decretum, et non a quovis sine nomine scriptore, sed ab ipso Graecorum ecclesiastici iuris parente, Constantinopolitano Patriarcha Ioanne Scolastico (+ 575), in posteritatis utilitatem asservatum, ad calcem suaæ opellae: *Collectio quinquaginta titulorum*, — qui est index,

pro materia distributus, ecclesiasticorum canonum — post postremum (*L^{um}*) titulum, qui de Paschate agit (*περὶ τοῦ καιροῦ τοῦ Πάσχας τ. τ. λ.*).

Tῆς ἀγίας Συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ περὶ τοῦ ἀγίου Πάσχας.

Sancti Concilii in urbe Nicaea decretum de sancto Paschate.

«Πέπρακται δὲ οὕτως τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ἱερᾷ Συνόδῳ συνελθοῦσιν, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Θεοσεβοῦς καὶ μεγάλου Κωνσταντίου, ὃς οὐ μόνον συνήγαγε τοὺς προγεγραμμένους ἐπισκόπους εἰς ταῦτα, εἰρήνην ποιούμενος τῷ ἔθνει ἡμῶν, ἀλλὶ γὰρ καὶ συμπαρὼν τῇ τούτων ὁμηγύρει συνέταξε τὰ συμφέροντα τῇ καθολικῇ Ἑκκλησίᾳ. Ἐπειδὴ τοίνυν, ἐξεταζούμενου τοῦ πράγματος περὶ τοῦ δεῖν συμφώνως ἄγειν τὸ Πάσχα ἀπασαν τὴν ὑπὸ οὐρανού, ηὐρέθη τὰ τοία μέρη τῆς λίκου μένης συμφώνως ποιοῦντα Ρωμαίοις καὶ Ἀλεξανδρεῦσιν, ἐν δὲ καὶ μόνον κλίμα τῆς Ἀρατολῆς ἀμφισβητοῦν. ἜΔΟΣΕ, πάσης ζητήσεως περιαίρεσθε ἵσης καὶ ἀντιλογίας, οὕτως ἄγειν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν τῇ Ἀρατολῇ ὡς ἄγονσιν Ρωμαῖοι καὶ Ἀλεξανδρεῖς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, πρὸς τὸ πάντας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ὁμοφώνως ἀναπέμπειν τὰς εὐχὰς τῇ ἀγίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα. — Καὶ ὑπέγραψαν οἱ τῆς Ἀρατολῆς ὡς διαφωνοῦντες πρὸς τοὺς ἄλλους.»

Prae oculis habemus quod sibi Nicaeni Patres prae omnibus imprimis proposuere. Nonne per haec verba: „qualibet sublatā quaestione et contradictione“ et per unicam a se adductam suae decisionis rationem, quod videlicet „tres totius orbis partes cum Romanis et Alexandrinis consentiebant, unā tan-

Ita autem actum est, uti visum est omnibus in sacra synodo convenientibus sub diebus religiosi atque magni Constantini, qui non coegit solum suprascriptos Episcopos in unum, pacem genti nostrae faciens, sed etiam adfuit eorundem conventui, collatisque consiliis expedit, quae in Catholicae Ecclesiae bonum spectabant. Postquam igitur id deliberatum diligenter fuit, utrum necesse esset concentu unanimi peragi Pascha ab universa sub Coelo Ecclesia, et inventum est, tres totius orbis partes in unum consentire cum Romanis et Alexandrinis, unam vero orientalem plagam esse dissonam; *visum est*, qualibet sublatā quaestione et contradictione, eodem more agendum esse fratribus Orientis, quo modo agunt Romani et Alexandrini atque caeteri omnes, ut cuncti in una die unanimā mente sursum emittant preces in illâ die sanctâ Paschatis. — Et subscriberunt qui ab Oriente erant, eo quod a ceteris erant dissentientes¹⁾.

¹⁾ Ex codicibus sex. Vat. 843, f. 33. — Paris 1326. fol. 63. — Id. suppl. 483, f. 73. — Ven. S. Marci 226, f. 120. — Ambros. B 107. super loco 35. — Ambr. F 48. super. f. 23. — Pitra (I. B. Card.), *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*. Romae 1864. T. 1, p. 435.

tum Orientali plagâ ab ipsis dissidente^z satis superque ipsi id innotescere voluerunt, quod, si tres totius orbis partes iudaicum fuissent morem secuti, contraria eorum fuisse sententia?

Merito hinc mihi licet Cardinalis Pitra verba usurpare: „Et misso demum omni cyclorum, lunarum et computationum astronomicarum tumultu, *unum* id quo paucis et gravissimis statuitur verbis, ut scilicet *una die* exultantis orbis christiani iubilus paschalis in coelum usque ab universa terra sursum erumpat. Quid Nicaenorum Patrum maiestate dignius? Quid sanctitati convenientius?“ (Spic. Solesm. t. IV 541).

III.

In quonam sensu, per plures post Concilium annos, tum Romana tum Alexandrina Ecclesia locutionem „Pascha cum Iudeis ($\mu \varepsilon \tau \alpha$ τῶν Ιουδαίων)“ suâ praxi sint interpretatae.

Tum Nicaeni in suo decreto Patres, tum Constantinus in suâ ad Ecclesias epistolâ, Romanorum et Alexandrinorum in Paschate celebrando praxim tamquam universalem ab omnibus, praeter Orientales, servatam praxim designant. Hinc sequitur, quod Romanae Alexandrinaeque Ecclesiae interpretatio locutionis Pascha „cum Iudeis ($\mu \varepsilon \tau \alpha$ τῶν Ιουδαίων)“, tamquam totius fere Christiani tunc temporis orbis est accipienda: aliis verbis tamquam catholica illius temporis interpretatio.

Primo, ergo, interrogemus magnum Alexandrinae Ecclesiae Antistitem Athanasium, qui in supra memorato de Synodis libro (I. c.) nobis refert, quod: „Ciliciae, Syriae et Mesopotamiae populi, circa festi celebrationem claudicantes, cum Iudeis, ($\mu \varepsilon \tau \alpha$ τῶν Ιουδαίων) Pascha celebrabant“ ipsâ praecise adhibitâ locutione, cuius catholicum investigamus sensum.

Quibus certe diebus ab anno 328, in quo Athanasius Alexandriae Episcopus fuit renuntiatus, usque ad 373, eius vitae ultimum, Alexandriae Pascha fuerit celebratum, hoc indubie cognoscimus ex ipsis Epistolis heortasticis, quibus syriaci auctoris Chronicon est praefixum, et quae legi possunt inter eius opera in Patrologia graeca editore Migne t. XXVI. et in eadem latine tantum editâ, t. XVI. pp. 643 et seq. Qui eas ergo inspicerit, inveniet, quod anno 333, dies ab Athanasio celebrationi Paschatis assignata, fuit iuxta Aegyptiorum Kalendarium dies 20 pharmuthi, quae apprime diei 15 aprilis (XVII. kalendas Maii) respondet. Nunc vero, si quis huic dato (15 apr. 333) regulas applicat paschalis alexandrini computi, illico deteget, quod iuxta hunc computum Pascha fuit illo anno, et hoc Alexandriae, in die ipsâ quartaedecimae lunae celebrata, in quâ Iudei agnum, Paschatis nostri Christi symbolum, immolare tenebantur. Testem etiam de hoc habemus syriaci auctorem Chronicum, et testem eo magis fide dignum quod minus cantam sibi permisit, illico deprehensam adulterationem, circa lunae aetatem; scribit enim: „Hoc anno (Chr. 333) Dominica Paschatis erat die XX. Pharmuthi, luna XV (sic), XVII. kal. Maii (15 apr.)

e p a c t a XX^a et ecce habemus confitentem reum. Nam cum epacta indicet in cyclo paschali alexandrinio lunae aetatem diei 22 martii respondentem — ipsâ coniunctionis die per 30 vel 0 indicatâ — en tibi, lector, graphica demonstratio, quod anno 333 Pascha fuerit in ipsâ quartadecimâ lunae die Alexandriae celebrata.

mart.

Dies mensis	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31
Epactae anni 333	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

apr.

Dies mensis	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
Epactae anni 333	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

Quodsi haec non sufficeret demonstratio, esse heic subiectus decennovennalis paschalis alexandrinus cyclus cum indicatione diei decimaequartae lunae, in quovis anno, respondentis, iuxta ordinem in magno Dionysiano 532 annorum Cyclo servatum.

Annus cycli	1	2	3	4	5	6	7	8
Luna XIV ^a dies	2 ap.	22	mart.	10 m.	30 m.	18 ap.	7 ap.	27 m.
Epacta	3	14		25	6	17	28	9
								20
Annus cycli	9	10	11	12	13	14	15	16
Luna XIV ^a dies	4 ap.	24 m.	12 ap.	1 ap.	21 m.	9 ap.	29 m.	17 ap.
Epacta	1	12	23	4	15	26	7	18
Annus cycli	17	18	19 ²⁾					
Luna XIV ^a dies	5 ap.	25 m.	13 ap.					
Epacta	0	11	2					

Ceterum peritissimi in re, de quâ agimus, scriptores non defuere, qui ingenuam nimis syriaci chronograhi adulterationem carpere vel saltem notare non omisere. Celebrem adducere sufficiat astronomum Galle in animadversionibus ad germanicam paschalium Athanasii epistolarum translationem a Fr. Larsow procuratam, necnon eruditissimum Brunonem Krusch, de quo mox erit iterum sermo³⁾.

Ut nunc ad rem revertar, Alexandrinum anni 333 Pascha luculentissimum extat testimonium, quod Athanasius nullimode a Nicaeno Concilio prohibitum putabat, ne suum a Christianis Pascha in eadem die celebraretur, in quâ Iudaei pascha absolvebant suum. Videamus nunc, quid eodem tempore Romana de hoc ipso senserit Ecclesia.

In Introductione sui operis: *Inscriptiones christianaæ urbis Romæ* (p. LXXXV), clarissimus I. B. de Rossi, post allatam Concilii Arelatensis (314) ad pontificem Sylvestrum epistolam, in qua legitur: „Primo loco de observatione Paschæ dominici,

²⁾ Vide Ideker, *Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie*. II., 199. — Lersch, *Einleitung in die Chronologie*. II., p. 71 etc. etc. etc. — Dionysii exigui opera. Patr. lat. ed. Migne, t. 67, pp. 494—498, ubi tamen nonnulla occurrerunt typographi sphalmata, ex comparatione corrigenda.

³⁾ Larsow (F.), *Die Festbriefe des heiligen Athanasius*. Leipzig 1852, pp. 46 et 49. — Krusch (Bruno), *Der 84jährige Oster-cyclus und seine Quellen*. Leipzig 1880, p. 71.

ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis
observetur et iuxta consuetudinem literas ad omnes tu-
dirigas“ loqui pergit de Laterculo centum annorum (312—411)
a Bucherio primo edito, quod a doctissimo van den Hagen accurato
submissum examini fuit egregie declaratum, et a Theodoro Mommsen
in suo opere Ueber den Chronographen vom Jahre 354
integre publicatum. „Quaenam illa Paschata fuerint, ait de
Rossi, quae Sylvester post Arelatense decretum iuxta
veterem consuetudinem quotannis indixit, nunc com-
perta (ex eodem Laterculo) certissime habemus“ eaque sunt quae
in primâ dicti Laterculi parte, ab anno scilicet 312 ad 342, exhibentur.
Haec vero Paschata, iam pridem a van den Hagen Romanae Ecclesiae
restituta, ad quemdam cyclum 84 annorum pertinent, cuius ipse principia
feliciter adinvenit et diligentissime discussit, et quorum unum hoc est
quod primus paschalis lunae limes erat luna decimaquarta. Aliis verbis
ostendit van den Hagen, quod sub Silvestro Pontifice et us-
que ad annum 342, quoties decimaquarta luna in diem
dominicam incidisset, tunc Pascha celebrabatur, idque
exemplis illustrat annorum 316, 320 et, post Nicaenum Concilium,
anni 333.⁴⁾ Ei vero omnino suffragatur Bruno Krusch in suo opere:
„Der 84jährige Osterzyklus und seine Quellen“. Leipzig, 1880 pp. 66. 67. Ipse insuper Krusch, comparatione institutâ
inter haec eadem Paschata ad annum usque 342 Romae celebrata et
ea, quae S. Athanasius in heortasticis suis epistolis, eodem temporis
periodo, Alexandriae celebrari praecepit, ea adamussim convenire detexit.
Mea est opinio, non levibus innixa rationibus, Alexandrinam Ecclesiam,
usque ad annum 360, non solum numquam in dato Paschatis a Romanâ
dissensisse, sed Romanorum etiam computationem acceptasse; ast, quid-
quid de hoc sit, hoc minime potest in dubium revocari, anno 333. Pascha
tum iuxta alexandrinam tum iuxta romanam computationem, cum de-
cimaquartâ lunâ convenisse (Krusch p. 71). Ex hoc evidens
infertur illatio, quod neutra ex dictis Ecclesiis, locutionem „Pascha
cum Hebreis“ in sensu acceperit ipsi communiter attributo: quasi,
scilicet, simplex Christiani cum Iudaico Paschate conventio, idem ferme
foret crimen studiosissime vitandum ac Christi cum Belial procurata
conventio. Contra argumenta de facto inania sunt verba. — Hinc est
quod ipsa nunc vigens praescriptio, ut, lunâ XIV et dominicâ die
simul convenientibus, Pascha in sequentem dominicam transferatur,
multo serius, urgentibus Alexandrinis, fuit inducta, primumque
eiusdem translationis exemplum a Proterio, Alexandriae Antistite, in
suâ ad Leonem Magnum epistolâ de Paschate anni 455 memoratum,
est anni 373.

⁴⁾ Van den Hagenii opus, quod eruditii omnes permagni faciunt, titulum
fert: „Observationes in Prosperi Aquitani Chronicón“. Amstelodami 1733. (In Romana Casanatensi bibliotheca. B IV 36 in
CC. In Parisiensi nationali Bibliotheca. G 3657, Inventaire.) — Dis-
quisitionem de Paschate annorum 316, 320, 333 invenies p. 314,
§ XXVI. Notandum quod opus sine nomine auctoris fuit publicatum.

Quaerendum nunc, in quonam sensu, qui cum Paschate anni 333 possit conciliari, tum Romae Sylvester, tum Alexandriae Athanasius, locutionem „Pascha cum Iudeis“ intellexerint et, suâ praxi, intelligi debere docuerint. Videamus quid de re senserit Eusebius, qui et ipse Concilio Nicaeno interfuit.

In sua Vita Constantini postquam de haeresi locutus fuisset: „Alius quoque, addit, his antiquior suberat morbus longe gravissimus, qui iam pridem infestarat; dissensio scilicet de salutari festo. Quippe alii consuetudinem Iudeorum sequi oportere asserebant: alii tempus ipsum accurate observandum esse aiebant, nec errantibus assentendum, qui ab Evangelica gratia etiam hac in parte alieni essent“ (L. III. c. V) Loquitur hic Eusebius de antiquo morbo, qui „multo iam aevo, (ἐκ μεχροῦ)“ Ecclesias turbaverat. Quae verba apprime respondent iis, quae idem Eusebius refert in sua Ecclesiastica historia (L. V. c. XXIII). „Iisdem temporibus (sub fine secundi saeculi) gravi controversia exorta eo quod omnes per Asiam Ecclesiae, vetusta quadam traditione nixae *quarta decima* luna salutaris Paschae festum diem celebrandum esse censebant, quo die praescriptum erat Iudeis, ut agnum immolarent, eaque omnino lunâ, *in quamcumque demum diem septimanae incidisset*, finem ieiuniis imponendum esse statuebant; cum tamen reliquae totius orbis Ecclesiae alio more ute- rentur, qui ex apostolorum traditione etiamnum ser- vatur, ut scilicet *non alio quam Resurrectionis Dominicæ die*, ieiunia solvi liceat, synodi ob id coetusque episcoporum convenere“. Aperte hic describitur Quartodecimanorum (*Τεσσαρεσκαιδεκάτων*) consuetudo, qui nomen suum a lunâ decimaquartâ obtinuerunt; quorum consuetudini universalis alia opponitur, ut scilicet Paschale festum nonnisi die dominicâ celebretur. Quod vero Quartodecimanorum consuetudo primaria fuerit inter eas, quae concordiam, Nicaeni Concilii tempore, in Paschatis celebratione impediabant — aliae enim obortae erant dissensiones, aequinoctium respicientes et calculationum modum — de hoc nobis sunt testes tum Constantinus, qui in suâ ad Ecclesias epistolâ comparationem instituit inter Iudeorum consuetudinem et illam, quam, prout ibidem legitur: „a passionis die ad haec usque tempora servavimus“, ut scilicet die tantum dominicâ Pascha celebraretur, — tum Ecclesiae historiographus Socrates, qui relato Constantini de obtentâ concordia in eadem epistola nuntio: „Huiusmodi, pergit dicere, est imperatoris epistola. Ceterum Quartodecimani observantiam quartidecimi diei a Ioanne apostolo sibi traditam esse affirmant, Romani vero et qui Occidentis partes incolunt, consuetudinem, quae apud nos viget, a Paulo Petroque apostolis accepisse se dicunt“ (Hist. Eccl. l. V. c. 22). Haec verba, coronidis instar verbis Constantini adiecta, sensum non haberent,

si Nicaena de Paschate discussio duplicom in primis haud respexisset praxim, Quartodecimanorum videlicet, qui — postliabilitâ dominicae diei consideratione — ad quartamdecimam tantum lunam in Paschatis celebratione attendebant, et Romanorum, Alexandrinorum ceterorumque, qui, post habita quartadecimae lunae consideratione, ad dominicam tantum hebdomadae diem attendebant.

Ne lectorem defatigem argumenta adangens de re omnibus compertâ, finem ponam huic capiti verba referens Constantinopolitani Patriarchae Ioannis Scolastici praedecessoris, sancti videlicet Eutychii. In suo de Paschate et sacrosanta Eucharistia sermone: „Ecclesia, ait, quartadecimae quoque diei commemorationem facit in magna Feria quinta. Perfectionem vero, mystici festi ac plenitudinem in sancta Resurrectione consummat, quae incipiente sextadecima die et Dominica iam intrante contigit. Quare etiam Nicaeni Patres nonnullis Ecclesiis secus agentibus, (gr. τινῶν τῆς Ἐκκλησίας τοῦτο μὴ ποιούντων) praeceperunt, ut omnes simul, prout tunc erat in Servatoris Resurrectione, sextadecima die incepta, quae et Dominica erat, sollemnitatem agerent, ceu perfectum iam peractumque finem consecutam. Alexandrinorum autem Ecclesiae etc. scripserunt: „Nuntiamus vobis de factâ circa sanctissimum Pascha concordiâ, quia Vestrarum precum merito haec quoque pars recte fuit constituta, ut cuncti Orientales fratres, qui anteacum Iudeis (μετὰ τῶν Ιουδαίων) Pascha celebrabant, abhinc consona Romanis vobisque et nobis omnibus, qui ab initio sic Pascha observavimus [die videlicet dominica], nobiscum facturi sunt“.⁵⁾ (Patr. gr. ed. Migne. t. 86, p. 2395).

Veniam nunc ad huius capituli conclusionem. Nullus Orientalium asserere auderet tum Romanam tum Alexandrinam Ecclesiam Nicaeni Concilii mentem circa Paschatis quaestionem ignorasse aut parvi fecisse. Liquet vero ab illis etiam post Concilium, anno scilicet 333, Pascha in ipsa quartadecimâ lunae die celebratam fuisse; hinc nisi ipsum Athanasium damnare velint, qui ipsissimam, de qua agimus, locutionem in suis scriptis usurpavit, fateantur oportet, quod, praxim Iudeorum damnando, Nicaeni Patres non simplicem Christiani Paschatis cum Iudaico Paschate conventionem damnarunt, sed praxim illam, scilicet Quartodecimanorum, quâ Pascha Christianorum non in dominicâ tantum, sed in quacumque hebdomadae die cum lunâ quartadecimâ convenienti celebrari pergebat. Hoc et hoc tantum significat locutio: Pascha cum Iudeis.

⁵⁾ Me non latet recenter affirmatum esse: quarto saeculo, praesertim vero in Nicaeno Concilio, nullam amplius de Quartodecimanis fuisse quaestionem. Aliis praetermissis argumentis, prae oculis habemus affirmationem Constantinopolitani Patriarchae sexti saeculi. Seligere oportet.

IV.

De paschalibus inter Romam et Alexandriam disceptationibus
brevissimus excursus.

Argumentum hoc non pertinet ad scopum huius scriptionis, nec posset paucis absolvi. Hoc tantum animadvertisendum censeo veram harum disceptationum causam non in cyclorum diversitate aut astronomiarum computationum differentiam, sed in hoc potissimum querendam esse, quod nova plane principia, Christianae antiquitati ignota, Alexandrini in paschali computo introducere sunt aggressi, neque donec eorumdem obtinuerint triumphum quievere. Subiecta haec tabula docebit.

In veteri ante-nicaeno computo.

In computo alexandrino post-nicaeno.

I. Primum paschale plenilunium,
die 18 martii.

II. Pascha a luna XIV ad XXI.
celebrari potest, octo videlicet
lunarum mensis diebus.

III. Si intra paschalis mensis
limites (22 mart. — 21 apr.) XIV
luna in dominicam diem incidit,
Pascha tunc est celebrandum.

IV. A die 18 martii, a primo
scilicet paschalis plenilunii die, ad
21 apr. triginta quinque dies nu-
merantur. Pascha tamen semper
intra traditionales limites (22 mart.
— 21 apr.) celebratur.

I. Primum paschale plenilunium,
die 21 martii.

II. Pascha a luna XV ad XXI.
celebrari potest, septem scilicet
lunarum mensis diebus.

III. Si intra eosdem limites, a
22. martii ad 21. apr. luna XIV.
et dies dominica convenient, Pascha
in sequentem dominicam est trans-
ferendum.

IV. A die 22 martii a primo
scilicet paschalis plenilunii die, ad
25 aprilis, triginta quinque dies
numerantur. Decima quarta
tamen luna semper intra diem 22
mart. et 25 aprilis occurrit.

Quam graves fuerint mutationes, quas Alexandrini in paschali computo inferre nitebantur nemo non videt. Praesertim vero ex parte Romanorum obstabat traditio — in syriaco quoque Chronico ad annum 349 memorata et ipsi apostolo Petro attributa — quod numquam liceret Pascha tardius quam 21 Aprilis die celebrare. Obstabat quoque insolita, ne dicam portentosa, Christianae antiquitati prorsus ignota paschalis mensis usque ad 35 dies protractio. Obstabat denique, non sine quarundam conscientiarum turbamento, poena mortis in Veteri Testamento animae illi comminata, quae, praeter causas in ipsa Lege consideratas, Pascha ausa fuerit celebrare in mense secundo. (Num. IX. 10—13).

Nemo ergo mirabitur, si, occasione Paschatis anni 455, suam Imperatori adhaesionem ad datum 24 aprilis pertinaciter ab Alexandrinis defensum communicans, ipse magnus Leo hoc addere haud superfluum crediderit: „non quia hoc ratio manifesta docuerit, sed quia unitatis, quam maxime custodimus, cura persuaserit“ idipsum fere repetens in suis pro eiusdem anni Paschate Litteris formatis, in quibus haec leguntur: „malui

studio unitatis et pacis Orientalium definitioni ad quiescere, quam in tantae festivitatis observantia dissidere“ (Sceti Leonis Opera t. I. ed. Migne. Patr. lat. t. 54) ep. 137 et 138 (pp. 1100. 1101).

Et, in suo *Chronicon integrum*, Prosper Aquitanus, qui Romae degebatur Pontificiae Cancellariae addictus, haec scribere de Paschate anni 455 non dubitavit: „Eodem anno pascha dominicum die VIII. Kalendas Maii (24 apr.) celebratum est, pertinaci intentione Alexandrini Episcopi, cui omnes Orientales consentiendum putaverunt, quamvis Sanctus Leo, XV Kalendas Maii (17 apr.) potius observandum, protestaretur. Extant eiusdem Papae epistolae ad clementissimum Principem Marciatum datae, quibus ratio veritatis sollicitatae evidenter patefacta est, et quibus Ecclesia catholica instrui potest, quod hac persuasio *studio unitatis et pacis tolerata sit* potius quam probata, numquam deinceps imitanda, ut quae exitiale attulit offensionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem“. (Patr. lat. ed. Migne. t. 51. p. 606).

Duplici animadversione thema hoc absolvam.

I. Anno 455, unica ab Alexandrinis allata pro dato 24 aprilis ratio haec erat, quod, in paschali eorum cyclo, praecedens dominica dies (14 apr.) cum luna XIV conveniebat. Sed Sceti Leonis pro postremo hoc dato persistentia ostendit, quod nullum pro ipso valorem Alexandrinorum offerebat ratio. Hinc patet, quod non primis tantum a Concilio Nicaeno annis, sed etiam post centum triginta annos Romana Ecclesia in eadem permanebat sententia, quod plenissime liceret Paschatis festum in ipsâ quartaedecimae lunae die, si tantum haec foret Dominica, celebrare: aliis verbis, quod locutio ‘*Pascha cum Iudeis, μετὰ τῶν Ἰουδαίων*’ Quartodecimanorum tantum respiciebat praxim.

II. Secunda et maioris valde momenti animadversio haec est: Nullum grande, in vita Ecclesiae, deperditum extat exemplum.

V.

De anathemate, ab Antiocheno Concilio (341) contra Quartodecimanos lato, et ab universâ Orientali Ecclesiâ, in Synodo anno 1593 Constantinopoli habito, Latinis ad litteram applicato.

Prosecuta in Nicaeno Concilio circa Paschatis celebrationem concordia non aequa dociles ubique animos invenit: hinc est quod, quindecim a Concilio annis vix elapsis, Synodus Antiochena in suo primo canone hoc tulit contra inobedientes anathema.

Ἄπαντας τοὺς τολμοῦντας παραλύειν τοὺς ὅρους τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμενικῆς μεγάλης Συνόδου, τῆς ἐν Νικαίᾳ συγχροτηθείσης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ Θεο-

Omnis, qui ansi fuerint dissolvere definitionem sancti et magni Concilii, quod apud Nicæam congregatum est, sub praesentia piissimi et venerandi principis Constantini

φιλεστάτευ βασιλέως Κονσταντίνου περὶ τῆς ἀγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα, ἀκοινονήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς Ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένειν φιλογεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδίδαγμένα. καὶ ταῦτα εἰοήσθω περὶ τῶν λαικῶν· εἰ δέ τις τῶν προεστώτων τῆς Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τολμήσειν ἐπὶ διαστροφῆς τῶν λαικῶν καὶ ταραχῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἴδιά· εἰν καὶ μετὰ τῶν Τονδαίων ἐπὶ τελεῖν τὸν Ἀπάσχα, τοῦτον ἡ ἀγία Σύνοδος ἔντεῦθεν ἥδη ἀλλότριον ἔκρινε τῆς Ἐκκλησίας· δεῖ γὰρ στοιχεῖν τῷ τὸν πατέρων κανόνι μέχρι καὶ σῆμερον Θεοῦ χάριτι ὃν καθὸ δὴ καὶ τὸ λοιπὸν ἡ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ διαφυλάττει.

Anathema hoc, — prout ex praecedentibus aperte elucet, et prout ipsum semper tota interpretata est Ecclesia. — Quartadecimanos respicit; eos videlicet, liceat mihi repetere, qui in qua cumque hebdomadae die, in quâ decimaquarta caderet luna, Paschatis festum celebrabant, in ipsâ videlicet die, ut Eusebii verba usurpem: „in quâ Iudeis præscriptum erat, ut agnum immolarent“. Universa, ad hoc non attendens, Orientalis Ecclesia, anno 1593, undecimo a promulgata gregoriana Kalendarii emendatione, in magna Synodo Constantinopoli habita, coram Tsari Moscoviae Legato, sollemniter per quattuor Orientis Patriarchas nec non permultos eiusdem Ecclesiae Episcopos, in octavo eiusdem Synodi canone — [prout videre est in Dosithei, Hierosolimitani Patriarchae *Tόμος τῆς ἀγάπης κατὰ Λατίνων*, Iassy 1698, p. 538 et in Vita Ieremiae II. Constantinopolitani Patriarchae (1572—1594) a K. N. Satha conscriptâ, Athenis 1870, pp. 89 et 91] — hanc tulit contra novum Kalendarium seu Latinorum circa Pascha novitatem (ἀποβολὴ τοῦ νέου Καλενδαρίου ἥτοι τῆς περὶ τὸ Πάσχα Λατίνων καινοτομίας) summi ponderis sententiam:

Κανὼν ὅγδοος.

Ἄσύλευτον διαμένειν βουλόμενα τὸ τοῖς Πατροῖσι διορισθὲν περὶ τοῦ ἄγιον καὶ σωτηρίον Πάσχα· ἔχει δὲ οὕτως.

Ἄπαντας τὸν τολμοῦντας κ. τ. λ.

Sequitur de verbo ad verbum usque ad finem relatus, primus Antiocheni Synodi contra Quartodecimanos canon. hic supra traditus. Hinc quaerere licet:

de salutifera sollemnitate paschali, excommunicandos et de Ecclessia pellendos esse censemus, si tamen contentiosius adversus ea, quae bene sunt decreta, perstiterint. Et haec quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum, qui praesunt Ecclesiac, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus post hanc definitionem tentaverit, ad subversionem populorum et Ecclesiarum perturbationem seorsim colligere et cum Iudeis Pascha celebrare sancta synodus hunc alienum iam ab Ecclesia iudicavit: quia patrum nostrorum regulæ est adhaerendum prout usque hodie, Deo adiuvante, eas servat sancta Dei Ecclesia.

Canon octavus.

Inconcussum manere volumus quod a Patribus de sancto ac salutari Paschâ fuit statutum; quodque ita se habet.

Oinnes, qui ausi fuerint etc.

I. Celebrant-ne Latini suum Pascha in quacumque hebdomadae die, in quā decima quarta occurrerit Luna?

II. Anno 341, quo Antiochena Synodus est habita, non Romana tantum sed Alexandrina quoque Ecclesia Pascha celebrare pergebat iuxta normas Latereuli, de quo supra egimus: quarum una, exemplo anni 333 confirmata, haec erat, ut „quartadecimā lunā et dominica die simul convenientibus, Pascha tunc celebraretur. Nonne ergo huius canonis anathema in ipsum magnum Orientalis Ecclesiae lumen Athanasium recideret?

Sed alia quoque, iis mirabiliora, Orientalem anno 1593 effugerunt Ecclesiam.

III. Post habitam anno 341 Antiochiae Synodum, celebris Rabbi Hillel II. (330—365) propriam (circa 360) nationem illo ditavit singularissimo artificio concinnato Kalendario, quod suum etiam hodie plenum obtinet vigorem, et Newtonii admirationem eliciebat. Nunc vero, quicumque huius Kalendarii regulas inspexerit, cito animadvertiset, quod *numquam* decima quarta luna primi religiosi Kalendarii mensis Nisan, in diem dominicam incidere potest: hinc, iam ab anno 360, possibilitas ipsa fuerat sublata, quod Hebraeorum et Christianorum Paschatis dies unquam possent convenire. Quod Latini suum Pascha dominicā tantum die celebrent, hoc lippis et tonsoribus notum: quod vero hebraici Paschatis dies, ab ipso Domino praescripta, non alia sit nec esse possit, nisi decimaquarta primi mensis Nisan (antiquitus: Abib) dies, de hoc fidem faciunt sacrae Litterae: unum tantum sufficiat afferre locum. „Hae sunt feriae Domini — sic legitur Levit. XXIII, 4—6 — quas celebrare debetis *temporibus suis*. Mense primo, quartadecima die mensis, ad vesperam, Phase Domini est. Et quintadecima die mensis huius sollemnitas *Azymorum* est.“ Hinc est quod omnes de paschali computo scriptores, de Hebraeorum paschate loquentes, non aliter, usque ad annum 1593, sunt locuti ac ipsae Sacrae Litterae. Sequitur quod Constantiopolitana Synodus *impossibilitatem* anathemate percussit.

IV. Orientalis Ecclesiae hac in re defensores reponunt, quod Iudeorum Pascha die 15. Nisan celebratur, nosque ad Iudeorum remittunt Kalendaria, in quibus revera, 14 dies Nisan tamquam vigilia ad Pascha celebrandum praeparatoria indicatur. Quod Israelitae, pro quibus mystici agni immolatio — symbolum veri Paschatis nostri Christi (1 Cor. V. 7.) immolationis — suam amisit significationem, ad Azyma tantum attendant ipsumque nomen Pascha ad ea transtulerint, hoc facile intelligi potest; sed Christiani, in re prorsus ecclesiasticā, non possunt verbis alium adnectere sensum, quam illum, quem unice praebent sacrae Litterae et ecclesiastica documenta. Ad lectorem illatio. Plura nunc addere possem; unum tantum sufficiat et veniam ad totius scriptioonis conclusionem.

V. Quicumque vel tenuem possidet de cyclo alexandrino notitiam, iuxta quem usque hodie dissidentium a nobis fratrum Paschata stabiliuntur, ipse scit, quod decimaquinta luna tamquam paschalis computatur, in quā scilicet Pascha celebrare licet. Quodsi quis scire

cupiat, quot vicibus Orientalis Ecclesiae Pascha in decimamquartam inciderit lunam, sciat ipse, quod in unoquoque magno Dionysiano 532 annorum cyclo, hoc evenit septuaginta sex vicibus⁶⁾. Si ergo ratio anathematis, anno 1593 contra Latinos lati, haec est, quod ipsi suum interdum Pascha in decimaquintâ lunae die celebrant, tunc dicendum, quod, anno 1593, Orientalis Ecclesia sollemnissimum tulit contra semetipsam anathema.

VI.

Extat-ne modus pacifice obtinendi optatissimam in Paschatis
celebratione concordiam?

Quam immerito contra Latinos prolatum fuerit anni 1593 anathema, satis liquet; speranda-ne est felix aliqua difficultatum omnium solutio, cum restauratione optatissimae in Paschalis festivitatis celebratione concordiae?

Praemittendum puto per ipsum anathema Orientalis Ecclesiae fidelium conscientias usque hodie non parum excruciali. De hoc complura et gravia afferre possem documenta. Suis plene addicti pastoribus, Orientalis Ecclesiae fideles quae exposui plene ignorant, nec parvum pro ipsis exsurgeret scandalum, si eis rerum veritas minus prudenter pateficeret. Hoc addendum quod, pro suâ erga suam Ecclesiam reverentia, quidquid directe vel indirecte ipsius considerationi noceret, minime tolerarent. Ceterum, numquam Magister noster et Exemplar Christus humiliando sanavit.

Quid ergo agendum? Potius quam meam, in re tam gravi, proferam, non interrogatus, sententiam, consultius duco evulgare magni ponderis Sanctae Sedis, de quaestione Paschatis, documentum.

Anno 1897, per celebris Berolinensis Observatorii Director et internationalis Comitatus pro unificatione ponderum et mensurarum Praeses, Professor W. Förster, Emo Cardinali Rampolla, defuncti illustris Pontificis Leonis XIII a Statu Secretario, desiderium communicavit in Germaniâ pens generale et ab ipsâ protestanti Germanicâ Ecclesiâ expressum, ut, si id fieri posset, Apostolica Sedes suam adhiberet auctoritatem ad grandem, et incommode interdum attentam, Paschatis festi mobilitatem coarctandam, id ipsum suggerens quod astronomus Römer Leibnitio suggerebat, ut scilicet eidem assignaretur tertia ab aequinoctio dominica, eius modo mobilitate ad hebdomadam tantum, loco quinque, reductâ (5—11 apr.). Ecce, hîc, quale obtinuit responsum, de quo, ut mihi certissime innotuit, Germanicum Gubernium valde est laetatum.

Lettre de S. E. le Cardinal RAMPOLLA secrétaire d' État de S. S. LÉON XIII. au prof. WILHELM FÖRSTER directeur de l' obser-vatoire de Berlin et président du Comité international des poids et mesures.

⁶⁾ Vide in Compte rendus de l'Académie des Inscriptions et belles lettres, notitiam: La Serbie et la fin d'une conte-station pascale de trois siècles. 21 jun. 1901. Pièces just. III.

Rome, 6 Mai 1897.

Monsieur le Directeur,

J' ai reçu avec un vrai plaisir, et lu avec un vif intérêt, votre honorée lettre du 18 avril dernier, concernant la question de la fixation moyenne de la fête de Pâques.

Votre zèle pour l' adoption du calendrier grégorien, et la confiance avec laquelle vous nous adressez au St-Siège pour exposer vos vues à ce sujet, m' ont été très agréables et je vous offre tous mes remerciements.

Si l' on devait considérer la réforme proposée sous le seul rapport des avantages d' ordre social le projet mériteraient, sans doute, un accueil favorable. Mais l' Église doit aussi avoir égard au point de vue traditionnel, à la connexion de la solennité de Pâques avec les mystères de la mort et de la résurrection du Seigneur.

En outre, le Saint-Siège doit éviter tout danger d' introduire, dans la Chrétienté, des divisions plus grandes, par suite du nouveau changement.

Toutefois, si on arrivait à écarter ce danger et à faire demander universellement la stabilité relative de la fête de Pâques, grâce à un mouvement de l' opinion publique mieux éclairée par le monde savant, l' initiative d' une pareille réforme pourrait, alors, être prise en considération par le Saint-Siège, surtout dans un Concile général.

En vous félicitant de mettre vos talents au service de la cause chrétienne et scientifique de l' adoption du calendrier grégorien, je vous offre. Monsieur le professeur, les assurances de ma parfaite estime et de ma considération.

M. CARD. RAMPOLLA.

M. le Prof. Förster.

A quovis abstineo commentario. Documentum ipsum satis de se et pro se loquatur.

Hoc unum addam quod similis quaestionis solutio, plus quam semel, in ipsâ Russiâ, iam fuerat proposita.

Caes. *Tondini de Quarenghi*,
Scriebam Romae, mense Martio 1906. barnabita.

EXTRANEA, RES SLAVORUM SPECTANTIA.

In Lovaniensi „**Revue d'histoire ecclésiastique**“ 1906. (VII.) N. 1 conspectus exhibetur litterarum bulgaricarum (p. 231—2), serbicularum (232—3), russicarum (234—240). Inter alia doctissimus auctor P. A. Palmieri describit commentationem prof. L. Miletic in Bulgarico Sbornik za narodni umotvorenija, nauka i knižnina XIX. (Sophia 1903, p. 1—369) de Paulicianis Bulgaris, i. e. de catholicis Bulgaris prope Svistov et Philippopolim; quos Miletic contra M. Drinov non ab Armenis Paulicianis profectos sed a Franciscanis conversos esse existimat. — Item commentationem I. S. Jastreblov in XLI. volumine serb. Spomenik (Tauruni 1904) de Vetere Serbia et Albania, ubi multa de monasteriis serbici continentur.

Item XVIII^{um} Godičnjak regiae Academiae Serbicae et LXVIII. volumen Glas Srpske Kraljevske Akademije, ubi J. Tomić, qui de Ba-

silio Petrovič, metropol. montenegr. scripserat, de rationibus Montis Nigri cum Turcia exponit.

Ex russicis tractat praeter alios librum N. Marr (Arkaun. Spb. 1905) orientalistae multis partibus doctissimi; eiusdem commentationem Krešćenie Armjan, Gruzin, Abhazov i Alanov sv. Grigoriem in Zapiski Vostočnago otdelenija Imper. Russkago Arheologic Obščestva 1905 (t. XVI.), de s. Gregorio Illuminatore.

Rivista storico critica delle scienze teologiche. I. Roma 1905.

A. Palmieri, Pro teologia russa. (p. 54—55). Contra P. M. Martinez defenditur elegantia doctrinae theologorum Russorum; si nos aestimabimus labores eorum, etiam nostri ab eis aestimabuntur; ne dividantur arma opesque christianorum, sed socientur!

A. Palmieri, Il centenario di Alessio Stepanovitch Khomiakov (p. 103—104). A. Homjakov (* 1. Mai 1804, † 23. Sept. 1860) a multis celebratur ob doctrinae etiam theologicae excellentiam, qui locum meliori doctrinae, ab occidentali liberiori aperuerit, revera tamen slavjanophili odium rerum occidentalium et mediocritas theologiarum eius commen-tationum propria sunt. Enumerantur opuscula eius theologica secundum novam editionem Sočinenija A. S. Homjakova. Moskva 1900, vol. II. Sunt haec: Cerkov odna (p. 3—26) 1864. — Quelques mots par un chrétien orthodoxe sur les communions occidentales à l' occasion d' une brochure de M. Laurentie. Par. 1853 (in Russ. versum p. 27—90; in ed 3. M. 1886 p. 27—92). — Quelques mots sur les Confessions occidentales à l' occasion d' un mandement de Mgr. l' Archevêque de Paris. Leipzig 1855 (Russ. p. 91—162; ed. 3. p. 95—168). — Encore quelques mots d' un chrétien orthodoxe sur les Confessions occidentales à l' occasion de plusieurs publications religieuses, latines et protestantes. Leipzig 1858 (Russ. p. 163—247; ed. 3. p. 171—258). — Les tra-vaux bibliques de Bunsen in Union Chrétienne 1860 (Russ. p. 248—290; ed. 3. p. 261—301). — Pis'mo k utrehtskomu episkopu žansenistu Loosu (p. 291—304; ed. 3. p. 305—317). — Lettre au rédacteur de l' Union Chrétienne 1860 No 45; Russ. p. 305—314; ed. 3. p. 320—328. — Pis'mo k I. S. Aksakovu o značenii stradanija i molity (ed. 3. p. 329—338). — Pis'mo k K. S. Aksakovu o molitvě i čudesah (ed. 3. p. 339—342). — Pis'ma k Pal'meru i Vil'jamsu (p. 315—398; ed. 3. p. 345—422). — Opyty perevodov apostol'skih poslanij (p. 401—420) — Otryvki i zamétki (p. 425—430). Addimus ad hoc brevem indicem eorum, quae contra Latinos sunt (sec. edit. 3.): De infallibilitate romani episcopi p. 108—9; 189—191; 239—240; De Honorio 78. 190; de Liberio 71; de ecclesia docente p. 61—68. 140. 190—1; de concil. o ecum. 48. 71—2. 102; de Filio-que sine iure inserto p. 48. 355; de notis ecclesiae 362—4; de indulg 369; de divortio ob adult. 142—3; de matrimonii ministro 369; de peccato orig. 282—3; de infantium salute 389; de beatitudine 123. Homjakov protestantismum putabat esse germanum catholicismi fructum. De eius doctrina theologica tractat Zavitnevič, Al. S. H. I. Trudy Homjakova v oblasti bogoslovija. Kiev. 1902, p. 867—1422.

A. Palmieri, Bolletino di teologia russa (p. 188—201.) Primum exponitur de Pravoslavnaja Bogoslovskaja enciklopedija, ubi maxime desideratur conspectus fontium ac litteraturae de rebus tractatis. Velut de Dositheo Notaras, patriarcha Ierosol., Latinorum vehementi oppugnatore, non affertur a Sokolov nisi N. Kapterevo, Snošenie patriarha Dositheja s Rossiej. M. 1891; latuerunt eum quae in Dušepole-znoe Čtenie scripta sunt a Macenko (Dosithej, patriarcha Ierusalimskij i ego vremja. 1877 II. p. 475—496; 1878 I. 81—106; 220—240; 494—508; II. 23—50; 147—5.), item quae in Σωτήρ (Athen. Τὰ κατὰ τὸν Δοσίθεον) edita sunt; immo et quae Lebedev, Istorija greko-vost-cerkvi pod vl. Turok 1896. I. p. 57—60 notavit. — De Ignatio patr. constantinop. afferuntur fere tantum ea, quae Russi scripserunt. — Item de Isidoro, metrop.

Moscov., ne Pierlingianae quidem tractationis mentio fit. — Inter Eugenii Bulgaris opera numeratur a S. Troickij »izslēdovanie o Nikiforē Vlemidē (Lejpcig 1768 i 1784) v treh tomah« (!), et »traktat ob ishoždenii Sv Duha« (Zernicavii!).

Deinde agitur de Véra i Razum 1904; de I. G. Troickij, Talmudiceskoe učenie o posmertnom sostojanii konečnoj učasti ljudej: ego proishoždenie i značenie v istorii eshatologičeskikh predstavlenij (De eschatologica doctrina in Talmud) Spb. 1904 p. VIII.+348; de Hristianskoe Čtenie 1904; de libro E. Akvilonov, Novozavětnoe učenie o cerkvi Spb. 1904, doctrina parum excellenti; de A. Burgov, Pravoslavno-dogmaticeskoe učenie o pervoirodnom grěhě. Kiev 1904 (de quo nos alias plura dicemus); de D. Bogdaševskij, Poslanie svjatago apostola Pavla k Efes. Kiev 1904 p. VII+702, opere eximio.

Denique p. 201 cum P. Netzhämmér (Unsere Stellung zur griechisch-orthodoxen Kirche. Salzburg 1903, p. 6) monens ab orthodoxis plenum fidei primae thesaurum servatum esse desiderat auctor, ut magis magisque catholici et orthodoxi inter se cognoscantur.

G Zatttoni, L'epiclesi nell' antica liturgia romana e il suo valore consecratorio (p. 241 – 254). Auctor provocans ad formulae absolvendi mutationem, quae e deprecativa facta est indicativa, similem mutationem in signo consecrativo evenisse existimat. Antiquitus non verba Domini sola fuisse »fattore essenziale« sed etiam epiclesin. Patres epiclesi non declarandi praesentiam realem sed efficiendi sensum subiecerunt. S. Gregorium M. credidisse apostolos species solo »Pater Noster« transformasse (ep. 9, 12). Gelasium I. (ad Elpid. Mansi VIII, 139. Thiel I., 486) dixisse Spiritum s. invocatum advenire ad divini mysterii consecrationem; quod tamen testimonium cum effectum Spiritus s. dependentem videatur reddere ab innocentia sacerdotis, potius aliud docet.

P. A. Palmieri, La riforma canonica della Chiesa Russa (Patriarcato e Sinodi; p. 829—844). His de rebus in nostro conspectu alio loco exponetur.

MISCELLANEA.

D. Placide de Meester O. S. B., **Le dogme de l' Immaculée Conception et la doctrine de l' Eglise grecque.** (Extrait de la Revue de l' Orient Chrétien 1904—1905). Paris 1906. 82 p.

Commentatione hac doctus scriptor, Romae in collegio Graeco professor, minus apologetice quam dogmatice inquirit in doctrinam Graecorum Patrum de immaculata conceptione Deiparae. Primum de attributis quibusdam B. M. V. agit, quae et ad hoc dogma exprimendum apta esse et ad idem a ss. Patribus adhibita esse docet. Ut nonnulla magis attendi (usus antonomasticus), alia de Patribus uberiori approbari (puritate Mariam angelos superare), alia minus firma negligi (fortuitus usus verbi η ἀμεμπτος loco η παρθένος ibi, ubi etiam φθαρέντας occurrit p. 12) potuerint, tamen efficitur, ut attributis illis confuse id exprimi consueverit, quod nunc immaculatam conceptionem uno verbo dicere solemus, exemptionem illam a peccato originali, quam a ss. Patribus creditam esse constat.

Deinde agitur de typis et figuris V. T. a Patribus ad B. M. V. dignitatem exprimendam adhibitis. Id nonnumquam eo modo fiebat, ut firmissima argumenta, Patribus de eodem illo Deiparae privilegio persuasum fuisse, inde hauriri possint.

Tum modus, quo Patres nonnullos sacrae scripturae locos (velut ex Cant., Protoevang., Salutat. ang.) explicabant, tractatur.

Denique ea, quae in Patrum Graecorum operibus ad nexum theologicum huius dogmati cum aliis christianaे doctrinae partibus spectant, et rationes theologicae, quibus iidem Patres B. M. V. privilegia probabant, exponuntur. Inter alia allegantur hic loci ad persuadendum

aptissimi de quadam immortalitate Deiparae ex Simeone Thessal. (In nativ. Deip.), de concupiscentiae immunitate ex Psello etc.

Cum res magis ita tractetur, ut credenti dogma consensus Patrum exhibeat, quam ut adversarius eorum testimonii prematur et includatur, multa licuit afferre, quae dubitanti non persuadent nec tamen a dogmatico aut patrologo negligenda sunt. Etenim minus clara clarioribus explicantur. Tamen firmiorum testimoniorum vis accuratius ostendi potuit; et, cum apologetae potissimum sit, singulos locos accurate examinare, tamen etiam dogmatico diligenter cavendum est, ne explicans eos »dans leur totalité« decipiatur; velut attributo ἀγίᾳ idem exprimi quod vocibus ἡ Πανάρθορος, ἡ Πανάμωμος aut Patres de »terra virgine« loquentes immaculatam conceptionem semper significasse non dixerim (cf. Čas. kat. duch. 1905 p 464—5). Optandum est etiam, ut fontes, unde patrum testimonia allegantur, accuratius indicentur.

Ceterum haec commentatio dogmatica, industrie ac studiose elaborata et doctrinae laude dignissima, magnum desiderium movet apologeticae, quam auctor in fine promittit.

Iuvat fortasse adnotare etiam opus A. Krechowieckii, de Deipara immaculata sec. evangelia et ss. Patres (2 tom, IV. + 656; 636 pag.) Leopoli editum.

A. Špalda.

Antoine Malvy, L'union des Eglises Chrétiennes. (Extrait du Messager du Coeur de Jésus. Avril 1905.) Tournai. 18. p.

Expositis scandalo aliisque malis, quae perniciosa illa ecclesiarum separatio attulit, cuius rei Japonia et Terra Sancta clara exempla praebent, desideria omnium christiani nominis vere studiosorum exprimuntur eorumque studia narrantur. Quae saeculo hoc maxime aucta sunt Memoria certe digna sunt, quae Ioachim III. patr. Constpl. 12. Iunii 1902 et Antonius, metropol. Petropol. 25. Ian. 1904 professi sunt. Rerum statu descripto concluditur ad ecclesiarum coniunctionem quam maxime necessariam esse animorum conciliationem. »Nous aurions atteint notre but si nous avions fait comprendre qu' entre les deux moitiés divisées de la chrétienté, ce qu' il faut hâter de tous nos efforts, ce n' est pas des pourparlers théologiques et des discussions de droit, mais un rapprochement des coeurs par la charité« p. 16.;

RESPONSA AD INTERROGATIONES.

1. **Liturgia orientalis** tractatur his libris russicis:

A. Dmitrievskij, Bogosluženije v russkoj Cerkvi v XVI. vekě. Kazan' 1884. (4 R.). — Opisanie liturgičeskikh rukopisej hranjaščihsja v bibliotekah Pravoslavnago Vostoka, t. I. Kiev 1895; t. II. Kiev 1901. (7·5 + 8 R.). — Stavlennik... s objasn. vselj obrjadov i molitvoslovij. Kiev 1904. (XIII. + 343. 2·5 R.). — Drevne-Iudejskaja Sinagoga i eja bogoslužebnyja formy v otwoš'ni k drevne-hristianskomu žramu i ego bogoslužebn. form. Kaz. 1893. (0·5 R.).

K. Nikol'skij, O službā russkoj Cerkvi, byvših v prežnyh pečatnyh bogoslužebnyh knigah. Spb. 1885 (3 R.) — Anathematstvovanie, soveršaemoe v pervuju neděļju Velikago posta. Spb. 1879. (1·5 R.). — Obozrenie bogoslužebnyh knig pravoslavnoj Rossijskoj cerkvi. Spb. 1858. (4 R.). — Ob antiminsah prav. russkoj Cerkvi. Spb. 1872. (3·5 R.). — Posobie k izučeniju ustava bogosluženija pravosl. Cerkvi. Spb. 1888. (3 R.). — Materialy dlja istorii ispravlenija bogoslužebnyh knig. Spb. 1896. (1 R.).

N. Odincov, Porjadok obščestvennago i častnago bogosluženija v drevnej Rossii do XVI. v. Spb. 1881. (1·5 R.).

N. Krasnosel'cov, Objasnenie Liturgii sostavленное Theodorom, episkopom Andidskim (XII. v.). Kaz 1884. (0·3 R.). — Materialy dlja istorii činoposlědovanija liturgii svjatago Ioanna Zlatousti. Vyp. I.

Kaz. 1889. (1·5 R.). — K istorii pravoslavnago bogosluženija. Po povodu někotoryh cerkovnyh služb i obrjadov, nyně neupotreblajuščihſja. Kaz. 1889. (2 R.).

A. Popov, Pravoslavnye Russkie Akathisty, izdannye s blagoslovenija Svjatějšago Sinoda. Istorija ih proišoždenija i cenzury, osobennosti soderžanija i postroenija. Kaz. 1903 (VI. + 636 + VI.; 3 R.).

A. Petrovskij, Apostol'skija liturgii vostočnoj cerkvi. Liturg. ap. Iakova, Thaddeja, Marija i sv. Marka. Spb. 1897. (2·5 R.). — Posledovanie strastej po bogosluž. ustavu Ierus. cerkvi IV. i IX.—X. v.: Strannik 1904 (45) I., 3, 473—482. — Drevnij akt prinošenija veščestva dlja tainstva evhar.: Hrist. Čt. 1904, I., 406—431.

arhiep. Sergij, Polnyj Měsjacoslov Vostoka. Vladim. 1901 (6·25 R.).

M. Arhangel'skij, O tainstvě Sv. Eleja. Spb. 1895. (1·75 R.).

A. Golubcov, Činovniki Holmogorskago Preobraženskago Sobora. M. 1903. (2·25 R.); Činovnik Novgorodskago Sofijskago Sobora. M. 1899. 1·75 R.); Činovnik Nižegorodskago Preobraž. Sobora. M. 1905. (0·75 R.).

I. Mansvetov, Cerkovnyj ustav (tipikon), ego obrazovanie i sud'ba v grečeskoj i russkoj cerkvi. M. 1885.

I. Dmitrevskij, Istoricheskoe, dogmaticheskoe i tainstvennoe izjasnenie Božestvennoj liturgii. Spb. 1884. (2·5 R.).

V. Turaev, Nočnoe bogosluženie ethiopskoj cerkvi po rukopisi № 143 Arheologičeskago Muzeja pri Kiev. Duž. Akad. Kiev 1901. (0·25 R.).

P. Dudarev, Istorija prazdnika Voznesenija Gospodnja. Novočerkassk 1905. (0·10 R.). — Istorija prazdnika Srētenija Gospodnja. Novoč. 1905. (0·1 R.). — Proišoždenie prazdnika Blagověščenija Božiej Materi. 1904 (0·1 R.); ex Donškija Eparh. Vědomosti 1904, 8, 228—232; 9, 258—266).

A. Almazov, Ispytanie osvjašč. hlebom. Greč. ustav soveršenija ego po rkp. XVII. v. s kratk. istor. očerkom. Odessa 1904. (0·25 R.). — Istorija činoposlědovaniya kreščenija i miropomazanija. Kaz. 1885. (4 R.).

N. Pal'mov, O prosforah na proskomidii. Kiev 1902. (0·4 R.).

2. De capite ecclesiae. Quod E. Avilov in libro suo Novozavětnoe učenie o cerkvi a. 1904 denuo edito theologis ecclesiae catholicae opponit, non posse primatum componi cum imagine, qua ecclesia corpori comparatur, cuius caput est Christus, novum non est, nec apud Russos (cf. Filaret, Slova i rěci IV, 327; Gorodkov, Dogm. bogosl. po sočinenijam Filareta, mitrop. Mosk. Kaz. 1887, p. 234 etc.) nec apud occidentales primatus adversarios. Ad sententias eius »Cerkov' ne est' tělo rimskago episkopa; slědovatel'no i rimskij episkop, ne est' ni v kakom smyslě glava Cerkvi: Cerkov' ne možet byt' dvoeglavoju« (p. 43) et »pri učenii o Cerkvi, kak těle Hristovom, rěšitel'no ne ostaetsja města dlja papskago glavenstva« responderi potest cum C. Tonini, Le pape de Rome. „Paris 1876, p. 188: »Dire que cette Église doit être gouvernée par un homme seul, au lieu de l'être par un certain nombre d'hommes indépendants les uns des autres, — ceci peut-il être qualifié »d'usurpation sur l'autorité de Jésus-Christ?«« »Puis donc que l'Église de la terre constitue une société visible, elle a besoin d'un gouvernement extérieur et de gouverneurs visibles; quelle que soit d'ailleurs la forme de ce gouvernement, il faudra bien appliquer, soit à un homme seul, soit à plusieurs, la dénomination de chef ou tête de l'Église« p. 191; cf. Confessio orthodoxa ap. Kimmel, Libri symb. p. 158.

Quod idem existimat doctrinam de ecclesia ut est Christi corpus negligi a theologis occidentalibus, non magis verum est. Cf. e. g. Thomas Aqu. S. th. III, q. 8, a 1; Guilelmus Altiliodor, In l. 3. tract. 1, c. 4, q. 5; I. o. Turrecremata, Summa de ecclesia l. 1, c. 43—69; M. Beccanus, De republica ecclesiastica l. 1, c. 4; Petavius, De incarnat l. XII., c. 17, § 3; F. Stentrup

Soteriologia (Oenip. 1889), vol. II. th. 170—1, (p. 1124—1136); Vilmers, De Christi Ecclesia p. 80—5; A. Straub, De ecclesia th. 10 (p. 269—282); Bessarione Anno 1902 (6), ser. 2, vol. 2, p. 10—14. etc. Et, quod rei caput est, eadem doctrina quam accuratissime ab iis explicatur, quod ab Akvilonov fieri dici non potest. Conferatur velim explicatio huius cum theologis ecclesiae catholicae; quorum mentem paucis hic exhibere liceat.

Ecclesia est corpus Christi idque sensu improppio, cum si comparatur cum corpore Verbi (Verbum est sustentans corporis proprio sensu), tum, si spectatur natura corporis; ecclesia enim analogice tantum corpus est, etsi aliter ac societas in genere cum corpore comparatur. Esse corpus Christi non proprietas ecclesiae est, sed essentia, id quod suo modo Akvilonov videtur p. 62 expressisse.

Quaeritur, quomodo sit Christus caput ecclesiae, seu quae sit analogia inter caput physicum et caput ecclesiae. In hac quaestione solvenda non est primario attendendum ad functiones, quas physiologi capiti tribuunt, sed notio capitinis physici consideranda est, quae post hominum memoriam in usu fuit et est, quaeque transferebatur. Constat enim caput sine corpore vivere non posse, Christum sane sine ecclesia posse esse; in hac re notio translata capitinis videtur proprius accedere ad caput taeniae quam hominis. Capitis — notione vulgari verbo subiecta, item capitinis metaphorici — est 1. arctissime coniunctum esse corpori 2. coniunctionem cum eo esse causam, cur materia incorporetur seu vitae organicae particeps fiat 3. idem caput esse causam, cur membra viventia componantur in unum organismum seu corpus; 4. esse huius organismi membrum principale et totum adaequans. Haec vis metaphorica capitinis innititur sane physiologicae et — quae res minime negligenda est, si quidem ideae divinae negari non possunt — ideali. Physiologice notum est caput esse microsoma; idealis vis bene exponitur in Natur und Offenbarung III, 408 ss.

Iam quomodo Christo omnes notae capitinis mystici conveniunt? Secundum catholicos theologos (orientales id negabunt) eramus mortui antequam Christus venisset, quia pro peccatis nostris satisfacere non potuimus et Deus satisfactionem postulabat. Christus satisfecit, necesse autem est eius satisfactionem nobis applicari; quae applicatio consistit in eo, quod incorporamur Christo, i. e. sumus id, quod Christus est idque per Christum ipsum (sicut incorporari Adamo est fieri hominem per Adam), i. e. sumus filii Dei generatione, cuius ipse est causa non solum meritoria sed et efficiens. Nam Christus ipse est, qui baptizat. Nam sacramenta efficiunt formaliter necessitatem implendae significationis; efficiunt id per suam significationem (suam operationem, ratione distinctam ab ipso signo), quae a naturali elevata est (per relationem directe quidem ad causam [intentionem ministri competentis], indirecte autem ad institutionem Christi) ad significationem a Christo positam, quae quatenus a Christo posita est, cum non possit non esse vera, necessitatem metaphysicam impletionis afferit (cf. J. Müller, De sacram. in gen. Oenip. 1905, p. 153). Ut talia signa instituere posset, hoc Christus meritis suis consecutus est sec. Eph. 5, 25. s. Cf. Suarez, In III. p. t. 1. disp. 39, s. 3. Iam vero fieri id, quod est Christus, seu incorporatio, qua evadimus in membra Christi, est simul formaliter ipsa deificatio nostra seu collatio vitae deiformis, supernaturalis, qua ex materia anorganica in corpus illud vivum ecclesiae transimus; quod capitinis unitate continetur. Ergo Christus caput est corporis, cuius anima est — Spiritus s. Cf. Eph. 1, 23; Augustinus, Serm. 268 in die Pentecost. Et haec est ecclesiae essentia, non proprietas; quippe cuius finis sit salus hominum attingenda per meritorum Christi applicationem. His perspicuis nexibus videtur res accurate et plene explicata esse.

Ad tertiam eiusdem auctoris objectionem ab ecclesia romana falso putari regnum coelorum idem esse atque ecclesiam (p. 49) spe-

ramus fore, ut inveniatur, qui propria commentatione respondeat, cum ea de re a Russis multum tractetur et inter occidentales alii aliter sentiant [Cf. P. Ja. S v ě t l o v, Ideja Carstva Božija v eja značenii dlja hrist. mirosozereanija in Bogosl. Věstnik 1903; Strannik 1902, I, 403—426; 1118—36 (contra Schmoller et Tolstoj); V. G o m e r o v, Raskrytie evangelijskago ponjatiya o carstvè Božiem. Kiev 1906. etc.; F r a n z e l i n, De eccl. Christi th. 7 (p. 77—90); L. A t z b e r g e r, Die christl. Eschatologie in den Studien ihrer Offenbarung im A. u. N. T. Freib. 1890, p. 217—226; L. F o n c k, Die Parabeln des Herrn, Innsbr. 1902, p. 48—65; J. S c h ä f e r, Das Reich Gottes im Lichte der Parabeln des Herrn, Mainz 1897; B a r t m a n n, Das Himmelreich und sein König. Paderborn 1904; Zeitschrift f. kath. Theologie 1903 (27) p. 581 (Z o r e l l); Revue biblique VIII. (1899) 1346—368 (V. Rose); cf. Rev. de théol et des quest. relig. 1902, I, p. 141—172 (J. Neel); The journal of theol. studies 1900, I, n° 4 (W. Sanday); Liberté Chret. 1902, 9, col. 385—394 (J. Bovon) etc. etc.]. Ceterum argumentum eius ex illo: „Regnum Dei intra vos est“ ductum (p. 46) debilissimum est; cur enim hic locus non possit de praesentia regis et primorum membrorum intelligi?

3. (**De purgatorio.**) Inter 5 illa, quae semper improbabantur a theologis graecis, sunt (praeter »Filioque«, primatum, azyma) etiam quaestiones de purgatorio et de statu animarum sanctorum ante iudicium. (Cf. etiam catalogos errorum ap. N. N i l l e s, Symbolae I., (1885) 116—121). Cum de concedenda iustis ante diem iudicii visione beatifica promissa sit nobis commentatio, de purgatorio solo hic pauca exponere satis est¹⁾.

Doctrina catholica de purgatorio duo complectitur: a) posse animas iustas venire illuc maculis quibusdam moralibus affectas; b) has maculas deleri debere poenis satisfactoriis, antequam animae ad beatitudinem perveniant. Purgatorium esse locum quendam, licet sicut caelum et infernum saltem anthropomorphistice ut locus proprius concipi soleat, aut animas illas igne (sive supernaturali quodam, sive noto processu chemico) torqueri (quod Russi negant; cf. Makarij, Praec. dogm. bog. § 259, III., defendit v. g. F. Schmid, Das Fegefeuer nach katholischer Lehre. Brixen 1904), non contenditur; purgari animae dicuntur ab indignitate ascendendi in caelum (cf. Th o m a s Aq. q. 71, a. 6, ad 3), negatur autem eas actibus virtutum moralem perfectionem, augmentum gratiae acquirere (cf. G r e g o r. Naz., Or. 15). Poenae purgatorii sunt mere vindicative; cur tales exigat Deus, duplex ratio est: iustitia vindicativa et sanctio seu gubernatio, »quia alias homines contemerent in hac vita satisfactionem condignam pro mortalibus et pro nihilo ducerent peccata venialia, si pro eis nulla timeretur vindicta, dummodo in gratia morerentur«. Suarez, De purgator. disp. 45, s. 1, n. 36. Satisfactio purgatorii adaequat culpam non sola per se, sed quatenus per hanc passionem applicatur satisfactio Christi; sc. docent

1) Contra doctrinam catholicam de purgatorio scripserunt inter alios: Germanus Cp., Ὁμολογία τῆς ὄντως ἀληθινῆς πίστεως; Marcus Eugenicus tribus commentationibus (bibl. Paris. n. 1218; Mosc. n. 208, 394); Meletius Pēgas, Ὁρθόδοξος Διάλογος (Vilnae 1596); Gabriel Severus, Ἐκθεσις κατὰ τῶν ἀμαθῶν λεγόντων etc.; Ioannitius et Sophronius Leichudae, Περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρός; ex recentior. Russ. v.: Dim. Gusev, Čistilišče u srednevěkovykh rimsko-katoličeskikh bogoslovov (in Pravosl. Sobesednik 1872, II.); T. Th. Serebinskij, Možno li molit'sja za usopših ne priznavaja čistilišča? (in Hrist. Čtenie 1868, II., 691—7); A. I. Ponomarev, Sobesedovanja sv. Grigorija Vel. o zagroboj žizni (in Strannik 1886); N. Ja. Běljaev, Rimskokatol. učenie ob udovletvorenii Bogu so storony člověka Kazan' 1868.

theologi nec pro veniali peccato posse hominem praestare satisfactio-
nem. — Haec doctrina magis ex *traditione* [cf. Basilius, In Io. 9,
16—19. M. 30, 519 s.: καθαρσία; Caesarius Arelat. M. 39, 1946; Io.
Damasc., Or. de obdormientib. ap. Mich. Glyca, Ep. ad Nilum mon.;
Afreim, Hymni et sermones ed. Lamy t. I, p. XIII. (cf. Opp. syr.-
lat. ed. Assem. III. praef. p. 20); Ambrosius, Serm. 20 in Ps. 118;
Cyprianus, Ep. 55, n. 20 (H. 2, 638); Hilarius, In Ps. 118, v. 20
(M. 9, 522); Augustinus, Serm. 172, n. 2 (M. 38, 936); in Ps. 37, n. 3
(M. 36, 397); Gregor. M., Dial. l. 4, c. 39; In 1 Reg. 3, n. 26; Constitut.
apost. l. 8, c. 41 (M. 1, 1143); Gregor. Naz., Or. de mortuis (M. 46,
526) etc. Quibus additur explicari haec et alia dicta traditione de re-
ditus ex inferno impossibilitate (de qua loquuntur Athanasius M.
27, 236; Cyprianus M. 4, 562; Ambrosius, M. 14, 542; Afrem ed.
Lamy t. III, 140 s.; Gregor. Naz. M. 35, 944; Leo M. M. 54, 256;
Fulgentius M. 65, 572; Petrus Chrys. M. 52, 387); locis alle-
gatis non agi de levamine damnatorum (quale Io. Chrysost. videtur
admisisse; cf. v. g. Gottti, Theol. schol.-dogm. t. 16, q. 4, dub. 1),
certum est], quam ex *scriptura* probatur. Certe 1 Cor. 3, 15 illud
ως διὰ πυρὸς obscurum esse nemo diffiteri potest; v. ἀυτὸς δέ bonus
Graecitatis auctor referret ad τεμέλιος; sensus tamen videtur esse, fore
ut architectus malus salvetur; verte illud: sicut aliquis per ignem
salvatur; quodsi ibi agitur de poena purgatorii (post mortem), aut
agitur de eis, quae communiter contingunt, aut nominatim praedicato-
ribus non bonis nec unctione infirmorum nec alio modo poenas con-
donatum iri revelatum est; vero propius est nihil dici nisi salvum
— sed vacuum, sine meritis — evasum. Cf. I. Truskovskij,
Rukovodstvo k oblicitel'n. bogosloviju². Mogilev n. D. 1889, p. 98.

Quid theologi orientales sentiunt?²⁾ Anonymus quidam in
libello »Dogmatische Erörterungen zur Einführung in das Verständnis
der orthodox-katholischen Auffassung (Berlin 1893) p. 18 f. rem ita
exponit: »Ein besonderer Ort zwischen dem Hades (der Hölle) und
dem Himmel, also [?] das Purgatorium der römischen Kirche ist der
orthodoxen Glaubenslehre fremd. Alle, welche nicht ein so heiliges
Leben geführt haben, dass sie sofort der ewigen Seligkeit teilhaft
werden, d. h. mit Ausnahme der vollendeten Gerechten, der Heiligen
— alle Menschen sind zunächst der Hölle verfallen, können aber, so-
lange beim grossen Weltgericht ihr Schicksal noch nicht besiegt
ist [cf. error Mechthildis de dubia sorte post mortem. Zeitschr.
f. kath. Theol. XXV. (1901) p. 391], aus derselben durch die Fürbitten
der Lebenden, besonders durch die Darbringung des unblutigen Opfers
erlöst werden«. Idem liturgiam ecclesiae Romanae allegat (Tract. Absolve
Domine animas oo. fid. . . . evadere iudicium ultionis . . . ; Offert. Libera
. . . de poenis inferni . . .). — T. Seredinskij l. c. p. 695 haec dicit:
Nět izbavlenija iz ada dlja umerših v nevěrii i neraskajnosti, podobno
evangel'skomu bogaču (Luk. 16, 23—26), nět izbavlenija iz ada po sobst-
vennym kakim libo zaslugam ili črez raskajanie (ibo poslě smerti i čast-
nago suda nět města ni dlja zaslug ni dlja pokajanija), nět izbavlenija
iz ada poslě vseobščago suda, no vozmožno izbavlenie iz ada dlja umerših
v věře i pokajanii, no ne uspěvših prinesti plodov dostoynyh pokaja-
nija, vozmožno izbavlenie iz ada po molitvam cerkvi . . . , vozmožno
izbavlenie iz ada poslě častnago suda«. Poente es igitur
existimat eos, quibus solis preces prodesse dixerat Dionys. Areop.
(vulg.), De eccl. hier. c. 8, sc. »sanctis precibus dignos«. Idem sentit

²⁾ Cf. N. Nilles, Kalend. man. II., 381—390; Loech, Das Dogma der
griechischen Kirche vom Purgatorium. Regensburg 1842; Pitzipios,
L'église orient. t. 1, ch. 11, n. 3; Hergenröther, Photius, t. III.,
p. 643 s.; Leo Allat., De utr. ecclesiae orient. in dogm. de purgat.
perp. consensione (Migne, Curs. th. 18, 365—460); Katschthaler,
Eschatologia. Ratisb. 1888, p. 339 ss. etc.

Makarij l. c. II. § 258. Etiam longius progressa videtur esse Confessio Orthodoxa Petri Mogila e p. I, q. 45: Οὐ γὰρ πάντως οἱ ἀποθύσκοντες ἀμαρτωλοὶ βάλλονται εἰς τὴν γέενναν· ἀλλ’ ἐν τῇ ἑκουσίᾳ κείται τοῦτο τοῦ Θεοῦ, ὃς τε καὶ τὸ συγχωρεῖν. Τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὰς ἐπὶ τοῖς κεκομημένοις γινομένας προσφοράς καὶ τὰς διαδόσεις, αἱ οὖ μηχρὰ συντελοῦσι τοῖς καὶ ἐν ἀμαρτίαις βαρεταῖς ἀποθανοῦσιν. Schellianum discrimen inter peccata mortalia et aeterna hic inveneris. Si, quod fieri licet (cf. Natur und Offenbarung XIII, 207 ss. 306 ss.), notiones caeli et inferni non ad loca sed ad status referuntur, nec inter ἄνω et κάτω media via quaeritur, controversia tota vertitur in eo, sitne satispassio post mortem possibilis et concedaturne et exigaturne revera. Hoc idem monet G. B. Matulewicz, Doctrina Russorum de statu iustitiae originalis. Cracoviae 1903, p. 14: «Russi quendam statum animarum, qui nostro purgatorio similis est, admittunt; praecipuum discrimen, ex quo cetera pendent, in eo est, quod Russi suppliciis, quae in illo statu animae patiuntur, nullum expiandi valorem tribuunt, quod negant illas animas reatus poenas exsolvere et iustitiae divinae posse satisfacere patiendo. Solum medium, quo illae sublevari vel liberari a poenis possunt, sunt ecclesiae suffragia. . . . Orthodoxi non tam statum intermedium negant, quam statum, in quo post mortem iustitiae divinae satisfieri potest, non supplicia reiciunt, sed purgationem. Verbo orthodoxi praeprimis satispassionis, quam dicimus, negant possibilitatem; haec igitur imprimis probanda est contra orthodoxos». Ita res eadem agitur atque in defendenda doctrina de indulgentiis (Cf. arh. Makarij in Hrist. Čtenie 1853, I, 406 ss.; A. Franck, Dvie poslanice dvaju pravoslavnih episkopa u Dalmaciji. Zadar 1881, 102–110 etc.). Refellatur igitur quod Filarét (Prav. dogm. bog.³ II. Spb. 1882, p. 187) obicit: Bezzakonie — mysl', budto udovletvorjat' pravdě Božiej možet čelověk, a ne udovletvoril Syn Božij (§ 195–205). Quod si contigerit, iam aliis theologis occurrendum erit, qui novam de ipsa redēptione doctrinam proponunt. (Cf. P. Ja. Svetlov, Značenie kresta v děle Hristovom. Kiev 1893, p. 90–212; rec. Strannik 1894, I., 164–171; Ep. Sergij, Pravosl. učenie o spasenii, Sergiev Pos. 1895; Sergije vskij, Iskuplenie čelověka in Pravosl. Ob. 1871, N. 12; M. Vozdvizenskij, Iskuplenie kak otkrovenie blagosti i pravosudija in Pravosl. Ob. 1885–6). Scilicet exprobrant catholicis theologis, quod Deum faciant hominem ulciscendi cupidum (Pravosl. bogosl. enciklop. V., 1084). Itaque etiam peccatis offendit Deum (quod ex notione remissionis manifestum est) et Christum, ut Deo pro peccatis vere satisfaceret, venisse ostendendum est.

Red.

Corrigenda in fasciculo I.

P.	19	supra	v. 6	locu	Brevis	lege	(Brevis
	20	infra	15	"	theelogi	"	theologi
"	"	"	13	"	Lopuhin	"	Lopuhin
"	"	"	12	"	Kirčevskij	"	Kirčevskij
"	"	"	1	"	exignam	"	exiguam
31	"	"	13	"	Gieseler	"	Gieseler
32	supra	"	21	"	hristianskoj	"	hristianskoj
34	"	"	16	"	174	"	(174
36	infra	"	5	"	flue	"	fine
40	supra	"	23	"	Micheau	"	Michaud
57	infra	"	2	"	Vshyd	"	Vshid
58	supra	"	1	"	8	"	1
59	infra	"	6	"	C.	"	cl.



Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha, Ad. Špaldák, Pragae.
J. Urban, Cracoviae.

Dr. Luc. Jelić, Jadrae.

Annus II. (1906)

Pragae Bohemorum.

Nr. 3.

BOHEMICA.

Dr. E. Kadeřávek, **O darwinismu** ² (**De Darwinismo**). Praha 1906; pag. 48.

Dr. Edward Babák, **O theorii vývojové** (**De theoria evolutionis**). Brno (Brunae) 1904; 177 pag., 48 imag. — Pret. 3 C.

I. De litteris philosophicis Bohemorum optime meritus Dr. Eug. Kadeřávek hoc libro fundamenta et consectaria doctrinae darwinistiae exponit. Cuius generis hanc solam monographiam apologetae catholici litteris Bohemicis inseruerunt. Diligenter collecta hic invenies argumenta contra Darwinianorum opinionem generationis „aequivocae“, „selectionis“, certaminis de vita, hominis cum bestiis coniunctionis; argumenta vero adversariorum refelluntur et redarguuntur. Non quidem omnia, quae in contrariam partem afferri possunt, hoc libro comprehenduntur, neque quaecumque iam alias a doctis viris, imprimis in praestantissimo Wigandii opere (*Der Darwinismus und die Naturforschung Newtons und Cuviers I.—VI. Braunschweig 1874—7*) iure vituperata sunt, repetuntur, tamen satis argumentorum ad confutandam opinionem Darwinianam subicitur.

Logicae artis ratione, a Darwinianis magnopere neglectae, frequenter praedicata liber eminet; opinionis eorum notiones primas ab illa omnino abhorre clare ostenditur. Id, quod p. 26 medio criter significatum est, Darwinium sententiam de explicando mutuo formarum organicarum nexu mutuaque specierum dependentia, etiam sine physica origine formarum ex aliis, ratione ideali, propterea non recepisse, quod mentem totam empirismo tradiderat, pluribus tractandum videtur fuisse.

In opinione evolutionis universa iudicanda Dr. Kadeřávek aliis videtur se subieciisse. Unde discrepantes sententiae profectae esse mihi videntur: altera (p. 16; ab E. Wasmann, opinor, accepta) esse formas organicas, quae generatione atque educatione naturali (odrozením a přestěním) ex specie naturali in systematicam transeant, altera (p. 17; communior et nostra), id esse certum, formas variantes (tvary z přechodu se těšící) species iudicari non posse. Sed quaestio haec aliena est, neque sine diligenti utriusque sectae examine solvenda.

Cum p. 27 contra argumenta ex morphologia ducta dicat origine omnium animalium satorumque posita in evolutione interna lege ordinata, homologiam organorum perfecte explicari, etiam hominis corpus evolutione ortum esse e formis inferioribus videtur existimare.

Ad extremum liceat nobis disputationem magna ex parte paulo abstrusiorum improbare. Quae magis re, quam cogitatione exponuntur ac sub aspectu paene ponuntur, facilius intelliguntur, ad persuadendum aptiora sunt. Praeterea rebus cogitationi tantum subiectis, non sensui, facile aliquid praeteritur; velut nescio, quo modo argumento p. 10 exposito similitudo generationis aequivocae cum origine crystallorum, quae negari minime potest, intercipi queat. De libro E. Babák (p. 131—6) res sub ocnlos subiecta ac definite tractata deponi potuit.

Hoc desiderio expresso censurae finem facimus scriptorem etiam in hoc genere librum perficiendi occasionem nacturum esse sperantes.

2. Summa laude digna est in altero libro, qui rerum doctrina atque explicatione, multis imaginibus adiuta, eminet, cautio et continentia, qua quaestio de origine specierum tractatur. Argumenta, quae ad theoriam evolutionis probandam afferri solent, nullam persuadendi necessitatem adhibere non modo non celatur, sed etiam diserte eorum exilitas proditur (velut p. 62—3 de equorum originibus). Item optime, quantopere opinio generationis „aequivocae“ a doctrina abhorreat, ostenditur (p. 131—6); quamquam quae p. 157 notantur de aenigmatis insolubilitate cum eis, quae p. 135 legimus de agnoscenda mente res gubernante, vix componuntur.

Omní genere cautionis adhibito tamen, ut sententiam omnem evitaret, quae argumentorum vim excederet, huic scriptori doctissimo, qui in Bohemica universitate Pragensi docentis physiologiae munus gerit, non contigit, id quod in libro certe pretioso, maxime desideratur. Neglecto studio eorum, quae ab aliis his de rebus scripta iam erant, id accidisse arbitror nec vereor dicere eum non solum ea, quae S. Koržinskij, (Geterogenezie i evolucija [Зап. Импер. Акад. Наукъ. Т. IX. No 2. 1899] aliique scripserunt, neglexisse, sed ne Wigand quidem excussisse.

Agens de theoria evolutionis eam opinionem tractat, qua ad varias organismorum rationes, maxime autem ad similitudinem et convenientiam formarum, quam negare nemo potest, explicandas historica et physica specierum evolutio statuitur. Quod theoriae evolutionis nomen dari potest etiam illi opinioni, qua quaedam phaenomena eodem modo explicantur, at similitudinis et convenientiae, quam diximus, causa non in historica, accidentalí evolutione ponitur, sed in communi ratione, qua ex operis creandi membris conveniens consensus concentusque efficiatur.

Haec opinio in hoc libro omnino negligitur. Non tantum eis, quae de organorum accommodatione eiusque hereditaria propagatione notantur, sed omni expositione eius persuasio se indicat, optimam esse illam opinionem, homologiam conformitatemque in rebus organicis manifestam, „základní shodný stavební plán“ de quo p. 33 legimus, non a priori in idea divina adfuisse, sed a posteriori historica evolutione ortam esse. Praeterea expresse negatur quicquam contra hanc theoriam afferri posse (p. 9). In hac re Mareš (Všeobecná fysiologie, p. 120) cautius videtur iudicasse, cum theoriae huius vim in absentia melioris, ut rebatur, poneret (cf. Babák, p. 153 s.).

Contra haec, cum res maxima agatur, liceat nobis semel pro semper imprimis accuratius doctrinam exponere et firmare, quam solam dignam esse existimamus, quae hypothesis vel theoria ad explicandas res huc pertinentes vocetur; quo facto docebimus neque indigere eam opinione de physica evolutione formarum legem divinam conformatioonis secuta.

Queruntur nostrae aetatis physici, quod philosophia scholastica rerum naturalium inquisitionem modo iniquissimo neglexerit. Sed illud certe negari non potest, idealem naturae comprehensionem, omnino alienam ab ea, quam Darwin oppugnandam sibi finxerat, iam pridem apud eos floruisse, qua si usi essent physici, ulterius sane pervenissent, quam sine ea pervenerunt. Nimirum Darwin nullam in rebus creandis mutuam dependentiam, nullum nexum concipiebat; itaque quamlibet speciem proprio ac miraculo Dei interventu creari nostram esse opinionem fingebat. At nostra sententia vetus est, quamvis rem creatam ut singularem ac propriam solum fragmentum quoddam, partem aliquam absolute perfectionis Dei representare, eiusque notionem atque ut ita dicam ius existendi ex hac sola relatione ad Deum infinitum manare. Ubi similitudo quaedam apparet cum Darwinii pracepto: notas differentes notionum specificarum collisione quadam et mutua terminatione tendentiae ad infinitum, quae in quavis inest, oriri.

Sed non ita res est intelligenda, acsi fragmenta illa divinae perfectionis manifestationes essent separatae et sine connexu; contra opus Dei est aliquod totum, in quo omnia membra ad se mutuo referuntur. (Cf. Thomas Aq. S. Th. I., qu. 61, a. 3.) Ut herbas spectemus, idea herbarum, utpote partis alicuius rerum creatarum, hisce earumque relationibus determinata est. Sed idea divina herbae nec in uno individuo, nec in una forma, sed in varietate formarum differentium ad effectum adducitur, quarum singulæ in multitudine individuorum apparent. Quodvis igitur individuum ut formæ substratum pars est ideæ effectæ. Nec tamen complexio vel summa formarum singularum ideam totius aequare potest; idealis igitur cognitionis herbae non fit coniunctis herbarum formis differentibus in monstrum aliquod, licet ad illam a posteriori colligendam earum cognitionis opus sit.

Itaque licet multæ sint res, non item multæ in Deo ponendæ sunt ideæ, sed Deus ipse est idea rerum creatarum. Quod ut a physicis comprehendatur, opus erit illa Platonis *περὶ γωγῆς* (De re publ. P. 518, D), sine qua ad intimam rerum cognitionem non est aditus. Cuius doctrinam de ideis realizandis videsis De re publ. P. 597, D vel ap. Augustinum, In Io, tr. 1, c. 17; Originem, In Io 1, 1; Palmieri, De Deo creante 1878, th. 9, n. III etc.

Iam 1^o historica evolutione non explicari omnia phænomena, quae ideali nostra rerum comprehensione explicantur, doceamus.

Phænomenon, quod theoriae, quam oppugnamus, favere eiusque probabilitati fundamentum aliquod praebere videtur, est phænomenon harmoniae cuiusdam seu constantiae proportionum in rerum natura, quod idcirco sane potissimum eâ explicandum est. Sed non explicabitur.

Cum regionum septentrionalium incolae coloribus unisonis induantur, nigro, albo, cano, meridionalium habitum colores dispare atque hilares componunt. Nec diversae solum species eiusmodi discrimen praebent, sed eiusdem speciei individua latius patentia, velut *Lepus noster timidus* et *Passer domesticus*.

Verum etiam intra eiusdem caeli limites aliud habitum induunt incolae camporum incultorum, aliud frumentariorum, etsi ad eandem pertinent speciem. Immo diversis anni temporibus diversae nascentur colore bestiolae. Vere et aestate praecepit lepidoptera excluduntur ex pupis alba, luteola, cana (*Pieris*, *Anthocharis*, *Rhodocera*, *Colias*, *Noctuidae*, *Geometridae*), fulgidiora aestate fervente circumvolant (*Vanessa*, *Zygaena*, *Apatura*, *Limenitis* etc.). *Vanessa (prorsa) levana* duplice formam exhibit pro diverso anni tempore.

En phaenomena etiam intra singulas species; frustra sperabitur fore, ut ab evolutionistis satis explicentur. Dicent hanc harmoniam certamine vitae productam esse. Sic ex speciebus avium, quarum ova diverso modo colorata erant, tempore procedente selectas salvatasque esse illas, quae colore humo simili et accommodato hostes latere potuissent. Omittimus incolas obscurarum speluncarum (quales sunt *Sitta caesia*, *Certhia familiaris*, *Upupa epops*, *Coracias*, *Hirundo*, *Alcedo ispida* etc.), ubi color nec prodesse quicquam nec nocere potest, numquam talem coloris, sive ovorum, sive pullorum, varietatem casu ortam prae se ferre, verum eandem ubique constantiam: omittimus item brevissimo tempore cuniculi domestici colorem mutari, si exponatur: omittimus r a r i o r e in quoque *Bombycis monachae* formam ('eremita') cortici fuscae esse quam simillimam eaque occultatatam. Omittimus denique non ineptius repeti segetes ab ernucatis herbis inutilibus. (Cf. Stimmen aus Maria Laach XLVI. (1894), 175; L., 284—7, contra Kerville).

Sed a contemplatione colorum ad sonos considerandos evolucionistam ducimus. Alii soni in pinetis unisonis, et quorum quasi quidam unus est aspectus, audiuntur, alii in silvis frondiferis amoenitate et varietate delectantibus. Illic *Turdus viscivorus*, *Parus ater*, *cristatus*, *Regulus stridentes* ac *pipientes* edunt sonos, brevibus et rigidis languentibusque strophis: hic *Sylvia luscinia*, *caeruleola*, *ruebecula*, *atricapilla*, *Hypolais vulgaris*, *Turdus merula*, *musicus*, *Fringilla cælebs*, *cannabina*, *Calamoherpe palustris*, alii varia modulatione inter se concertant. Similem convenientiam et quasi concentum inter arundineta, campos incultos, arva luxuriantia eorumque incolas invenies. Etiam inter eiusdem speciei individua hac loci diversitate varietas oritur.

Iam quaerere licet, num hic ulla commodi ratio ad phaenomena explicanda idonea evolutionistis praesto sit. Utrum *Turdus viscivorus* ita canat sicut *musicus* an *hebetius*, utrum *Anthus arboreus*, *pratensis*, *campestris* eosdem proferant sonos an immutatos, in hoc sane nihil momenti est ad res ipsorum, ad vitam aut sustentationem.

Iam, ut ad colores redeamus, num species septentrionalis alba vel nigra facilius hostes fugit quam meridionalis rubra vel fulva? Sane albus masculorum color ex speciebus *Circi cyanei*, *cineracei*, *pallidi*,

non maius eis incommodum parat, quam femellarum color varius. — Ineptum conatum harmonicas picturas animalium indidem repetendi ac naevos maternos mittamus. (Cf. Altum, *Der Vogel u. sein Leben*⁵, p. 270—274; *Natur u. Offenbarung VII.*, 383).

Sed rem longius prosequamur. Est quaedam formarum similitudo omnibus explorata, qua fit, ut v. g. Lepidoptera ex habitu statim cognoscantur, et ex eodem papilionidae a sphingidis etc. internoscantur. Immo singulorum generum species saepe numero ad unam omnes adeo similiter coloratae sunt, ut, si totum speces, idem color fundamentalis, eadem pictura in omnibus speciebus modificata quidem idque circumscripte ac definite, cernatur: vel ubi non colore eodem, tamen eadem forma sunt insignitae.

Iam tanta notarum similitudo certe non semper ex eisdem vel similibus vitae condicionibus, nec ex hereditate explicari potest. Sunt Lepidoptera (Sesiae), quae crabrones, ichneumones aliaque Hymenoptera simulant: in Hemipteris formae Lepidopteris similes inveniuntur, velut Akis, Drepanopteryx; Hemipterorum formam Coleoptera quaedam induunt; larvae tenthredonum speciem prae se ferunt erucarum; erucae (Deilephila nicaea) serpentium; etiam totae classes analogias quasdam exhibent.

Dividebantur olim volatilia in maiora et minora, aves et insecta; inter quae sane Lepidoptera similitudine cum illis eminent; Pterophoridarum alae ex pennis, rhachide cum vexillo videntur constare. Utrorumque volatilium genera quoque inferiora mutuo sui afferunt memoriam. Sphingidas cum Falconidis, cum Strigidis Noctuidas conferre licet. Nec Mammalium cum Coleopteris comparatio longe repetita aut artificiosa arbitranda est. Ipsa Lucani cervi, Rhynchitae, Otiorhynchi, Oryctae nasicornis nomina cum amplis Mammalium familiis, licet ex parte extintis, similitudinem, propter quam eis indita sunt, indicant.

Sed etiam intra eosdem ordines formae generum inferiorum seu tribuum mutuo transiliunt fines. Habitns Papilionidarum etiam in Sphingidis, Bombycidis, Noctuidis invenitur, habitus Sphingidarum in Bombycidis, Papilionidis, Noctuidis interdum occurrit etc. Microlepidoptera fere omnes praecipuos Macrolepidpterorum typos simulant. Saepe tenuissima quoque ac minutissima in variis familiis repetuntur. In Papilione Machaone quaedam ex costis seu nervis alarum posticarum elongata est, quod ad generis huius, a Linné Equitum nomine donati, typum pertinet. Eadem res in aliis Papilionidis et in Bombycidis et Geometridis et Noctuidis conspicitur. Similiter, ut avium exemplum afferamus, Lanius excubitor alba nigrarum pennarum (remigum) pictura, acute distincta ornatus est; qui ornatus aliarum quoque eius generis specierum communis est. Eundem vero distinctum in Lestride catarrhacte et parasitico, in Pipra aurantia, Xipholena pompadura et purpurea, Dacnobia brasiliensi, Betylo picato, Dendrocita chinensi, Lalage orientali, Pastore chinensi aliisque multis inveniri nonne miraris? Pennae falconum, asturum, Strigidarum, aliorum raptatorum, Picidarum, Jyngidarum, Cuculidarum, complurium psittacorum, nonnullarum Alcedini-

darum, Caprimulgidarum, Troglodytidarum, Perdicis cinereae et coturnicis, complurium phasianorum, scolopacum, numeniorum, botaurorum, pullorum Lari argentati, aliorum eandem vel similem taeniarum picturam exhibent.

Quo quaequo rerum concursu, quove casu, quo utilitatis respectu Papilio ille Machaon apices seu calcaria in alis nactus est? Quae fortuna Hesperiis quoque, Lycaenis, Saturniis, Geometridis, aliis idem contulit? Et haec sane similitudo, latissime patens, etiam clementum explicandum est, praesertim cum ipsa formarum similitudo theoriae evolutionis historicae comminiscendae ansam dederit. (Cf. W i g a n d, Der Darwinismus und die Naturforschung Newtons und Cuviers. I. (1874), p. 256. 261. — Natur und Offenbarung XII., 169—171: XLII., p. 276; 364. — Stimmen aus Maria Laach, XXVIII., 490. — Altum, Der Vogel u. sein Leben⁵. p. 14.)

Quae cum ita sint, opinio vulgaris de floribus et avibus a Deo vestitis veritati haud paulo propinquior videtur esse quam summa evolutionistarum doctrina.

Quid vero, si constantiae subtiliorum proportionum, velut sectionis aureae, rationem exigeremus (Stimmen a. M. L. XXX [1886], 534. 536; XXIV [1883], 356; cf. Sl. l. th. I., 137 [586]), vel sonorum harmoniae vel colorum dispositionis, quam in floribus (exemplo sint Lonicera caprifolium, Gentiana pannonica, Menyanthes trifoliata, Papaver rhoeas), in Lepidopteris (v. g. Zygaenidis), in avibus miramur?

Sed mittamus iam illam rationem non explicari, quae primum totius doctrinae huius fundamentum est, ipsam formarum similitudinem et convenientiam. Quam multa praeterea explicanda restant, quae explicandi evolutione copia nulla est

Quid, quaequo, interest (physiologice), habeatne herba aliqua folia pinnata an acerosa, integerrima an serrato ambitu, obovata an reniformia, opposita an alterna, flores epigynos an hypogynos, octopetalos an triphylos etc.? (Cf. N ä g e l i, Abstammungslehre 290 s. W i g a n d, Der Darwinismus I, 136. 146. 422) Num ideo constantiam harum formarum casui tribuemus?

Est in vegetabilibus lex universalis ac sine exceptione, ut in quovis semine gemmulae situs sit axi herbae matris contrarius. Id utilitatis nihil praebere vel inde patet, quod in omnibus quidem herbis seminiferis contraria illa gemmulae directio seu regio in origine adsit (omnes sunt primarie orthotropae) a minore tamen parte (Urticaeis, Juglandeis etc.) retinetur, ceteris gemmulis anatropis, hemianatropis, campylotropis exsistentibus. Quae rationes, exiguae specie, in vero formarum naturali nexu ac serie cognoscenda maximi sunt momenti (Cf. F. M i c h e l i s, Das Formenentwicklungsge setz im Pflanzenreiche. Bonn 1869 p. 390—431). Si quidquam. sane tanta constantia rationem sui sufficientem postulat.

Sed quomodo eiusmodi res historicâ evolutione explicabuntur? An caeco casu et fortuita hereditate? Modo a seria inquisitione utique alieno!

Spectetur in specie v. g. Caparica Papaia, cuius tubulosi flores staminigeri decem staminum margine quinquepartito circumdatorum, quorum quinque laciniis corollae opposita sunt, intus adnexa, longa, prominentia, quinque alternantia et considentia, memoriam omnino afferunt floris Primulacearum, quibus quinque stamna laciniis opposita et adnata sunt typica, alternantibus illis idealiter tantum indicatis nec rudimento germinis a Primulaceis alieno; contra flores pistilligeri Papaiaceae alte quinquefidati, staminum cum plurimum quinque rudimentariorum oppositorum, dilatato stigmate in germine ovulis parietibus impleto, ex quo fructus fit cucurbitinus, alias formas aperte respiciunt. Num decreto formam Papaiacearum e forma Primulacearum tempore suo esse evolutam naturae investigationi satisfiet? Quanto dignior doctrinâ est harum rerum explicatio apud Michelis, Das Formenentwicklungsge setz p. 181. (Cf. Natur u. Offenbarrung XV, 17).

Sed 2^o non solum explicandas rationes, quas unde explicit evolutionismus historicus non exhibet, proferre libet, verum etiam tales, quae cum decretis eius, ut parum ipsis consentaneae, manifeste pugnant.

Formae degenerantes, quae in omnibus organismorum tribubus maxima varietate extant, oriri (nedum ortae vigere) non potuissent, si vera esset illa theoria. Qua ratione flos Cucurbitaceae evolvi potuit, ubi stamina ita a situ suo normali recedunt, ut connata columnam in centro floris positam efficiant? Vel flos Stratiotae est ortus, ubi stamina in centro coniunguntur, sed etiam a simulacro staminiformi circumdata sunt, ita ut florem completum simulent? Quid hac in re omnis subsidiorum coacervatio evolutionistas iuvat? (Cf. Natur u. Offenb. XV., 11).

Paucis etiam adaptationem ad adiuncta illustrare liceat.

Fructificatio Orchitis masculae spermate fit aliunde per bombum allato, qui, ut mel, quo allicitur, oris fistula attingat, in sede floris apta collocatus teneram membranam, quâ illud opertum est, traicit; quod dum agit, simul capite ad pistilli columnam apresso, sacculos glutine impletos, qui in infimo retinaculo sunt, cui massa pollinaria insidet, lacerat ac retinacula soluta fronti suae agglutinat. Postea, cum avolat, massulam ex loculo extrahit, ubi recondita erat. Retinaculo brevissimo temporis spatio ($\frac{1}{2}$ min.) marcescente massa inclinatur eumque occupat situm, quo opus est, ut applicetur stigmati glutinoso, quo, dum bombus alio flore iam pastus recedit, proxima grana retinentur. Nisi ibi sacculus pollinis collocatus esset, ubi frons bombi ponitur, nisi in retinaculo esset guttula glutinans, nisi retinaculum suo tempore marcesceret et inclinaretur, nisi grana pollinaria stigmati ita admoverentur, ut nihil interesset intervalli, denique nisi stigma responderet granis in solubilissimos fasciculos distributis, fructificatio non fieret. (C. Berthold, Die Herrschaft der Zweckmässigkeit in der Natur 1877, p. 25—30). Sed quis est, quem fugiat ineptam fore huius apparatus explicationem evolutionistarum placito de organorum ad varia vitae adiuncta adaptatione applicato? Cf. W i g a n d, Der Darwin. II., 206—213.

Calicurgus (scurra, annulatus etc.), qui araneas proli suae nutriendae de legit, anatomiac harum accurata notitia, forte in infantia acquisita,

aptas nervorum systematis partes tertio iectu compungit, alioquin ipse audaciae suae supplicium expensurns. Forsitan usum rei hereditate acceperit? Sed errorem primum capite luisset, non relicta sobole, quae perfectionem maiorem in hoc negotio acquireret! (Fabre, Souvenirs entomologiques IV., 245—7). Cf. W i g a n d, Der Darwinismus, I., 123—149; III., 242—5.

Haec pauca sufficere videntur ad evolutionismi opinionem infirmitatis levitatisque coarguendam.

3^o. Nostrâ sententiâ omnia, etiam minutissima, perfecte explicari hic ostendere sane non possumus. Quin etiam fatemur, in explicatione ideali, quam tenemus, multa adhuc praestanda esse (quae exegesis libri naturae certe etiam ad theologos pertinet!), velut talem comprobationem eius per ingentem animalium varietatem, qualem in regno vegetabilium non frustra conatus est opere citato F. Michelis; de illis interim sufficient primae lineae in Natur und Offenbarung VIII, 248—261 descriptae. Hic illud tantum notamus quemvis typum ex connexione complurium evolutionis idealis regionum oriri, non arbitrium, sed quarum summa ideam vegetabilium (resp. animalium) exhibeat. i. e. ideam Creatoris, quae phaenomeno herbarum arborumque subest.

Restat 4^o, ut ostendamus, universam illam opinionem, quae omnes formas procedente tempore ex unica ortas esse fert, veris argumentis carere.

a) Certum atque manifestum est quandam formarum organicarum mutabilitatem negari non posse. Unde nec antiquitus christiani docti naturaeque periti ab opinione eas mutari abhorrebat (v. g. Gregor. Naz., Or. 31, n. 10).

Explorata quoque res est oriri posse pullos nothos leonis et tigridis, caprae et ovis, Canis familiaris et lupi et aurei, Tetraonis urogalli et tetricis, Leporis timidi et cuniculi (hos etiam proliferos); et e herbis misceri praecipue Cirsia (velut palustre oleraceo, oleraceum cum arvensi, lanceolatum cum palustri): etiam Rubos, Cytisos, Asplenia, alias, ut herbas arboresque diversas mutuo inseri posse taceam. (Cf. W i g a n d, Der Darwinismus I., 402—4 etc.)

Organorum mutatio a quovis facile observari potest. In rosis centifoliis frequenter filamentum invenitur, cuius mutatio nondum perfecta est. In Salice repenti pistilla nonnumquam formam staminis induunt, stamina formam pistillorum (Natur u. Offenb. XI., 332); in aliis floribus petala in folia vertentia conspicies, vel e medio flore ramulum enascentem. Item ampli nonnunquam esse organorum mutabilitatem facile cognoscitur; velut Linariae vulgaris forma personata corollae, irregularitate eminenti, comparata cum peloria, regulari; vel ex bestiolis Zygaenae Ephialtae formis inter se collatis vel Arctiae Caiac erucis diverso alimento nutritis; denique columbarum formis (ap. Babák p. 104. 105 delineatis) consideratis, foetura praefinita effectis, qua etiam boves cornibus, canes crinibus privati sunt.

Hanc mutabilitatem, utique non illimitatam, id quod experimentis satis constat (cf. Wigand, *Der Darwinismus I.*, 55—62), non cedentes tantum experientiae admittimus, sed poscimus, — non modo ad alia tuenda, ut humani generis ex una communique stirpe originem, sed propter ipsam nostram idealismi rationem.

At ab eis dissentimus, qui notionem speciei tollunt (Babák, p. 15. 157 etc.; cf. quae Wigand contra eos exposuerat, *Der Darwinismus I.*, p. 13—38!), quique tantam mutabilitatem organismis tribuunt, ut ab una forma primaria ceteras omnes repetendas esse censeant. Ut enim quaedam organa immutari ac destrui possint, non tamen omnia aequa propria sunt, aequa ad naturam pertinent. Bos sine cornibus sit formatus, sine auribus vel cum dentibus glirum aut carnivororum non formabitur (Cf. Altum, *Der Vogel und sein Leben* ², p. 241). Sicut enim varia structurae genera mutationem in quibusdam admittant necesse est, aliisque repugnant, ita mutationes specierum perpendiculi instar e medio ultro citro currunt, mutuo se tollentes (Wigand I, 236—7).

Nec praetereundum esse arbitror illam formarum commixtionem, quae in nonnullis regni vegetabilis regionibus determinationem specierum impedit, non aequali modo in omnibus speciebus inveniri, sed certis familiis se continere.

Sed urgebis interrogando, qua ratione a nobis explicentur bene figurata ephymata et alia obiecta pathologica, etiam sectionis aureae rationem exhibitia, quae causis improvisis efficiuntur. Verum inanis est ista dubitatio, cum etiam ea, quae morbo gignuntur, speciei determinatae sint adnexa (Virchow, *Vier Reden über Leben und Kranksein*. Berlin 1862, p. 28).

Quodsi mutabilitatis explicatio secundum nostram rerum contemplationem a nobis postulatur, ad illam legem eam revocamus, in qua ipsa quoque specierum conformatio sita est, mutuae excursionis et commixtionis imprimis altiorum regionum formarum, aequa in regno animali atque in vegetali conspicuae (Michelis, *Das Formenentwicklungsge setz* p. XVI.). Sicut igitur ad aptenodytae avis conformatio nem peculiarem typus mammalium aquatilium idealem vim habet, e contrario vespertilio mammale est, quod peculiarem formam atque indolem avium extrinsecus imitatur et exprimit, qua ratione transitus aut mutatio sane non probatur, — ita species intra genera typum principalem generis exprimentes, extrinsecus ad alios typos principales accedunt. Eadem est lex in *crystallis* conformandis; quorum varietas ex paucis formis principalibus oritur eo, quod hae quasi inter se inseruntur quodam ideali modo, ita ut singula forma plane alienam a vera forma principali speciem induere possit. Nec idcirco speciem esse determinatam stabilemque dubium fit aut consanguinitatis vinculum probatur. (*Natur und Offenb.* XII, 161. — T. Pesch, *Instit. phil. nat.* n. 604, 4^o. C. Gutberlet, *Apolog.* I, 169 etc.)

Iam varietates intra species hinc potissimum esse repetendas, quod lex illa prominentiae ac mutuae penetrationis idealis typorum

hucusque pertineat, facile conicitur. Unde singulae res organicae, haec fagus, ille equus propriam indolem accipiunt, enius quidem origo legem sequitur de variis typis coniungendis, sed plerumque nos latet. Cum apex folii Blechni Spieant in duas partes dividitur, facilius haec declinatio saltem ab interna causa repetitur, quod inferiores Cryptogamae frondosae lege bipartiuntur, et Blechnum ex eis formis est, quae relapsum de summa Filicum evolutione ac perfectione exhibent. Hac ratione patet etiam in varietatibus in nostra rerum contemplatione momenti aliquid poni ad rerum naturalium cognitionem et explicationem.

b) Hand aliter ea obiecta explicanda nobis videntur esse, quae sub nomine atavismi afferri solent, velut hypertrichosis, polymastia hominis, trinae equorum ungulae etc. (Cf. Natur u. Offenb. XLV., 1 etc.; Philosophisches Jahrbuch der Görresgesellschaft 1897, 367 etc.)

c) Sed rudimenta vel reliquiae organorum inutiles nonne decreta haec pervertunt? Vel tantum abest, ut eis labefactentur: comprobantur etiam, ut supra significavimus. Anguis fragilis praeter sternum inutile pedum reliquias sub cute crassa omnino inutiles habet, quibus ne ad fulciendum quidem corpus uti queat. Dentes incisores in foetibus artiodactylorum ruminantium, alae curtae Apterygis australis, Balanophorae elongatae superflua organa propagationis, oculi caeci animalium subterraneorum, hominis intestinum caecum, thymus, musculi ad movendas auriculas, ipsi vultus irati motus (Ziehen, Leitfaden der physiolog. Psychol. p. 201—2) aliena esse a consilio videntur, idonea olim esse potuisse. (Cf. Babák p. 43—45; 112—3. — Wiedersheim, Der Bau des Menschen als Zeugnis für seine Vergangenheit 1887 etc.). Accedunt homines microcephali, varietas musculi bicipitis (triceps) ad Simias accedens, ut villos omittam.

Verum ista omnia enumerantes, cur tacent de aliis rebus similibus? Quod calva incremento impedito formam crano simiarum similem necessario induit (C. Aebly, Die Schädelform des Menschen und der Affen. Leipzig 1867, p. 87), non est unica deformitas explicanda. Quod vero animalia illa caeca non sine oculis creata sunt, nemo prudens mirabitur, qui idealem formarum evolutionem latius patere quam merae utilitatis rationem intelligit, ut sileam organum unquam ideo evanescere, quod otium ei permittatur, experimento nullo comprobari, illis exemplis revinci (C. H., Antworten der Natur, p. 61). Dein intelligi nequit, cur perfecta organa ad rudimenta reducta sint: cur enim Nymphalidae pedibus anticis renuntiarint, Diptera alis posticis, cur Upupa linguam aspernata sit?

d) Iam ad argumenta ex embryologia secundum legem biogeneticam a Fr. Müllero (Für Darwin, Leipzig 1863, p. 75—81) propositam et a Häckel propugnatam dueta consideranda aggrediamur. Dicunt evolutionem stirpis amputatam repeti in evolutione individui; constare enim animantia altiora, dum evolvantur, percurrere formas, quae in aliis inferioribus permaneant. In germine Acaciae longifoliae nasci folia pinnata (Babák p. 48). Avium embryones pedes habere magis articulatos, quales auctores generis eorum habuerint (Babák, p. 39—40).

Piscium immaturorum communem esse pinnam caudae indivisam, qualem squalus retineat. Etiam picturas animalium (reptilium, avium, mammalium) in individuis certo ordine frequenter se excipere, ut virgas transversas antecedant, maculae, maculas virgæ longitudinales. In hominis ipsius embryone supra chordam (quod fundamentum est futurae spinae dorsi, in infimis vertebratis immutatum permanens; Babák p. 37—8) medullam formari, infra chordam canalem, per quem concoquitur: postea demum rudimenta vertebrarum ex utraque illius axis parte comparere: quo facto ad articulationem ita progressionem fieri, ut in canalis illius fronte branchiae nascantur; eas ad illud tempus spectare, quo patribus nostris in aqua habitantibus, ex aqua aér hauriendus fuerit. Embryonem 9—10 mm. longum duodequadraginta vertebrae habere: unde ex quinque numerum vertebrarum hominis adulti excedentibus caudam olim constitisse iure conici. Item plus quam duodecim paria costarum hominem olim habuisse et sterno plus quam septem unitas fuisse: os pisiforme rudimentum esse digiti sexti, cartilaginem marginalem septimi (praepolllicis). Lanuginem, qua foetus post sextum mensem, tegitur, foramen supracondyloideum manifesta signa esse originis speciei. Quas res aliter explicari non posse ac posita evolutione specierum altiorum ex inferioribus.

Res non tanta nobis videtur esse, quanta ab adversariis fingitur. Imprimis ipsa lex ista biogenetica mira et soli speculatorum naturae amori videtur esse data. Nam qua alia ratione natura duci potuit, ut evolutionem speciei in individuo redintegraret? (Cf. T. Pesch, Inst. psychol., t. I, n. 161, 3 fin.; Hagemann, Metaphysik³ 1875, p. 107 s.) Sane quam in angustum cogere potuit et immutare (amnion, allantois!; cf. Babák, p. 49), hanc et negligere potuit.

Deinde certum est prima disparatione variationeque in ovis mammalium peculiarem vertebratorum formam exprimi (Kölliker, Entwicklungsgesch. d. Menschen u. d. höh. Thiere² Leipzig 1879, 106); et de herbis constat in embryone phanerogamarum ex quattuor cellulis constanti discriben adesse inter rudimentum radicis et partem germinantem (W. Hofmeister, Üb. die Entstehung des Embryo der Phanerogamen. Leipzig 1849; cf. Stimmen aus M. L. XXIV., 346—7). Item consideratione dignum est Cyperaceas a Gramineis auctate adulta minus differre quam initio (C. Gutberlet, Naturphilos.² p. 308; Wigand, Darwin. I., 306; cf. His, Unsere Körperform. Leipzig 1875, p. 198 etc.) et larvas insectorum ad diversos ordines pertinentes saepe simillimas inter se esse, eiusdem ordinis larvas omnino discrepantes. Quod vero conformatio fetus animalium altiorum ad eandem communem dirigitur rationem, inde illud solum efficitur quamvis ampliorem classem animalium modo ac ratione esse aedicatam (Agassiz, Der Schöpfungsplan. Deutsch. Leipz. 1875, S. 170 ff.; Wigand, Der Darwinismus I. S. 344—8; Natur und Offenbarung III, 183. Nec plus illis similitudinibus tribuendum est (O. Hamann, Entwicklungslehre und Darw. S. 23. — F. Michelis, Häckelogenie². Bonn 1876).

Una haec iuveniri potest difficultas, quod, cum formam hominis formis animalium praelucere teneamus (Natur u. Offenbarung VIII, 260), ipsum hominem secundum communem congruentemque cum bestiis typum formari nunc concedere videmur; sed hoc veritatem explicationis evolutionisticae non evinceret, etsi haec discrepantiae species expediri non posset: quam explicare alias fortasse conabimur.

Plura de hoc argumento eaque eximia ap. Wigand, Der Darwinismus. I., 296—317; III., 246—7, 268 invenies.

Superest, ut phaenomenon metamorphoseos regressivae attingamus; ubi procedente evolutione individui perfectior gradus iam acquisitus relinquitur et forma inferior induitur. Quae res ipsis adversariis incommodior videtur esse quam nobis; nam degenerationis causa idealis facile reperitur; alia causa non item.

e) Pluris quam haec embryologica argumenta non sunt, quae ex geologia et geographia afferuntur. Etenim lacunosa illa continuatio seriesque formarum ea non est, qua vera earum consanguinitas probetur. Imprimis animantia temporum priorum multo minus inter se diversa esse et omnia corporum temperationem simpliciorem habere necesse foret quam nunc viventia. Sed neutrum inventa docent. (Cf. Römer Üb. die ältesten Formen des organischen Lebens auf der Erde; Pfaff, Schöpfungsgeschichte; Kerner v. Mar., Pflanzenleben II, 597—602 etc.) Potius contrarium fulciri potest trilobitis, calamitis, lepidodendris consideratis. Certe nullibi vestigium invenitur evolutorum paulatim organorum v. g. oculorum, nullibi vestigium acquisiti paulatim impetus et appetitus rerum idonearum. (Cf. Stimmen aus M. L. XXVIII, 481 etc.: XXIX, 248 etc.) Deinde laborant adversarii de explicandâ stabilitate nonnullarum specierum, quam palaeontologia certe demonstrat. Quac enim Babák afferre conatur (p. 64), explicatio non sunt. Quod vero in universum imperfectiora animantia antecesserint perfectiora, eius rei ratio vel haec esse potuit, quod haec multis egent rebus ad vivendum, illa paucis sunt contenta. Ceterum etiam haec rerum creatarum series idea divina est directa. (Cf. Michelis, Das Formenentwicklungsgesetz, S. 431—2). Nec profecto illa genera, quae interiere, tantum stirpis dissimilis causâ creata sunt: nam tempore historico animalia (velut Dinornis) evanuerunt, progenie nulla relicta.

Quodsi v. g. Paludinam, quae prius plana se circumvolvebat, postea in pyramidis speciem convertere se coepisse exemplaria eius demonstrent, tamen non magis eam unquam in Chamam vel aliam speciem abiisse sequitur, quam canis in leonem futura conversio inde, quod ex cane aquatico diligenti adhibita cura canis fricator fieri possit. (Natur und Offenb. XII., 428.)

Quomodo vero evolutio approbari potest, cum formae mediae, a quibus proxime v. g. carnivora originem duxerint, aliae inveniantur, si dentes, aliae si pedes (ungulae et unguis), aliae, si venter praecipue spectetur? (De Baer, Studien aus dem Gebiete der Naturwissenschaften II, 419. Ulrici, Gott und die Natur³ p. 378; Stimmen aus M. L. XXIV, 356 etc.). Lamnungua idem docent.

Hominem, si eandem ad stirpem ac simiae origo eius referenda est, in eadem geologica formatione inveniri necesse est, in qua reliquiae simiarum sunt: miocaena et plioacaena. Nec vero ibi quidquam eius repertum est; immo ne elephantum primigenium quidem aequalem fuisse hominum constat, teste Virchow (Ulmae 1892):

Haud magis igitur quam priora ipsa geologicorum temporum ratio evolutionismo favet.

Denique de illis formis interiectis, quas nimis miras monstruosasque esse indicant, velut *Dinotherii* inter *Elephantum* et *Trichechum*, *Amphicyonis* inter *Canem* et *Ursus*, *Ornithoscelidorum* et *Pterosauriorum* extinctorum idem nobis videtur quod v. g. de *Cynailuro*, cuius ungues et pedes et ipsum corpus porrectum regulam indicant et typum caninorum (Natur und Offenb. III, 483); perfectiones specierum mixtas in se uniunt.

Iam nec geographia improbari specierum constantiam etiam facilius ostenditur. Nam species inter se propinquas propinqua, remotas remota loca occupare nec omnino verum est, nec si verum esset, quicquam probaret. Aquae dulcis incolae *Estheria*, *Limnadia*, *Apus*, *Branchipus* toto orbe diffusi dispersique sunt. *Alces palmatus* (E., As., Am.), *Pyxis arachnoides* (As., Madagasc.), *Manouria fusca* (As., Au.), *Iguana tuberculata* (As., Am.), *Bothrops lanceolatus* (As., Am.), *Lasius niger* (E., Am.), *Coccinella undecimpunctata* (E., Af., As., Am.), *Achatina lubrica* (E., Af., As., Am.) etc. in dissitis orbis partibus habitant. E herbis in diversis partibus disseminatis hic nominentur: *Lycopodium Selago*, *Menyanthes trifoliata*, *Nothoscordum fragrans*, *Myrica Gale*, *Amorphophallus Rivieri*, *Lysimachia thyrsiflora*, *Andromeda polifolia*, *Arctostaphylos uva ursi*. Nec illarum specierum herbae, quae spatium minus amplum occupant, eo ita continentur, ut in regiones intervallis disiunctas interruptasque distributae non sint. Ut herbas montium Pyrenaeorum et Alpium et regionum septemtrionalium communes taceamus, exempli gr. quae in Helvetia, Bavaria, Austria, Tirolis meridiana Alpium centralium regione inveniuntur: *Hydrocharis morsus ranae*, *Gladiolus palustris*, *Centunculus minimus*, *Cyclamen europaeum*, *Samolus Valerandi* etc., in earundem Alpium Tirolensium parte septentrionali desunt; et quae in Tirolis parte meridiana, quam Germani obtinent, desunt; *Arum maculatum*, *Corallorrhiza innata*, *Malaxis monophyllos*, *Carex baldensis*, *Orchys pallens* etc., in circuitu florent.

Sed concedamus avibus vel ventis aliisve modis omnes illas exceptiones effectas esse; quid impedit, ne Creator universi bestiis aut herbis diversis diversa assignarit loca, cum diversitatem formarum intenderit? An praestiterit animalia rapacia omnia in una insula collocari, quam leoni Africam, tigridi Indiam provinciam decerni? Cf. Nat. u. O. 1902, 174

Itaque argumentis physicis opinio, de qua agimus, non probatur.

f) Sed dicat quispiam potuisse profecto a Deo paucos creari organismos, quibus principium evolvendi sese in alios atque alios inditum fuerit. Quo posito cum divina sapientia pugnare, ut species singulas ipse condiderit. Deum nempe ipsum ea tantum facere, quae vi-

ribus creatis finitisque fieri non possint. (Cf. Suarez, *De opificio sex dier.* l. 2, c. 10, n. 12).

At certum imprimis est diversitatem propinquitatemque formarum *in crystallis* hoc modo ortam non esse. Atomos vel moleculas conditionibus necessariis positis eadem semper formam coniunctione ac distributione efficere aliter non explicatur atque ideali huius formae vi; alioquin enim ex eadem materia eadem semper crystalla formarentur. Cum simplices primaeque formae in uno crystallo inter se componuntur atque implicantur, propria consanguinitas descensusque tamen absunt.

Iam cellulae a crystallis certe eo differunt, quod procreationis sunt capaces; organismi autem cellularum connexione continentur. Ita reapse origini omnium animantium ex unica cellula ex hac quidem parte nihil obstat. Quam conditionem non est cur negemus, quamquam portentosi aliquid videtur continere.

Sed hinc nondum efficitur Deum revera eiusmodi facultatem indolemque rebus creatis inseruisse; immo ne illud quidem patet, Deum id facere potuisse, potentia adaequata spectata. Etenim, si quaeras potueritne Deus e. g. hanc quercum, quae re exstat, creare, re accurate considerata nequit sine adjunctione responderi, eum potuisse: sane eam, ut quae partem ideae totius exprimat repraesentetque, universo inserere potuit; sine hac rerum universitate eam oriri potuisse ego quidem non censeo. Nimirum aliud est rei efficiendae ex una parte nihil obstarre, aliud ex nulla.

Neque ipsi, qui animantium ex communi parente originem illi rationi innisi tuentur, ad hominem hanc evolutionem extendere solent, perfectum eius corpus ab ipso rerum opifice productum esse statuentes, fortasse ob eam specialem rationem, ne Adam bestiam patrem vocare debuerit.

Itaque, cum Deus, si semel operatus sit, certe et millies operari potuerit, et si simplicem cellulam eum condidisse ponendum est, elephantum quoque potuerit creare (Stimmen aus M. L. XXXIV., 43), nihil est, quod cum Leroy O. Pr., Pfaff aliisque transformationis theoriam creationi accommodare studeamus. Praferenda videtur vel ideo haec contraria sententia, quod constantia specierum, quae nunc servatur, ei magis respondet, et quod contrariam opinionem saltem ad omnium specierum originem explicandam extendi non posse rationibus physiologicis probari videtur. (Wigand, *Der Darwinismus*, I., 236.; Cf. A. Kerner v. M., *Pflanzenleben* 1891, II., p. 597; 581.).

Ceterum iterum notemus: fuerintne species ab initio absolutae conditae an tempore procedente evolvendae — ita, ut a conditionibus externis hacc evolutio ac modificatio pendeat, non efficiatur — ad res nostras minus pertinet: idea, quam operibus Dei subesse dicimus, agitur.

A. Špaldák.

Dr. Rozánek O.: Pud pohlavní a prostituce (De desiderio naturali et prostitutione). Tom. I. et II. p. 500 + 300 Pragae 1905.

Primum opus scientificum huius generis in lingua bohemica; opus eximum et eruditissimum; sed quod pluris est: opus christia-

num. Auctor, medicus magni nominis, persuasione catholicus est usque cognovit momentum religionis ad vitam et privatam et socialem. Ex hoc iudicari iam potest, eum malum sexus non augere velle, sicut plurimi, qui forma suarum publicationum magis sensus delectant quam deterrent, sed depingere horribilem morbum omnemque eius foeditatem. Et quia opere suo ad sanandum eum conferre vult, elegit modum magis popularem scribendi, sed ita, ut doctrinae ratio detrimenti nihil caperet; tantum res obscoenas appellat vocibus latinis. Auctor per multos annos materiam colligebat, in praecipuis universitatibus et in nosocomiis in Austria, Germania, Russia, Anglia, Gallia studia specialia faciebat; quam materiam totam critice effinxit. Itaque mirum non est, si primum hoc opus bohemicum eximium dici debet, idque eo magis, quia hic scriptor principiis religiosis et moralibus ductus fundamentum solidissimum operi suo posuit, etiamsi in non-nullis erraverit.

In prima parte continentur capita: Concubitus eiusque extrema et depravatio et sequelae. Paradoxis, anaesthesia, hyperesthesia, paraesthesia sexualis. Sadismus eiusque modi. Masochismus ejusque species. Fetishismus. Dein coitus analis, cunnilinctus etc. Homosexualismus cum suis speciebus, gynandria etc. Dein singulae species peccatorum et criminum, quomodo in singulis rebus publicis puniantur tractatur et s. Prostitutio eiusque causae, formae, modi, quibus committitur. Historia prostitutionis in singulis gentibus in antiquitate, medio aevo et tempore recentiore. Causae, quae ei favent. Abolitionismus. Ius et officium reipublicae in hac re. Modi, quibus prostitutio impugnari debet.

Cum conatus, quibus prostitutio impugnabatur, fuse et critice exponantur et explicentur, opus hoc omnibus, qui oppugnando hoc malo operam dare debent et possunt, revera auxilium eximium praebet. Ita clare perspicitur, abolitionismum, cui multi optima mente favent, nullo modo admittendum esse. Efficacissimum remedium contra peccata sexualia religionem et educationem catholicam esse Rožánek dicit, et officium profundae educationis religiosae ad rempublicam pertinere aperte profitetur.

Quia per totum opus excessus sexuales tractantur non solum ex parte medicinali sed etiam morali, immo et religiosa, libri huius censura in conspectu nostro omitti non potuit. E singulis adnotare volumus, quid contra famosas sententias prof. Lombroso de pietate meretricum dicat. Bene respondet, signa pietatis earum non manifestare veram pietatem, sed esse reliquias quasdam conscientiae peccaminosae et pudoris; ceterum sunt tantum signa externa et pietas falsa. Et hoc verum est. Nullibi invenitur sacerdos, qui inter pias feminas cognoverit meretrices; nunquam frequentant ecclesiam vel sacramenta.

Multa et praeclera dicit de pernicie alcoholismi, litterarum, artis, theatri, maxime vero de abominandisabus in tabernis vinariis et cauponis et de privata luxuria in eis vigente.

Verum nonnullis locis nimis indulgere videtur placitis Lombrosianis de innata inclinatione vel perversitate et impossibilitate corrugandi talem naturam. Lombroso multos, etiam doctos, specie copiosae doctrinae seduxit. Opinione eius liberum arbitrium negatur. Hominem non differre a bruto nisi maiore evolutione, scelus vero esse aliquid mere anthropologicum, biologicum, psychologicum, sociale statuitur. Sed haec theoria mox impugnata est et reicta. Ita in congressu Parisensi 1889 (Revue scient. 1889 II. 687) et in congressu Petropolitano 1890 iam derelicta est (Spasovič, vide Archives de l' Anthropol. crim. 1890 V. 517 s.). Fuse diiudicata est opinio Lombrosiana in Stimmen aus Maria Laach t. 37. Dr. Rožánek non negat libertatem hominis, sed culpabilitatem meretricum, seductus illa theoria, nimis minuit et emendabilitatem earum nimis exiguis terminis finit. Dr. Baer demonstravit, calvam hominis nefarii in nulla re differre a calva aliorum hominum,

»calvamque hominis scelerati« Lombrosianum esse commentum. Hoc demonstravit perscrutando cum multis aliis doctis illos casus, quos Lombroso refert et ostendendo eosdem defectus, qui in maleficiis inveniantur, inveniri etiam in probis. (Globus 1894 n. 14). Signa, quae typum hominum scelestorum constituant, acquisita sunt vitâ in carceribus transactâ et similibus condicionibus, vel sunt pathologica. Sed nullo modo innatam inclinationem vel necessitatem ad scelera vel turpia demonstrant.

Aliquam depravationem multos infelices hereditate accipere concedi quidem potest, sed haec neque possibilitatem vitam honestam agendi aufert, neque impossibilitatem ad bonam frugem revocationis nisi moralem gignit. Difficultas, quae reapse adest, magis e vitae condicione oritur. Ignorantiâ puella in vitiis educata potius quam causis aliis excusari potest.

Omnino autem consentimus, veram morum mutationem incipere debere a religiosa et morali regeneratione generis humani. Ceterum lupanaria publica, a republica administrata necessaria dicit et consilia etiam minutissima, plurimo rerum usu doctus, proponit.

Hlídka 1905.

Fr. Snopk: Studie Cyrillo-Methodějské (Studia Cyrillo-Methodiaca) 116—122; 228—234; 289—295; 374—378; 462—465; 549—552; 630—634; 752—757; 830—834; 912—927.

Fr. Snopk, archivarius, examen fontium historiae Cyrillo-Methodiacee prosequitur (cf. Sl. l. th. I., 77 [392]; 107 [577]).

Principalis fons studii huius historiae sunt legenda, quae Pannonicæ vocantur. Quas a Snopk Clementi Bulgaro, episcopo Velicensi († 316) tribui iam diximus (I., 77). Constantinopoli ab Arsenio sacerdote, strenuo Photii assecula, litteris instructus in Bulgariam redux, religionem Christianam liturgiâ et scripturâ slavica, a Constantino-Cyrillo inventa, ubique propagare studebat. A Boris, Bulgarorum principe, in Macedonia occidentalem missus, occurrit discipulis sanctorum fidei praeconum, qui ibi liturgiam slavicam sacerdotibus graecis resistantibus, propagabant. Ut legitimum huius liturgiae usum defenderet, vitas ss. Cyrilli et Methodi conscripsit in quibus approbationem liturgiae slavicae a papa, Michaele III. imperatore et Photio factam ostendit, ubi pretiosa vitae ss. Fratrum documenta sunt. Quibus tamen »legendis« res detorquentur. Clemens persuasionem ss. Moraviae Apostolorum depravavit, cum eos Photii assecelas faceret, quorum doctrinam, cum illorum discipulis conversatus haud ignorabat. Idcirco eas critice examinari, fontes earum, num integri fuerint, investigari, quid Clemens addiderit, mutarit, coloraverit inquire oportet.

Prototypus legendarum Pannonicarum est troparion »Моравскыј земља веленгражданник« (editus primo a V. Grigorovič 1865, a Snopk 1893 in Obzor [Apr.] bohemice cum explicacione) incipiens, in quo unicum palaeoslavicum documentum de urbe Velehrad (tum nondum deleta) extat; in eo ossa Methodii in Moraviae visceribus latere in ecclesia cathedrali magnae urbis Velehradii (cf. contra Čechmánek in Hlas Týdenník 1905, c. 51 str. 12) asseritur, qua re nuntii legendarum posteriorum Methodii reliquias Romanas esse ablatas, refutati sunt. Clemens haud ignoravit scripta Constantini-Cyrilli de s. Clementis ossium inventione; suum quoque opus prius editum »slova na rožďstvo Hristovo« nec non testimonia »Moravorum« adhibuit, qui mercatores videntur fuisse.

Quid legenda Pannonicae petant e comparatione cum legenda Romana clare elucet. Variae opiniones de relatione earum circumferuntur. Dr. Vondrák, in studiis palaeoslavicis multum versatus, congruentiis, nonnullis locis ad verbum occurribus, innixus legendam Romanam a Pannonicis dependere demonstrare conatur, documenta legendariae

Romanae, quae in Pannonicis desiderantur additamentum posterius — falso habet. Legendas enim Pannonicas a Clemente Methodii discipulo conscriptas esse, ideoque prorsus fide dignas falso existimat (cf. Sl. l. th. I., 77).

Magni interest, utra legenda sit prior. Cum auctor legendae Romanae, quae s. Clementis reliquiarum inventionem pertractat — quae inventio praecipuum eius arguimentum constituit — vitam Constantini et Cyrilli solum per accidens attingat, quatenus haec cum illius rei narratione (de reliquiarum inventore, de eius fratre, quomodo Romae excepti sint et episcopi consecrati) cohaeret, et re vera modo simplici, logico, continuo scribat, — legenda Pannonica magnas lacunas in argumento (de Moraviae Apostolis Romae exceptis et cominoratis) continet, quibus Clemens, Photii fautor, honores ab Hadriano episcopo tributos ordinemque collatum (a. 869: p. 231—2) obvolvebat, ne Constantinopolis sola praeconibus fidei maiorem gradum hierarchicum haud concessisse, Methodius vero a Photio abhorruisse videretur (294). Propterea Snopek legendam Romanam priorem et Clementem ea usum esse iudicat; quam opinionem ab argumentis (Vondrák, Martynov) contrariis defendit.

Prouti iam dictum est, legendae pannonicae Methodii orthodoxiam in dubium vocaverunt, quem Photii instituto errorem de Spiritu s. pro Patrum doctrina habuisse tradunt.

Photius a discipulis suis »quaedam propria scripta et chirographa« exigebat, quibus se obstringerent, se firmiter in eius doctrina perseveratus esse; sed incertum est, ex quo sic egerit et secundum encyclicam 8. concilii oecumenici non omnes ita se ei vinxerunt, sed soli »simpliciores, quin potius leviores« (Mansi, t. XVI., c. 409.; Constantinum-Cyrillum igitur Photio se tradidisse, eius errorem amplexum esse, nullo modo affirmari potest. Erat quidem Photii amicus familiaris sed etiam sincerus, qui eius conatum, quo Apollinaris doctrina innovabatur, acriter reprehendere non dubitavit (Mansi t. XVI., c. 5—6).

Ceteroquin Methodium doctrinam romanam approbasse auctoritas R. Pontificum (p. 753) et litterarum (p. 830—4), maior sane quam legendarum, attestatur. Anno 879. Methodius Romam est vocatus, quod alia atque ecclesia doceret. S. Pontifex simul in litteris ad Svatopluk missis, quod Methodius aliter doceat valde miratur, cum in processu informativo, antequam episcopus factus esset, orthodoxus repertus sit. (Codex diplomat. ed. Friedrich I., 17). S. Pontifex synodum convocavit (anno 880), in qua Methodius se credere ea, quae ecclesia, confessus est (contra Milaš, Slavenski apostoli str. 346 et V. Bilba sov. Kirill i Methodij 1868, str. 87—8); ecclesiam autem semper credidisse Spiritum s. a Patre Filioque procedere (post Leonem III. et Nicol. I.) e bulla Ioannis VIII. »Industiae tuae« (880) manifestum est (p. 753; 917 contra I. Malýševskij, Svjatyje Kirill i Methodij str. 233—240). Quo sensu Ioannes in hac synodo Methodii orthodoxiam probaverit, optime docet epistola data 23. Mart. 881 Pastoralis sollicitudinis (925—927). Cum enim perfidus Methodii suffraganeus Vieking eum inquietaret laboresque eius apostolicos impediret apud Svatopluk ad secretas Roma acceptas instructiones provocans, papa singulari epistola virum apostolicum consolari necessarium duxit et eius orthodoxiam denuo confirmavit.

Immerita legendarum Pannonicarum superlatione perveniri potest ad conclusionem professoris Brückner, qui magno historiae seriae ludibrio Apostolos Moraviae viros improbos, mendaces, simulatores, infensissimos Romae adversarios fuisse finxit.

Materia haec a. 1906 porro tractatur. Dolendum est quod egregia haec commentatio in tot frustula divisa est, quod perspicuitati magnopere obest, quae alia quoque ratione negligitur.

Lidový zpěv duchovní v Italii (De populari cantu spirituali in Italia). 22—27. (Iuxta articulum P. Ghignoni: »Per il canto religioso popolare in Italia« in »Cultura Sociale« 1903.) Italia bono cantu populari, qualis apud gentes Europae mediae et septemtrionalis floret, caret. Musica sacra ad solos dies festos est restricta; sicubi die feriali cantatur, cantus ululatum mulierum liberorumque adaequat

Quomodo huic defectui mederi possumus? Revirescente animo christiano cantus ex intimo corde manaret, moveret, raperet, religionem expergefaceret. Qua de causa carminibus argumento et forma expolitis et vere popularibus opus est. Ad quorum inopiam removendam associatio Romae orta est, quae vilibus libellis optima vetera carmina edit, viros idoneos ad nova in lingua Italica componenda allecat (ad-huc latine cantatur), in scholis et associationibus ea inter plebem diffundit.

Mužný.

Časopis katolického duchovenstva 1905.

Dr. Fr. Kryštufek: Jansenismus a jeho zhoubný vliv na katolické státy v Evropě (De infausto janseuismi in catholica Europae regna influxu) P. 7, 151, 337, 532, 646.

Sententiae, quas C. Jansenius in libro suo, qui Augustinus inscriptus erat, proposuit magno damno ecclesiae variis in regnis factae sunt.

In Gallia iam a. 1655. a P. Innocentio X. quinque propositiones reiectae sunt (nonnulla praecepta divina servari non posse, gratiae resisti non posse etc.). Qui a Jansenio erant, negabant, sententias sensu reiecto esse in »Augustino« scriptas; qui demum sub Clemente XI. in »pio silentio« acquieverunt. Controversiam a. 1701 renovatam idem Clemens XI. cum Ludovico XIV. composuere. A. 1713 propositiones 101 Pasch. Quesnelli, qui a. 1671 suas »reflexiones morales« (Abrégé de la morale . . .) ediderat a P. Clemente XI. ob jansenisticam doctrinam bullâ »Unigenitus« a. 1713 condemnatae sunt. Cardinali Noailles archiep. Parisiensi et aliis bullam abnuentibus et Ludovico XIV. defuncto ad concilium generale appellatum est; »Appellant« etiam post bullam Unigenitus (1728) multas turbas excitaverunt.

In Neerlandia P. Kodde, vicarius apostolicus, Collegium capitulare Ultraiectense bullam »Unigenitus« accipere recusabat. Cum a. 1721 Spinolli, internuntio Bruxellensi, a. s. sede vicesuperioris missionis Neerlandicae munus delatum esset »Collegium« a. 1723 Cornelium Steenhoven archiepiscopum elegit. Schisma hucusque durat. Jansenistae doctrinam suam magna litterarum copia propagabant. Maxime in Neerlandia G. D. de Bellegard in Austriam, Italię, Hispaniam, Lusitaniam doctrinam exportabat, qui cum Galliam peragrasset a. 1775 Viennac a M. Theresia benigne receptus est. Ex Austria profectus est in Italię ecclesiam Ultraiectensem cum Sede Apost. reconciliatus. Sed morte Clementis XIV. conamen ad irritum redactum est.

Jansenismi in Austria columnata erant: van Swieten et A. de Haen, medici imperatricis et Simen, Stock, Terme canonici. Etiam in seminarium professoris dogmaticae, Stöger, et spiritualis, Růžička operā scripta jansenistica irrupperunt. Narrantur res cardinalis Migazzi eiusque adversarii Blarer. Labacum ipse episcopus (Car. Herberstein) per sacerdotem Schwarzenbach seminarii directorem et prof. Ziegler jansenismum induxit, Brunam per professores Schanza et Lauber translatus est. Josephus II. silentium praecepit de bulla »Unigenitus«, atque »seminaria generalia« condidit a 1783.

In Italia jansenismi caput erat Pavia. Ab ea parte stabant Tamburini et Seipio de Ricci, auctor Synodi Pistoriensis, quae jansenismum dogmaticum approbavit.

Etiam in Lusitaniam jansenismus libris invectus est Pombal Jesuitas oppugnans auxilio usus est jansenistarum, quos Viennae primum cognoverat, et qui columnata regiae potestatis adversus Ponti-

ficem se praebabant. Verum postea ubique imperatorum inimicos et revolutionis socios sese praebuerunt

Haec omnia ex fontibus primariis (Nouvelles eccl., Staatsanzeigen etc.) et secundariis (Brunner etc.) promuntur.

Dr. J. Samour: Křesťanské missie a jejich kulturní význam (De missionibus christianis earumque pro cultura momento).

In hac commentatione tractantur merita missionariorum de cultu regionum nondum christianarum extra Europam.

Primum quid in geographia praestitum sit exponitur. Asiam peragrarunt et descripserunt Io. Piano di Carpine, Guil. Rubruck, Io. a Monte Corvino, Odorico Matthiussi de Pordenone, Io. de Margnola, Martini S. J., Gerbillon S. J., du Halde, Cibot, Huc, A. David, Constans de Deken, Pigneau de Bahaine, Mgr. Pallegoix, Blanc S. J., S. Chevalier — arhīm. Palladij — Ed. Robinson, F. V Holland, Tomlin. — Africae regiones descriptae sunt a B. Tellez, P. Paëz, G. Sapeto, L. des Avanchers, card. Massaja, Carli, Ant. de Cavazzi, A. Zuchelli, Ch. Duparquet, Teroerde S. J., Coulbois, Schynze, Augouard, Roblet, Colin — Philipps, Wangemann, J. Ehrhardt, J. Rebmann, L. Krapf, Th. Wakefield, M. Coillard, J. Sibree, Borchgrevink, Lars Dahle, D. Livingstone. Historiam geographiae Americanae nominibus suis ornarunt: Chr. d' Acuña, P. Lombard, P. Sagard, L. Hennepin, Jogues S. J., Charlevoix, Marquette. — Australiam et insulas perscrutati sunt P. Ullathorne, Pompallier, L. Maigret, Mgr. Douarre — Taplin, Mardsen, Taylor, Lawes, Chalmers.

Deinde linguae a missionariis in usus suos et doctrinae conversae tractantur. De sinologia optime meruerunt M. Ricci S. J., P. Noël, Basil. de Glemon, Parrenin, Gaubil, Amyot, Perny, Zottoli — Gützlaff, Faber, J. Legge; de lingua siamica Mgr. Pallegoix, P. Desgodins; de indicis H. Henriquez S. J., Proença, R. Nobili, C. Beschi, Hanxleden, G. Coeurdoux — Ziegenbalg, Schultze, W. Carey; de linguis semiticis P. Cheiko, Scheil; de aegyptologia Isenberg, Krapf; de linguis Nigritarum Autunes, Bonnefoux, Lecomte, Ailloud, Caussèque, Malzac — Arbousset, Casalis, Robinson etc.; de variis linguis Indianorum: J. Bruyas, Chaumonot, J. de Bréboeuf, A. White, J. Gravier, Le Boulangier, St. Rasles, Domingo de S. Thoma, D. Gonzalez Holguin, D. de Torres Rubio, Bertonia, Vega, Valdivia, Febres, J. Chomé, Camano, Ancheta, Figueira, Ruiz, Restivo, Molina, H. Carocchi etc.; de australicis Maigret, Janssen, Smoing — S. Coolsma.

Tum quomodo operā missionariorum cultus moresque barbarorum aucti sint exponitur et adversariorum commenta refutantur.

Mt. Osecensis.

RUSSICA.

A. L. Bajkov, Современная международная правоспособность государства въ связи съ учениемъ о международной способности вообще. (La capacité internationale actuelle du Saint-Siège et les personnes du droit des gens.) Peterburg. 1904, p. XXXV.+461. Tractatus historico-dogmaticus.

Historia iuris internationalis papatus in quattuor aetates seu periodos dividitur: 1) a 313 ad Gregorium VII. — per quod tempus ecclesia subiecta est imperio civili. 2) a Gregorio VII. ad Avenionense exsilium, tempus coniunctionis imperii civilis et religiosi, regumque munere procuratorum papalium dumtaxat fungentium. Neque hoc neque priore tempore aequum inter utrumque imperium ius viguit; papa tum acquisitas condiciones internationalis iuris gentium imperio civili denegat. 3) a schismate occidentali ad 1789. Papatus labitur; imperium civile

liberius se gerit. Turbis religionis saec. XVI. papatus iterum evexitur. Concilio Tridentino centralizatio ecclesiae conditur, quae a. 1870 perficitur. In hac periodo ius utriusque imperii aequatum est. Imperii ecclasiastici studium, quo imperio profano superius fieri intendebat, per ipsas gentes perimitur. 4) a 1789—1870. Postquam civitates popularem quandam formam induerunt, principatus ecclesiae aboletur. Roma occupata principatus papae extinguitur vel potius in exterritorialismum vertitur, sed papatus fit iterum internationalis et capax internationalis aequalitatis in iure gentium.

Aetas prima (p. 4—26). Opportuna fortuitorum concursione praeparatum est, ut papatus eodem iure fieret, quo potestas civilis. Quamdiu Italia Constantinopoli obnoxia fuit, papa in tanta dignitate sua et patrimonio s. Petri donatus — imperatori obnoxius et subiectus erat, in qua condicione usque ad Longobardorum adveratum fuit. Ad papae liberationem gentium mutatio sedium, humilitas Byzantii, magna paparum industria contulerunt. Res aliter fieri non potuit. Imperio Romano delecto et bello inter Longobardos et Constantinopolim politico simul et religioso (iconoclastae) gesto papae libertas per Francos a Longobardis defenditur, eorumque sublato imperio papa in altum surrexit. Nec sola prudentia civilis papas iuvit, sed etiam auctoritas eorumque cum populo Romano conspiratio. Cum imperator abesset, pontifices Romani populo in omnibus rebus optime iustissimeque consulebant. Barbaris terram invadentibus non erat nisi papa, a quo salutem peterent. Nec barbarorum nec Byzantinorum nomen in Italia erat in gratia. Accedit quod papae legationibus, Christianae doctrinae apud varias gentes propagandae causa missis, in dies magis crescebant. Denique neque magni imperii romani memoria neque ss. Petri et Pauli ecclesiae Romanae auctorum, quam Bajkov contra „communem“ [sc. inter Russos] sententiam non omni veritatis specie carere p. 15² notat, negligenda est¹⁾.

Tamen plenam libertatem Roma consecuta non est, quia sedes Romana in rebus sacris nondum erat sui iuris (p. 16—21). Auctoritas religiosa papae, quam commodissimam sibi fore iam Pipinus et Carolus bene perspexerant, ad constituendum imperium Romanum multum contributus; eademque ad Francos curatione papatus privandos removendosque valuit. Quamquam interim tanta non fuit, quia tunc primatus erat

1) „J'ai vu avec peine que, dans l'encyclique patriarcale [du patr Anthime 1895] on semblait mettre au rang des choses douteuses le séjour de saint Pierre à Rome, et que l'on cherchait à expliquer par les apocryphes pseudo-clémentins la tradition universelle sur ce point de fait. Ce système, contraire à la croyance admise jusqu'à ce jour dans l'Eglise grecque comme dans l'Eglise latine, dérive des élucubrations de Fr. Christian Baur et de l'école rationaliste de Tubingue. Il est maintenant abandonné de tout le monde savant, en Allemagne et ailleurs. Plusieurs de ceux qui s'y étaient laissé tromper, comme l'illustre évêque anglican Lightfoot, sont revenus à la tradition. Renan lui-même a regretté les concessions qu'il lui avait faites d'abord.“ L. Duchesne, Autonomies ecclasiastiques — Eglises séparées, Paris 1896 p. 124.

penes concilium, non penes papam (Nositelem religioznago verhovenstva javljalsja sobor, a ne papa. 21). Auctoritate politica crescente, etiam religiosa auctoritas papae crescebat, concilii auctoritas minuebatur. Quae rerum mutatio libertati ecclesiae locum dedit.

Cum summa rerum religiosaram potestate non uteretur, s. sedes tutela potestatis civilis indigebat (p. 22—25). Imperio post Caroli M. mortem diviso libertas Romae augeri potuit; sed, cum papa in bello, quod propter imperii successionem gerebatur, nullius partis esse non posset, auctoritatem suam incertis eventibus interponere debuit.

Notari potest accuratius inspecta eius aetatis monumenta alia testari de primatu romani pontificis atque Bajkov opinatur.

Aetas secunda (Gregorius VII. — Avenio) p. 27---86. Ipsiis ecclesiae bonum tulit, ut papatus elementa auctoritatis internationalis acquireret: ea enim ecclesiae forma, qua vis omnis penes primores ecclesiae episcoposque erat, in concilium congregatos, detrimentosam se praebuit. Deerat plena libertas a potestate imperii, cum episcopi clientes imperatoris essent, a quo terram et potestatem civilem velut beneficium iure feudali accipiebant. Caelibatus episcoporum, quibus mortuis beneficium alii tradebatur, malum augebat. Inaugurandi ius impediens, quominus retenta illa forma ecclesia sui iuris evaderet. Certamen Gregorii VII. eiusque successorum de iure inaugurandi iustum et necessarium erat. Eadem illa optimatum ecclesiae summa potestas damnosa erat etiam moribus cleri: episcopi atque clerici saepe magis milites erant quam sacerdotes.

Quae cum ita essent, s. sedes episcopis libertatem ecclesiae necessariam conciliare constituit. Verum quidquid ad hoc consequendum conata est, res obtenta non est, etsi forma (inaugurandi) cessavit; clerus enim beneficiis imperatoris privari voluit. Perempto igitur hoc consilio aut toleranda fuit aliena in ecclesiam potestas aut summa potestas ecclesiastica ab optimatibus seu episcopis ad unum papam transferenda. Dei providentia id quod secundo loco posuimus effectum est.

Bajkov theologos ecclesiae russicae secutus, quomodo papatus creverit exponit; abstinet autem ab usitatis exprobationibus superbiae paparum. Primo potestas paparum ecclesiâ italicâ continebatur, quae eis per decretum Nicaenum [?] ²⁾ proxime subiecta erat. Per missio-

²⁾ Cf. Hefele, Conciliengeschichte² I, 394. 397 Quodsi concilium Chalcedonense decretum tale indicat, bene notat Duchesne l. c. p. 195: „Cette décision des Pères est encore à trouver. A moins d'admettre que l'on se réfère ici à un concile général secret dont toute trace aurait disparu, dont Eusèbe et les autres contemporains du concile de Nicée n'auraient pas eu le moindre vent, je ne vois pas ce que l'on veut dire. Du reste, ce concile général devrait être fort ancien, antérieur au III^e siècle et même au II^e, car en ces temps-là nous voyons l'Église romaine investie non pas seulement de prérogatives honorifiques, mais d'une autorité universelle et indiscutée. En remontant ainsi, on arriverait aisément aux apôtres. Mais ce n'est pas ce que voulaient dire les évêques de Chalcédoine; les Pères dont ils parlaient ne sont pas les apôtres, mais les évêques; ils entendaient ramener ut niveau de la leur l'autorité d'où dérive la primauté de l'Église romaine.

narios fines prolati sunt neendum tamen ampliorem potestatem quam ceteros patriarchas papam habuisse, Concilium Chalcedonense testatur (Mansi VII., 370; Mirbt, Quellen, S. 26 ff.). Quaestiones dogmaticae per concilium, non per papam solum decernebantur (p. 35); documento sint Leonis epistola dogmatica ad Flav. (Döllinger, Das Papstthum S. 321²⁶) et condemnatio monotheleticae haeresis Honorii I. (Mansi XI., 554 s.: 731. — Mirbt, Quellen S. 31).

Cum interim clerus, supremae potestati civili subiectus, sui iuris fieri nullo modo posset, potestatem papatus augeri intererat vitae ecclesiae: vozvyšenie papstva rezul'tat nastojatel'noj neobhodimosti, vopros žizni i smerti dlja katoličeskoj cerkvi (p. 36). Concilium nihil valebat. Solus pontifex Romanus idoneus erat, qui ecclesiam liberaret. Cerkov' koncentriruet vsju polnotu dužovnoj vlasti i vručaet ee tomu, kto bolě drugih byl nezavisim ot gosudarstva. Takim licom, edinstvennym v loně zapadnoj cerkvi, i kak by sozdannym dlja etoj celi sud'boju, byl papa, kotoryj, budući ne tol'ko episkopom, no takže gosudarem, javljalsja ekterritorial'nym po otnošeniju k gosudarstvu.

Hanc auctoritatem necessitate postulatam difficile erat solis canonice fontibus fulcire et sustinere. Hinc natae sunt falsae et corruptae litterae (decreta concilii Sardicensis concilio Nicaeno adscribuntur; Innoc. I., Epist. ad Vatricium; cf. Mirbt l. c. S. 21; Döllinger l. c. S. 22.; canonis 6. Concilii Nicaeni textus mutatur; Mirbt S. 16), decretales Pseudo-Isidorianaæ etc.³⁾

Principatus religiosus s. sedis continebatur (obuslovivalsja) libertate eius (p. 41—51). Papa pendente ex imperatore, imperator regnat in ecclesia. Concilia in hoc certamine serviliter se gerebant victoris cuiuscumque partes secutae.

Haec dum geruntur, ius internationale ecclesiae augebatur usque dum potestate civili superior facta est.

Papae contentio universalis imperii non fuit causa concursus ecclesiae cum potestate civili, verum consecutio duarum potestatum

En cela ils se trompaient: l'Église romaine ne doit rien aux conciles; son autorité lui vient de plus haut. Les empereurs ont pu fonder une nouvelle Rome; créer une seconde Église romaine est au-dessus de toute compétence épiscopale". Cf. Patr. Murray, De eccl. Christi vol. 3, s. 4, disp. 19, n. 493 ss.

³⁾ „En réalité, les Fausses Décrétales n'ont été qu'un argument temporaire, mauvais sans doute, mais employé de bonne foi. Ce n'est pas, en tout cas, dans ces documents que Grégoire VII puisa le sentiment profond de la grande misère où il trouva l'Église, de la force morale dont, en dépit de tout, pouvait encore disposer le pape, successeur de saint Pierre, pourvu qu'il fut libre, désintéressé, fidèle à son devoir. Il savait bien que ce sentiment avait été celui des grands papes d'autrefois, les Léon, les Grégoire; dans leur souvenir, il trouvait un appui, une espérance. Mieux renseignés qu'on ne peut avoir l'être de son temps, nous voyons maintenant que, pardessus ces illustres pontifes, il se rattachait à une tradition plus ancienne, plus vénérable encore, à celles des papes de l'âge primitif, de cet âge où l'Église, en dépit de son insécurité matérielle, ne connaissait pas d'entraves à son activité spirituelle; où les empereurs n'étaient pas encore ses fils, mais n'étaient pas non plus ses oppresseurs". Duchesne l. e 162.

absolutarum (p. 51—55). Imperium germanicum nitebatur ad universale imperium; ecclesia autem libertatem sibi vindicabat. Pax et concordia conciliari non potuit, quia utraque potestas alterius obsequio tolli sibi videbatur. Cupiditatem meram dominandi vel ambitionem sive papae sive imperatoris in culpa certaminis ponere levissimum est (p. 52). Ecclesia, esse non potuit nisi libera.

Contentio illa papae impediri potuit vel formâ imperii civilis mutatâ ita, ut summa imperii apud unum esse cessaret et popularem quandam formam indueret (quod factum est ab a. 1789), vel principatu religioso papatus sublato; hic tolli potuit vel potestate singularum ecclesiarum ancta (velut nationalium: modus gallicus), vel politica papatus libertate circumcisa (modus germanicus).

Quod gravitatem (intensivnost') attinet, sententia potestatem spiritualem priores partes agere quam saecularem duobus modis exprimebatur (p. 56—62). 1) Principatu religioso s. sedis circumscribitur et coërcetur principatus saecularis imperatorum. Ita papa duplcem tenet potestatem: et religiosam et civilem; haec ex illa, ex potestate clavium delapsa est (Gregorius VII., Ep. ad Germ. Mirbt l. c. p. 54 s.; potestas principum est quasi quaedam permissio a papa concessa (Innoc. III. ap. Mirbt p. 79. 62 ss.); ex se auctoritatem nullam habet. Gregorius VII. ipse regum potestatem e superbia, rapina, perfidia, sceleribus, diabolo repetit (Mirbt p. 56; Delarc, t. I., p. 83.).

2. Principatu religioso s. sedis circumscribitur et coërcetur libertas (nezavisimost') imperatorum; haec utriusque potestatis aestimatio et concordis agitationis postulatio („teorija garmoničeskago sosuščestvovanija vlastej“) exponitur secundum Bellarminum, Ant. de Rosellis, Gerson, s. Thomam per alios (Mirbt, Ranke, Goldast, Čičerin [Istorija političeskikh učenij M. 1869], Baumann, P. Janet) cognitos.

Causae, cur spiritualis potestas saeculari superior facta sit, sunt et potestas saecularis aetate media ad unum omnis collata seu administratio regia et primatus ecclesiae a papa acquisitus. (62—73). Sine principatu religioso potestas civilis sub dicionem papae cadere non potuit. Quamdui papa simplex episcopus fuit concilio episcoporum subiectus, animos fidelium ipse proxime movere non poterat. Sed neque hic primatus par est potestati civili subigendae; accessit forma regia potestatis civilis. Rex, cum christianus esset, ecclesiae obnoxius erat, per regem totum regnum. At civitas, quae comitiis civium regitur, praestat de libertate, etsi convocati ad comitia catholici sunt.

Principatus papae non continebat ea, quae ad naturam theocratiae pertinent (74—77). Non enim erat idem subiectum summae potestatis civilis quod religiosae.

Quamvis magna fuerit Innocentii III. tempore potestas papae religiosa et civilis, consilium regni ecclesiastici omnium gentium constitueri ad effectum adduci non potuit (77—84). Principatus papae populum ad res rei publicae tractandas movit. Per quem Gregorius vicit, idem populus ne universale imperium religiosum constitueretur impeditivit.

Brevis huius aetatis conspectus (84—86) est: 1. Ecclesia occidentalis ab episcopis velut principibus tenebatur; libertas igitur eius e libertate

episcoporum pendebat qui cum feudis imperatori obnoxii facti essent, liberare se non poterant. 2. Quapropter haec ecclesiae forma rationibus eius non conductit et auctoritas s. sedis efflorescit. Simul cum auctoritate religiosa s. sedis libertas civilis laeta incrementa capit. Ergo ea, quae ad naturam aptitudinis ad ius internationale pertinent (principatum et libertatem et independentiam [, razvitie suvereniteta, svobody i nezavisimosti“]) bonum ecclesiae postulabat. 3. Ubi summa imperii apud unum est, regnum a rege non differt. Rex christianus subditus est papae, per regem regnum. Ita potestas imperatoris coërcetur auctoritate papae. Ergo papatus potestate civili superior factus est propter civitatum administrationem regiam. 4. Persuasio ecclesiam liberandam esse ecclesiam mutavit in civitatem spiritualem, quae unius nutu regitur. S. sedis potestas rebus publicis exitiosa esse visa est, unde certamen inter potestatem religiosam (papalem) et civilem (gallicana ratio et germanica) ortum est. Papa libertatem suam (ecclesiae) muniebat et sedis suae principatu religioso, propugnato et potestate saeculari supposita spirituali. Universale imperium papale propositum est. Ergo in statu patriarchalis dominatus (v uslovijah absolutnoj, patriarhal'noj monarhii) evolutio eorum, quae ad naturam aptitudinis ad ius internationale pertinent, imperio potestatis spiritualis in saecularem continebatur. 5. Hoc imperium non continebat ea, quae ad naturam theocratiae pertinent, quia, licet papa sit unum subiectum reale utriusque potestatis, subiecta idealia manent diversa : ecclesia et imperium. 6. Crescente papae potestate spirituali populi ad rem publicam consilia et cogitationes referre cooperunt ; unde libertas imperii a curia tuta reddit a. Quapropter spes, qua papae orbis terrarum imperium complectebantur, irrita cecidit.

Aetas tertia (Avenio — 1789) p. 87—120. 1) Imperia saecularia ea acquirunt, quae ad ius internationale pertinent. — Papatus mores, cum orbem terrarum affectaret, lapsi sunt ; religione neglecta de re publica agebatur (p. 87—91) : simul cum morali, etiam religiosa s. Sedis auctoritas, maxima defensio a potestate civili, ideoque libertas ipsa minuebatur. Auctoritate religioso-morali cadente concilia Constantiense et Basileense potestatem papae decretis de episcopali forma administrationis ecclesiae circumscribebant ; qua forma restituta imperia catholica tutelâ papatus regi desinunt ; quae liberatio, ubi res christiana novatae sunt per protestantes, perficitur.

2. Quibus aptitudo ad ius internationale continetur, tamen a s. Sede retenta sunt (108—116). — Terminis, quibus auctoritas papae per concilia Constantiense et Basileense finita erat, a Tridentino ablatis, principatus religiosus s. Sedis restitutus est ; importunitas illorum conciliorum et libertas potestatis spiritualis, forma ecclesiae episcopali in periculum adducta, rerum pristinarum studium excitarunt. Neque libertatem a potestate civili papatus amisit.

3. Ne tamen internationalis iuridica „constructio“ mutuarum relationum inter ecclesiam et potestatem civilem oreretur, forma administrationis civilis, qua summa imperii uni manebat, impedivit.

Actas quarta (a. 1789—1870) p. 120—152. Rerum publicarum commutatio libertati consulens regna catholica a papatus tutela liberavit

Idem libertatis studium — rebus Romanis et Italicis agi coeptis — regnum ecclesiasticum Româ occupatâ oppressit. Quo exstincto auctoritas s. Sedis crevit: non solum nova rerum publicarum forma papae copiam dedit factionis „clericalis“ in re civili potentis sed mutata — rebus mutatis — curiae consilia auctoritatem s. Sedis amplificarunt. Leonis XIII. auctoritas celebratur (p. 147). Ea, quae ad naturam aptitudinis ad ius internationale pertinent a s. Sede retenta sunt. — —

In II^a parte huius operis, quae inscribitur „Konstrukcija meždu-narodnoj pravosposobnosti voobšče“ haec exponuntur: 1. Principatus, libertas, independentia ad naturam aptitudinis ad ius internationale pertinent; eadem inter se iuncta sunt et cohaerent; universa iura et officia internationalia e duobus iurum officiorumque generibus composita sunt: principalibus et derivatis; utriusque generis iura et officia cohaerentia inter se, cohaerent etiam cum tribus illis, quae ad aptitudinem ad ius internationale pertinent (p. 155—221).

2. Subiectorum principatus, libertatis, independentiae potestas duplex est: per se aestimata seu absoluta et comparsata cum aliis seu relativa; utraque principiis internationalibus determinatur. Principia iuris internationalis natura sua obligant atque subiectorum iuris internationalis licentiam coërcent ita, ut tria elementa illa non violent (p. 222—227).

3. Cum principatus, libertas, independentia simul a diversis tenetur, independentia naturalis singulorum finitur; unde satisdationes, quibus tuta reddatur, necessariae fiunt (p. 227—230).

Paucis ad singula descendere libet.

Principatus (Suverenitet) est potestas, quae intra provinciam suam neque ex aliorum potestate neque e subditorum consensu pendet. Ea, naturâ indivisibilis, sed iis, quae continet (po soderžaniju), composita, dupli forma dicionis: territoriali (quae triplex est: territorialis proprie, exterritorialis, deterritorialis) et personali (positiva et negativa) inter se cohaerentibus cernitur. — Libertas (Svoboda) status iuridicus est, quo a provincia alicuius potestatis quacumque alia potestas excluditur. Qui status, natura indivisibilis, compositus materia duabus libertatis formis obiectiva et subiectiva inter se cohaerentibus cernitur (185—190). Independenta (Nezavisimost') status iuridicus est, per quem intra alicuius potestatis propriam provinciam alias potestatis absentia (iusta) vel cessatio ad causas potestatis non pertinent („v silu kotorago dannyj obščestvennyj organizm, v granicah prinadležaščej emu kompetencii, ne obuslovliavaetsja v osuščestvlenii vlasti otsutsviem (ne-kompetentnost'ju) ili bezdějstviem vlasti drugih organizmov“).

Principatus libertate obiectiva, non subiectiva nec independentia continetur; libertas utraque principatu, neutra independentiâ, independentia utrâque libertate et principatu continetur (193—200).

Principalia iura internationalia sunt iura pacti, „repräsentationis“, coactionis; quibus independentia continetur, principatus aut libertas non item, sicut nec officiis principalibus.

Difficultates hic non mediocres superandas fuisse, cum notiones nondum satis liquidae essent, in fine huius partis notatur. — —

Partis III^{ae}, qua ea, quae in secunda exposita sunt, ad papatum accommodantur, argumentum est hoc: 1. S. Sedes habet principatum,

libertatem, independentiam (234—339). Territorialis eius potestas dupli forma cernitur: exterritoriali et deterritoriali; proprie dicta territorialis 20. Sept. 1870 exstincta est (etiam in Vaticano). Potestas exterritorialis (quae deterritoriali non continetur) papae intra Vaticanum, ubi Italia territoriale potestatem non habet, mansit, estque vere forma potestatis, non auctoritas ab Italia concessa. Sententiae de iurisdictione papae statutae a Seaduto, Palma, Gabib, Orlando, a Soderini, Olivart, Giobbio, Corsi, Farabulini etc., a Calisse, Bonghi, Gabba, Brunialti, Miraglia, Leroy-Beaulieu, Geffcken, exponuntur; ipse Bajkov sentit haec (p. 273—278): S. Sedes ius habet exercendi morum praefecturam necessariam ad consulendum intra Vaticanum securitati in genere, et securitati papae singillatim et ad libere exercenda quae ad religionis administrationem pertinent. Eadem ius habet exercendi omnia negotia, quae ad administrationem Vaticani referuntur; item ad exercendam potestatem iudicialem in rebus iurisdictionis civilis, non tamen in causis publicis. — Positiva forma potestatis personalis s. Sedis iure dominationis, quam in gregem suum cuiuscumque territorii habet, cernitur, negativa exclusione aliorum dominationis similis in gregem catholicum.

Subiectiva libertas s. Sedis obiectivâ libertate ecclesiae continetur, ex contrario non item (328—331); subiectiva ecclesiae potestas formâ eius regali continetur; politica papae emancipatio cum subiectiva eius libertate cohaerens et territoriali (exterritoriali) potestati curiae adnexa condicio necessaria est formae regalis ecclesiae; haec sine illa cogitari nequit (325—328). Libertas obiectiva ecclesiae catholicae (quod est ideale subiectum religiosae potestatis) et subiectiva libertas subiecti realis potestatis spiritualis (papae), praestita huius „exterritorialitate“ duo necessaria elementa aptitudinis s. Sedis ad ius internationale sunt (330—331).

Principatus s. Sedis, religiosus et saecularis, continetur obiectivâ libertate ecclesiae catholicae, non independentiâ; saecularis etiam subiectivâ libertate papatus, religiosus non item. Independentia, qua obiectiva s. Sedis libertas non continetur, ipsa et obiectiva et subiectiva libertate et principatu ecclesiae catholicae continetur.

2. Expositis p. 344—361 variis sententiis de aptitudine papatus ad ius internationale agitur de universis s. Sedis iuribus officiisque internationalibus (p. 361—399); quae de his supra in genere (p. II., n. 2) statuta sunt, hue transferuntur.

Item tertio (p. 399—404) et quarto (p. 404—437) loco quae eisdem locis in genere dicta sunt, in s. Sedem accommodantur. Internationales iuridicae satisdationes, quibus ne in rebus mixtis in contentionem veniant imperium et s. Sedes cavetur, sunt: utriusque potestatis (saecularis et spiritualis) officia, ecclesiae cum potestate civili et huius cum illa societas, ius coactionis.

Appendicis instar addita est lex 13. Mai 1871 lata (italice et russice) p. 439—447.

Vel ex brevi conspectu hoc manifestum est librum hunc doctrinae plenum, sine ira et studio scriptum dignissimum esse, qui legatur.

F. Žák.

N. Lipskij, Психологические основы умственного и религиозного нравственного воспитания въ дошкольный периодъ.
Нѣжинъ 1905 (м. i. р. т.)

Post actus sensitivos transit auctor ad actus animae intellectuales (Разсудокъ и мышление, р. 73.) Primus effectus intellectualis activitatis animae est iuxta auctorem distincta notio universalis (понятие). Medium locum inter notiones universales et repraesentationes sensitivas tenet magis vel minus universalis repraesentatio (общее представление). Haec est adhuc sensitivae cognitionis actus et quidem memoriae; universalis ideo vocatur, quia omissae sunt in ea nonnullae individuales perfectiones obiecti et solum eae, quae magis vel minus communes sunt, expressae sunt. De simplici apprehensione tamquam de proprio actu intellectus auctor non loquitur. Contra hoc teste conscientia verum est simplicem apprehensionem tamquam actum intellectus distinctas notiones universales praecedere. Scimus enim, priusquam intellectus has efformaverit, nos apprehendere obiecta singularia ut realia, et quidem ita realia, ut ea de nullis aliis similiter et simul apprehensis praedicanda esse saltem implicite perspiciamus. Talis actus non est sensus, quia hic non potest apprehendere obiectum ut reale, sed est actus intellectus (qui iuxta sententiam Scotistarum et Suarezii apprehendit obiectum singulare directe immediate, iuxta sententiam s. Thomae et Thomistarum cum quadam reflexione ad phantasina).

Ex eo, quod putat auctor, notiones universales distinctas esse primum productum intellectualis operationis, intelligitur, cur actum iudicij post illas demum ponat. Ad materiam enim iudicij (S[ubjectum] et P[raedicatum]) requiruntur notiones, quae obiecta ab intellectu cognita exprimant. In philosophia scholastica, tenente sententiam, iam per simplicem apprehensionem obiectum ab intellectu cognosci, ponitur actus iudicij ante notiones universales distinctas. Hoc recte fieri, patet etiam ex eo, quod ad notiones universales distinctas efformandas plura iudicia sunt necessaria. Recte dicit auctor similitudinem obiectorum esse fundamentum notionum universalium. Ad eas efformandas pervenimus per comparisonem complurium individuorum, abstractionem perfectionum individualium et unionem perfectionum compluribus communium in unam notiōnem. Si haec solum essentiales perfectiones continet, vocatur notio essentialis (понятие = соединение существенныхъ признаковъ предмета, р. 75).

Sed quaeſo — fitne illa comparatio et abstractio per solas repraesentationes sensitivas an per iudicia? Propria experientia unius cuiusque testatur, utramque per iudicia fieri (quanta inquisitio scientifica per multa ratiocinia et longas inductiones ad efformandas distinctas notiones universales saepe est necessaria!).

Operationes intellectuales specificē differre ab operationibus sensuum consequenter etiam hominem a bruto), pluribus firmissimis rationibus ab auctore probatur (facultate abstrahendi, quae iam in fine primi anni in infantibus sese manifestat, aptandi media ad finem, cognoscendi nexus inter effectum et causam, qua facultate bruta omnino carent, р. 93.)

Praeter facultatem cogitativam (intellectum) loquitur auctor de superiore quadam facultate cognoscitiva, quam rationem appellat (Разумъ = rozum die Vernunft, р. 99.) Ratio discriminis iuxta auctorem in eo est, quod intellectus versatur circa obiecta experientiae (vel potius circa ea, quomodo nobis res per experientiam apparent), ratio vero elevat se supra experientiam et consistit in fimo nisi ac veluti instinctu spirituali penetrandi ad ipsas rerum substantias, singulas cognitiones in unum sistema redactas habere (idea veri), cognoscere non solum id, quod est, sed etiam id, quod oportet esse (idea boni), cognoscere omnia in harmonica unitatem et universitate, imprimis res omnes tamquam

unum cosmon (idea pulchri, p. 101). Triplex haec idea nobis innata esse dicitur, sed ante experientiam vacua est (p. 99 infra: «Это стремление есть какъ-бы духовный инстинктъ, заложенный въ нашу душу»; p. 100 supra: «идея сама по себѣ безодержательна въ начаљѣ и только благодаря послѣдующему опыту, она обогащается содержаниемъ, развивается, крѣпнетъ, руководить самимъ дѣломъ познанія и выходить за предѣлы опыта» etc.; p. 101: «Затѣмъ слѣдуетъ признать врожденною нашему духу и эстетическую оцѣнку — — идею красоты — —).

Resonat mihi hic sententia Kant de ratione (die Vernurfti eiusque ideis. Nolo dicere, auctorem hac in re Kant simpliciter sequi velle. Kant enim ope suarum idearum rationis nec ad realem notionem substantiae proprii »ego« rerum mundi, Dei, nec ad reales notiones ordinis moralis non pervenit, auctor vero haec aliis locis tenet et defendit. Quomodo idearum rationis relationem ad eorum obiecta auctor accuratius intelligat et quo sensu eas innatas assumat, dicere non possum, quia hanc quaestionem non satis clare nec determinate proponit, immo p. 102. infra dicit, notionem humanae rationis nondum in psychologia perfecte investigatam esse (quod verum quidem est de philosophia moderna, quae veram intellectus humani notionem ab Aristotele et scholasticis philosophis traditam negligit et aliam eiusdem notionem veram invenire non potest). Solum de orienda cognitione Dei fusius sententiam suam de ideis innatis explicat idque hoc modo: Fundamentalis lex mentis nostrae est, ut nihil possimus cognoscere, nisi id alii obiecto opponere et cum eo comparare possimus. Habemus notionem lucis ideo, quia est in nobis idea luci contraria — tenebrarum, habemus notionem boni, quia possumus eam comparare cum notione ei contraria mali etc. Consectarium huius fundamentalis legis est hoc: Si homo cognoscit se esse personam finitam et limitatam, hoc tantum inde possibile est, quod in eius mente est notio personae infinitae et illimitatae et quo clarior fit una notio, eo clarior evadit etiam altera (p. 125.). Immo hic videtur sentire, notionem Dei eodem modo esse nobis innatam, atque ipsas naturales facultates. Sic dicit p. 126 supra: «и такъ, идея личного безконечного существа прирождена человѣческому духу, какъ прирождена способность мыслить, говорить и проч. (itaque idea personalis infiniti Entis humano spiritui naturalis est, sicuti est ei naturalis facultas cogitandi, loquendi etc.)

Ideae innatae non sunt quidem metaphysice impossibles, et si experientia existentia earum demonstraretur, eodem modo obiectivae cognitionis fons essent, sicut ipsae naturales facultates (pertinerent enim ad naturalem rationis perfectionem et etiam in hoc casu valeret principium, naturam non fallere). Sed earum existentiae nullum verum argumentum adest, immo contrarium constat. Conscientia enim nihil tale testatur. Lex vero illa fundamentalis mentis, quam auctor sententiam suam fulcit, neganda est. Omnes enim notiones reales, quae non sunt essentiâ sua relativae, cognoscere possum prorsus sine omni opposito. E. g., si numquam essent tenebrae, sed perpetua lux tempore meae vitae et si plane nullam cognitionem tenebrarum habereim, certe etiam tunc lucem cognoscerem. Simili modo lapidem, arborem, hominem possum cognoscere sine eorum opposito. Etiam ens finitum et limitatum cognoscere possum sine cognitione infiniti et illimitati. Aliud est enim concipere rem simpliciter finitam seu limitatam et aliud concipere eam ut formaliter oppositam Enti infinito seu ut non infinitam. Ad cognitionem simpliciter finiti nihil aliud requiritur, quam ut cognoscam realitatem aliquam et ulterioris realitatis defectum, vel alio modo, si comparo plures res finitas inter se, video cuivis rei adesse aliquas perfectiones, sed simul aliquas deesse — et sic cognosco eas esse finitas ita ut non indigeam notione infiniti. — Notiones essentialiter relativae includunt quidem in se essentialiter notiones sibi correlativas, attamen ne hae quidem per ideas innatas cognoscuntur, sed

cognita tali notione relativa analytice ex ea immediata illatione cognoscitur eius notio correlativa e. g. e notione effectus notio causae, e notione creaturae notio Creatoris e notione filii notio patris etc.

Neque pro ideis innatis adduci potest impotentia intellectus humani sine his ideis cognoscendi rerum substantias, relationes, dependentiam earum ab Ente infinito, ordinem moralem, pulchritudinem etc. Difficultas quidem non parva occurrit n quaestione, quomodo sensationes, quas sensus ab experientiâ percipiunt, possint determinare intellectum ad cognoscendas rerum substantias et alias notiones transcendentales. Scholastici distinguentes cognitionem intellectus immediatam vel directam et mediatam vel indirectam quaestionem hanc ita solvere solent: Quia phantasmatu sensuum in eadem anima sunt, in qua est etiam intellectus, ratio sunt, cur anima formaliter determinetur ad has vel illas species vel ideas intellectu producendas Sic cognitis per sensus qualitatibus sensibilibus, etiam intellectus easdem cognoscit sed modo perfectiore quam sensus, nempe ut reales (saltem confuse, simulque cognoscit confuse ipsam substantiam, cui inhaerent. (Hic primus immediatus et directus actus intellectus vocatur simplex apprehensio.)

Nunc oritur altera quaestio, quomodo procedat intellectus ad cognoscenda ea, quae transcendunt immediatam et directam eiusdem cognitionem (velut notio distincta substantiae, notio relationis, dependentiae etc). Etiam haec intellectus humanus sine ideis innatis cognoscere potest. Cognita enim per simplicem apprehensionem quacumque realitate intellectus immediata illatione (vel immediata consideratione) analytice evidenter cognoscit principium identitatis, contradictionis, exclusi tertii, rationis sufficientis simulque cum primis suis cognoscitivis actibus cognoscit suam aptitudinem ad veritatem cognoscendam (directe, non reflexe). Deinde ope horum principium (quae propter universalissimum suum valorem, quo ad omne prorsus ens sese extendunt, metaphysica vocantur) per ulteriorem experientiam, obiectorum multiplices comparationes, reflexiones ad eorum notiones, notionum analyses, per iudicia synthetica et analytica, ratiocinia, inductiones incompletas et completas (via synthetica et analytica et analytico-synthetica) mediate et indirekte cognoscit intellectus notiones, immediatam experientiam transcedentes, perveniens per entia limitata et finita non habentia in propria essentia sufficientem suae existentiae rationem usque ad cognitionem Entis infiniti et illimitati — Dei, a quo omnia cetera entia tamquam a causa absoluta dependent.

Etiam ideas morales sine innatis ideis potest humanus intellectus cognoscere. Consideratis rerum naturis cognoscit earum inter se naturales relationes, simulque cognoscit, conveniens esse suae naturae rationali, ut his relationibus intellectu cognitis libere actiones suas accommodet. Ita certarum actionum convenientia naturalis cum natura nostra rationali cognoscitur. Ut hanc convenientiam cognoscatur esse moralem bonitatem ex obligatione faciendam considerandus est praeterea Deus, qui ut creator omnium sapientissimus, legibus quas indidit naturae et mundum et nos ad finem propositum gubernat. Sic lumine naturali intellectus cognoscuntur leges naturales e. g. Deo esse servendum, a filiis parentibus esse oboediendum, neminem esse occidendum etc. Moralis bonitas legis positivae cognitâ lege ab ordinariâ auctoritate. Dei nomine, promulgatâ cognoscitur. Iudicium intellectus, quo hic et nunc aliquod bonum mihi ex Dei obligatione faciendum vel malum vitandum esse cognosco, vocatur conscientia eaque antecedens, a quâ consequens conscientia distinguitur ut eiusdem intellectus iudicium post actionem, quod eam vel ut moraliter bonam approbat, vel ut inoraliter malam improbat.

Similiter nec in cognitione pulchri intellectus noster ideis innatis indiget.

Experientiā internā igitur teste non potest plus in natura intellectus nostri admitti, quam spiritalis eiusdem perfectio cognoscendi obiecta, quae vel immediate vel mediate intellectum ad se cognoscenda determinant. Si adhibetur pro intellectu vocabulum »ratio« non potest hoc vocabulo intelligi facultas ab intellectu specificē diversa, sed intellectus ratiocinans.

Sicut respectu sensitivae cognitionis, sic etiam respectu cognitionis intellectivae multas bonasque affert Lipskij regulas ad bene educandum. In educatione intellectus curandum imprimis est, ut liberi ea, quae discunt bene intelligent. Non sunt eis proponenda ea, quae nondum intelligere possunt. In exponendis veritatibus religiosis debent attenti reddi, religionem christianam habere nonnullas veritates, quae propter infirmitatem intellectus nostri in hac vita a nobis perfecte intelligi nequeunt. Debent tamen etiam hae veritates in quantum fieri potest, variis analogiis illustrari et rationes adduci ad rationabiliter credendum.

Secundam libri partem auctor »Чувствованія или Эмоції« affectiones inscribit, quas ab affectibus propriis dictis non sufficienter distinguit (p. 110). Explicat has affectiones ita: Erga impressiones extrinsecus in animam venientes non manet anima indifferens, sed earum preium aestimat, dum vel iucunde vel iniucunde iis afficitur. Haec aestimatio animae omnium eius actuum (et sensuum, et intellectus, et rationis) vocatur affectio et indolem omnino subiectivam habere dicitur et quamquam fere sequitur cognitionem, non est tamen merum eiusdem complementum et etiam ante cognitionem fieri potest. Fundamento affectionibus sunt variae animae exigentiae et appetitus e. g. ratio, cur viso instrumento mortifero affectus timoris in homine oriatur, est desiderium et appetitus vitae conservandae.

Verum est, rationem (eamque inadæquatam) omnium animae actuum esse in anima simulque exigentiam et appetitum actionum proportionatarum. Omnis enim entitas capax est actionis et naturaliter illam actionem, cuius est capax, exigit et ad eam tendit. Simul etiam exigit ea, quibus ad actiones suas complenda est. E. g. anima humana est capax sensitivae cognitionis, ergo eam naturaliter exigit et etiam ea, quae cum ea ad hanc cognitionem efficiendam concurrere necesse est (unionem cum corpore ad unam completam substantiam, sana organa, condiciones necessarias, ut ab obiecto determinetur, ipsam determinationem ab obiecto, etc.).

Verum quid est illa exigentia animae secundum se spectata ante animae actus? Estne quaedam positiva animae affectio? Non — sed est tantum externa denominatio perfectionis animae cum respectu ad actiones, quarum est capax et sine quibus anima manca esset in sua integrali perfectione.

Verum etiam id est, animam in actionibus, quae ei naturales sunt, facilitatem prae se ferre, quae facilitas etiam activus appetitus vocari potest. Quodsi quis hanc facilitatem, quam anima in actionibus, quarum naturalem capacitatem et exigentiam habet et ostendit, et quacum etiam naturalis iucunditas coniungitur, affectionem vocat, — lis est de verbo. Sin hoc nomine affectus propriæ dictos (amorem, desiderium, gaudium, odium, fugam, tristitiam, spem, audaciam, desperationem, timorem, iram) intelligit, protestatur interna cuiuscunque hominis experientia, iuxta quam tales actus nisi post obiectum cognitum fieri non possunt. Dicit quidem hic p. 110 infra, nos saepe gaudere vel tristari de sensatione, quae desiit et quia desiit (ergo in mente non adest). Sed quaequo, quomodo possem de ea ut prius habita et extincta gaudere vel tristari, nisi novo actu cognoscitivo vel sensitivae vel saltem intellectualis memoriae (etsi multo infirmiore et confuso) ut praeteritam et extinctam prius cognoscerem et nisi prius

cognoscere bonum vel malum mihi, quod cum eius extinctione coniunctum est? Neque alterum auctoris assertum ullam vim habet, nos nonnumquam tristari, inscios rationis, vel sine cognitione mali. Aut enim tunc nostra cognitio mali tantum directa, non reflexa est, aut valde confusa, aut tristitia haec non est veri nominis tristitia i. e. actus psychicus, sed mere physiologicus i. e. mala dispositio corporis.

Quia affectus proprie dicti dependent ab obiecto cognito tamquam a suo termino in quem feruntur, vel quem aversantur, et simul dependent etiam ab animae exigentiis, et obiectivae et subiectivae indolis sunt.

Ex praecedentibus patet, quo sensu sermo esse possit de affectibus religiosis, moralibus aestheticis, intellectualibus, de quibus Lipskij loquitur. Recte hoc vocabulo intelligi posunt aut affectus sensu proprio i. e. animae naturalis facultas et quaedam facilitas cognoscendi veritates religiosas, morales, aestheticas, theoreticas, aut affectus sensu proprio, qui ex cognitis his veritatibus in anima oriuntur. C. Jež.

RUTHENICA.

De statu praesenti ecclesiae et litterarum theologicarum apud Ruthenos in Galicia.

Negari non potest litteras theologicas apud Ruthenos parum florere. Causas huius tristissimae condicionis Conspectus Slav. lit. theol. (1905. pg. 33.) iam explicavit. Addi nunc debet ad causas, quae progressum litterarum theologicarum apud Ruthenos impediunt, etiam status rerum politicarum in Galicia. Propter defectum doctiorum laicorum inter Ruthenos, clerus omnibus rebus publicis sc. cultura, politica, oeconomia nimis occupabatur. Factum est inde, ut litterae theologicae nimis negligerentur eoque magis, quia nulla habetur neque habebatur facultas theologica Ruthenica, quae doctrinam theologicam coleret.

His non obstantibus edebantur pauca ex theologicis. Publicationes periodicae, ut Sion, Amvon, Dušpastyr — Animarum Pastor —, Prapor — Vexillum —, Bohoslovskyj Visnyk — Nuntius Theologicus — respiciebant praecipue necessitates practicas cleri munus pastorale gerentis, si B. Visnyk excipitur. Libri edebantur practici, ut catechetici, liturgici, conciones. (Cf. Slav. lit. theol. 1905. pg. 34.) Characterem scientificum habent Commentarii ad Evangelium secundum Matthaeum Idris Jos. Komarnyckyj, Leopoli, 1892—9, tomii duo et valorem scientificum habent Acta et decreta synodi provincialis Ruthenorum Galiciae anno 1891. habitae Leopoli, a. 1896. duobus tomis Romae edita lingua Latina, postea in linguam Ruthenicam versa.

Condicio haec tamen hoc tempore valde mutatur et Ecclesia nostra tempus summi momenti transire videtur. Propter mutationem rerum clerus Ruthenicus primas partes, quas tenuerat, in vita nationis amittere coepit et status laicalis ad locum eius occupandum tendit. Ex quo sequitur clerum nunc maiorem partem virium suarum rei mere ecclesiasticae et theologie offerre posse. Elementum laicum in vita publica Ruthenorum superius esse incipiens liberalismo, Ecclesiae saepius inimico, favet, sicut et in reliqua Europa. Quae circumstantia efficit, ut cleris Ruthenicus in corpus organice iunctum colligi debeat et in activitate sua externa momentum apologeticum et polemicum potissimum

respicere cogatur. Paulatim et gradatim oritur apud Ruthenos pugna inter ecclesiam catholicam et huius temporis non credendi obstinationem, quae pugna in Europa occidentali iam diu grassatur. Sunt alibi, surgunt in Galicia Ruthenorum socialistae (eorum publicationes: Vola [Voluntas], Moloda Ukraina [Ukraina iuvenilis]) et radicales (Hromadskyj Holos [Vox Communitatis], Promin [Lux]). Contra haec a liberalibus edita cleris Ruthenicus in litteris periodicis catholicis pugnat, de quibus infra agetur. Discordia politica et partialis inter clerum ipsum impedit, quominus hoc bellum contra ecclesiae hostes tota vi et effectu pleno geratur. Sperandum est tamen in Deo Optimo Maximo, fore ut in futuro res in melius mutantur.

Fundamenta reformationis cleri Ruthenici einsque culturae theologicae paucos ante annos posita sunt a Reverendissimo Metropolita Leopoliensi nomine Andrea. Is anno 1902—3 tradidit directionem seminarii clericalis Leopoliensis, ubi cleris totius provinciae Galicianae rit. gr. educatur, Dri Gregorio Homyšyn, qui nunc sedem Episcopalem Stanislaopoliensem gloriose tenet. Duobus annis interiectis a novo rectore maximo cum labore et admirabili constantia et acrimonia seminarium ad exemplum optimorum seminariorum Occidentis reformatum est, proprietate eius, qua ad locales circumstantias nostras aptum est, minime exstincta. Porro Reverendissimi episcopi nostri Leopoliensis, Stanislaopoliensis et Premyslensis bene intellexerunt, quanti momenti essent ad doctrinae theologicae progressum studia clericorum Ruthenorum in melioribus facultatibus theologicis extraneis et benigne et libenter clericos suos studiorum causa Vindobonam, Oenipontem, Friburgum Helvetiae mittunt. Seminarii ordo novatus et studia extranea clericorum exspectari iubent progressum doctrinae theologicae apud Ruthenos atque eventum felicem faustumque in bello cum hostibus ecclesiae nostrae.

Mutatio in melius iam a tribus annis inauguratur et manifestatur. A tribus annis iuventus theologica Ruthenorum Leopoli folia trimestria edit: Katołyckyj Vshid (conditor Dr. Gregorius Homyšyn, primus director Gregorius Płakyda), quae spectant ad studia theologica apud Ruthenos promovenda et sensum catholicum fovendum (Cf. Slav. lit. theor. 1906. pg. 57.) Commentationes dogmaticae, apologeticae, historicae liturgicae, bibliographia et chronica, etiam polemica modica cum liberalibus nationis nostrae ecce argumentum nostri K. Vshid. A tribus annis Leopoli Nyva editur cleri animos fidelium regentis et moderantis, et editur bis in mense. Edendo huic operi praeest Jarosław Łevyckyj. Propositum est, coniungere clerum Ruthenicum ad laborem in agro Domini et praecepta Salvatoris in omnibus partibus vitae nationis ad effectum ducere et liberalismi placita debellare. Commentationes scientificae non negliguntur, quamquam ad huius operis institutum ea maxime pertinent, quae ad agendi, non cognoscendi, vim rationemque referuntur. Denique non licet silentio praetermittere optime meritum de ecclesia nostra et natione ordinem s. Basillii Magni. Ordo hic reformatus est annis 1882—1904 Leonis XIII. Summi Pontificis iussu. Industriam suam missionarium in Galicia, Bukovyna, Canada et Brasilia collocatam Patres Basiliani promulgato decreto tolerantiae Nicolai II. imperatoris

ad Russiam extendere student. In Zovkva apud Leopolim Patres folium menstruum popularare Misyonar cum Misyonarczyk edunt. Folium hoc multis millibus exemplorum propagatum maxima eminet popularitate et vehementer pertinet ad sensum ecclesiastico-catholicum fovendum. De folio condendo ante novem annos bene meritus est Reverendissimus Metropolita, ipse ordinis membrum et P. Provincialis Filas, celeberrimus missionarius.

Praeterea Patres Basiliani a. 1895. considerunt typographiam in Zovkva, ubi libri religiosi in usum populi et cleri eduntur. Ex libris his mentione digni sunt: Card. Bellarmini Septem verba D. N. I. Christi in cruce, Card. Rossinoli Veritates aeternae, Wisemani Fabiola, s. Francisci Salesii Philothea, Dris Cl. Sarnyckyj O. s. B. M. Explicatio psalmorum in breviario contentorum et alia multa.

Editione librorum theologicorum occupatur etiam Societas s. Pauli Apostoli, ex cuius collectione mentio fiat sequentium. I. Levyckyj, De ratione et fide; T. Lézohubskyj, De homine et brutis; Apologia scientifica fidei christianaæ Duilhé de Saint Projet et Principia oeconomiae Cossae-Moormeister, in Ruthenicum versa a I. Levyckyj et Leopoli 1905 edita.

Practerea feminae, quae in tutela s. Olhae reginae societatem inierunt, Leopoli libros edere coeperunt, quorum primus hoc a. 1906 emissus est sub titulo „De christiana mulierum charitate“ a D. Taniačkevyc (nuper mortuo) conscriptus. Ut supplementum separatum cum propria paginatione a directione Kat. Všhid versio homiliarum super Evangelium secundum Matthaeum s. Patris nostri Ioannis Chrysostomi editur.

Ut supplementum Nyvy orationes sacrae in usum cleri parochialis foras dantur.

Ex conspectu hoc patet, quam prospera fata ecclesiae et doctrinae theologicae apud Ruthenos inaugurentur! *On. Volanskyj.*

SERBICA.

Glasnik pravosl. dalmatinske crkve, nr. 10—11, 1905.

—o—: Neporočno začeće (De Immaculata conceptione), nr. 10. pg. 149—154.

Respondetur ad ea, quae sub titulo »Immaculata conceptio ac moderni Graeci« in »Echos d' Orient« mense sept. S. Petridés scripsit. Pétridés sicut et alii theologi catholici dogma de immaculata conceptione in ecclesia orientali semper creditum esse ideo potissimum demonstrare conari dicuntur, ut facilius veritatem huius dogmatis multis theologis catholicis velut omnibus PP. Dominicanis, qui hoc dogma adhuc reicant (sic!!) persuadere possint. Commemorantur illi theologi ecclesiae orientalis, qui contra immaculatam conceptionem scripserunt, de quibus etiam S. Pétridés in sua dissertatione agit. Ex quinque vero theologis, ex quibus S. Pétridés argumenta ducat, secundum causam dogmatis catholici immerito quidquam afferri. Etenim dnos ex his, Isidorum Glabas et monachum Job, doctrinam romanam de immaculata conceptione ideo non impugnasse, quod haec doctrina illis temporibus privata doctrina occidentis fuerit neendum Jesuitae extiterint, qui hanc doctrinam etiam ecclesiae orientali supponerent, quod postea revera evenerit. Similiter Eliam Miniatam nihil scripsisse, quod contra doctrinam ecclesiae orientalis esset. Ex Leonardo Phylar et Nicolao

Kursul propterea frustra argumenta sumi, quod hi duo theologi studiis theologicis Romae operam dederint, unde necessario ea docuerint, quae in scholis Romanis acceperant.

Srpski sveštenik, Bogoslužbeni jezik (De lingua liturgica), pg. 163—169.

Sveštenik dicit in liturgiam loco linguae ecclesiastico-slavicae introducendam esse linguam serbicam hoc tempore vigentem propterea, quod lingua ecclesiastico-slavica a populo non intelligatur et consequenter etiam finis liturgiae ex eadem causa perimatur. Argumentatur ex eo, quod ipse Christus Dominus usum linguae mysteriosae in liturgia interdixerit, et ex I. Cor. 14, 12. 16.

*Krunisanje prvog srpskog kralja Stevana Nemanjića*¹⁾ (Coronatio Stephani Nemanjić, primi Serbiae regis) nr. 11. pg. 171—175.

Occasione morte praestantissimi serbici historici ecclesiastici Ilarion Ruvarac († 21. aug. 1905) data, brevis eiusdem epistola de S. Saba adducitur. A. 1893. folia croatica s. Sabam (sv. Sava) ut ecclesiae romano-catholicae uniforme efferebant, immo ipsi historici serbici tunc temporis tenebant sententiam. s. Sabam episcopum suum Methodium Romam ad papam misisse, quam tamen missionem »necessitati politicae« tribuere conabantur. Eodem illo anno (1893) Il. Ruvarac ad ep. serbicum dalmatinum Nikodém Milaš scripsit litteras, ubi paucis comprehenduntur, quae idem Ruvarac in lucubratione »O glavni momentima uživotu sv. Save prvog arhiepiskopa srpskog« iam a. 1891. conscripta et a. 1901. demum in »Letopis Matice Srpske« kn. 208. publicata, exposuerat. — Stephanus primus Serbiae rex, a. 1217. a papa Honorio coronam ac regnum accepit. Historici serbici et croatici putabant, hac in re s. Sabam primas partes egisse, ad unionem promovendam ut catholici, vel necessitate politica coactum ut Serbi rem explicabant. Il. Ruvarac vero ex fontibus historicis demonstrat s. Sabam id temporis in Oriente in Athone deguisse; postea a. 1219. Nicaeae episcopus consecratus a. 1220. in Serbiā reversus est, ut unionem cum Roma impugnaret et schisma, quod monachi montis Athonis defendebant et patriarchae constantinopolitani tunc Nicaeae residentes custodiebant, defenderet. Domentianus, s. Sabae discipulus, in vita s. Sabae a. 1253²⁾ a se conscripta, s. Sabae illam legationem romanam falso adscribit. Ep. Methodium iam a. 1220 ipse rex Stephanus iam coronatus et non s. Sabas Romanum misit. Hanc in partem etiam »Ljetopis« (Anuales) episcopi dalmatini Simeonis Končarević e. saec. XVIII. explicari debet. — Haec narratio creditibilis videtur; cum veritas super omnia quaerenda sit (non vero: quia blasphemum [!] esset s. Sabam appellare »unitum« ut »Glasnik« pg. 175 opinatur) necessarium erit ea, quae Il. Ruvarac conscripsit accuratius perlustrare et cum fontibus historicis conferre. — Tunc fortasse corrigenda erunt, quae Nilles (Kalendarium², I., 446—450) Martynov aliique Domentiano innixi scripserunt. Cf. etiam Zeitschrift f. kathol. Theol. 24 (1900), 759—762.

G. R.

SLOVENICA.

Voditelj v bogoslovnih vedah. 1906, Nr. 1.

J. Markošek, Mesijanski psalmi (Psalmi messianici), pg. 1—26. — Auctoris in psalmos selectos exegesim iam laudavimus (Sl. I.

¹⁾ Auctor (ni fallor ep. N. Milaš) non indicatur.

²⁾ Secundum corpus inscriptionum serbicarum (Stari srpski zapisi i uatpsi) ed. a Stojanović in Zbornik Regiae Academiae Serbicae, t. III., n. 4931: a. 6751—1243, non 1253.

th. I., [1905], 215). Psalmis directe messianicis, quos explicare intendit, ps. 2., 15., 21., 44., 71., 109. (vulgatae) adnumerat. Cum psalmi hi difficiliores sint, explicatio etiam accuratior sit oportet; textus originalis ac litteratura exegistica abunde recipitur. Explicatio incipit a »Carmine passionali« (ps. 21; hebr. 22), in quo indoles messianica clarissime resplendet. Pg. 3—26 explicantur v. 3—16.

Dr. A. Medved, *Zgodovina slovenskega cerkvenega govoranstva* (Historia eloquentiae sacrae slovenicae), pg. 26—43. — Inde a primis saeculis christianis incipiens, auctor diutius commoratur in sermonibus et homiliis, Clementis, cognominati »Slovenici«, discipuli ss. Cyrilli et Methodii (32—38); cuius sermones magna eloquentia atque elegantia excellentes, etsi iuxta exempla graeca elaborati, multa tamen propria habent.

J. Havčič, *Simbolika liturgičnih oblačil* (Symbolica vestium liturgicarum significatio), pg. 43—54. Materia porro tractabitur.

† M. Slekovec, *Ljutorinski dušni pastirji* (De pastoribus animarum Luttenbergensibus), pg. 54—66. M. p. tr.

Supplementi instar (1—16) additur descriptio vitae atque operum S. Thoma Aquinatis (pars tantum), composita a dr. F. Kovacič.

Katoliški Obzornik. 1906., nr. 1.

Dr. A. Ušeničnik, *Bogoznanje v starem poganstvu* (Dei cognitione apud antiquos paganos), pg. 1—21. — Ex Ciceronis scriptis philosophicis, rationes atque sententias philosophiae antiquae collegerit, imperfecta Dei cognitio apud antiquos demonstratur.

M. Pečarič, *Teženje po sreči in vera v posmrtno življenje*. (De beatitudinis desiderio ac persuasione de vita post mortem continenda), pg. 70—80. — Reliquis disciplinae profanae tractantur.

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIUSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT

De sacramento poenitentiae.

Th. 2. Eadem potestas peccata remittendi et retinendi traditione et usu ecclesiae demonstratur.

Doctrina ecclesiae manifestatur: 1. decretis conciliorum, 2. doctrina patrum, 3. doctrina opposita haereticorum, 4. usu qui primis ecclesiae saeculis fuit, 5. usu per totam ecclesiam inveterato. Ideo in quinque partes rem dividimus.

I. p. Decreta conciliorum.

Dub. Conc. Cabillonense II. (813) can. 33. haec decernit: Confessio, quae Deo fit, purgat peccata; ea vero, quae sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata.

Clara certe sunt: 1. verba Conc. Florentini (a. 1439): Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

2. Tridentinum vero concilium (a. 1551) Sess. 14 decrevit:

a) Si quis dixerit, in catholica Ecclesia poenitentiam non esse vere et proprio sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum, anathema sit.

b) Si quis sacramenta confundens ipsum baptismum poenitentiae sacramentum esse dixerit, quasi haec duo saeramenta distineta non sint, atque ideo poenitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari, anathema sit.

c) Si quis dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum, aut sacerdos non serio sed ioco absolvat anathema sit. — Si quis dixerit non licere confiteri peccata venialia, anathema sit.

Verba Conc. Cabillonensis „non oppositionem instituant exclusivam, sed per excessum, nimurum confessionem etiam docere etc., idque eius proprium esse, cum prima confessio purgationem tantum praestet.“ Palmieri, De poen. p. 388. „Ut ut est, constat synodum hoc ipso can. 33. necessitatem confessionis astrarere, cum sententiam eorum, qui »Deo confiteri debere dicunt peccata«, ita duntaxat approbet aut toleret, ut »et Deo confiteamur, et secundum institutionem apostoli confiteamur alterutrum peccata nostra«.“ Collet, De poen. p. 2, c. 5 (Migne 22, c. 408).

II. p. Doctrina patrum.

Dub. 1. Patres docuerunt solum Deum posse remittere peccata. Ita Cyprianus, De lapsis n. 18: Nemo se fallat, nemo se decipiatur. Solus Dominus misereri potest; veniam peccatis, quae in ipsum commissa sunt, solus potest ille largiri, qui peccata nostra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. — Ambrosius, De fide l. 2, c. 116: Nemo potest donare peccatum, nisi solus Deus. In Lyc. l. 5. c. 27: Hic solus potest sanare vulnera, qui sua nescit, hic auferre cordis dolorem, qui novit occulta. — Io. Chrysostomus, In Mt. hom. 15, n. 6 dicit: Τὸ μὲν γάρ ἀπαλλαγὴν τῆς σηπεδόνος τῶν ἀμαρτημάτων, τοῦ Χριστοῦ κατέρθωμα γέγονε· τὸ δὲ αὐτὸν μηκέτι ἐπ' ἐκείνην ἐπανελθεῖν, τῆς τούτων (apostolorum) σπουδῆς καὶ ταλαιπωρίας ἔργον γάρ. (Cf. Augustin., Serm. 99, n. 8.

Dub. 2. Patres negaverunt implicite potestatem retinendi. Ita Origenes, In Levit., hom. 2. confessionem recenset ultimo loco inter varia media, quibus peccatorum remissio possit obtineri; atqui, si tot viae patent, confessio non est necessaria. Cf. Athanas., Fragn. in Mt.; Caesarius arelat. Hom. 13. Io Chrysostomus vero plurimis locis negat necessitatem confessionis, quae fiat sacerdoti vel ecclesiae. Tantum eos locos afferre libet, unde res maxime elucet. In Hom. ‘non esse ad gratiam contionandum’ haec dicit n. 3: Ἀλλ’ αἰσχύνη καὶ ἐρυθρᾶς τὰ ἀμαρτήματα ἔξειπειν; Μάλιστα μὲν εἰ καὶ ἐπ’ ἀνθρώπων ἔδει ταῦτα λέγειν καὶ ἐκπομπεύειν, οὐδὲ οὕτως αἰσχύνεσθαι· ἔδει· αἰσχύνη γάρ τὸ ἀμαρτάνειν, οὐ τὸ ὄμοιογῆσαι· τὰ ἀμαρτηθέντα· γυνὴ δὲ οὐδὲ ἀνάγκη παρέντων μαρτύρων ἔξομοιογείσθαι. Παρὰ τοῖς λογισμοῖς τοῦ συνειδότος γιγνέσθω τῶν πεπλημμελημένων ἡ ἔξέτασις· ἀμάρτυρον ἔστω τὸ δικαστήριον· ὁ Θεὸς δράτω σε μόνος ἔξομοιογούμενον, ὁ Θεὸς ὁ μὴ δινειδέων τὰ ἀμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἔξομοιογήσεως. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ὀκνεῖς καὶ ἀναδίῃ; (Nota: non dicit „pudet te, erubescis“, sed „pigritaris ac detrectas“) Οἶδα κακῷ, δτι οὐκ ἀνέχεται τὸ συνειδός τῆς μνήμης τῶν οἰκείων πλημμελημάτων. “Ἄν γάρ ἔλθωμεν μόνον εἰς ἀνθρώπους τῶν πεπλημμελημένων ἥμιν, καθάπερ πωλέος τις ἀδάμαστος καὶ δυστίγνος σκιρτᾷ ἡ διάνοια. Ἀλλὰ κατάσχε, χαλίνωσον, κατάψυχε τῇ χειρὶ, γῆμερον αὐτὴν ποίησον, πεῖσον, ὅτι ἂν μὴ νῦν ἔξομοιογήσεται, ἐκεῖ ἔξομοιογήσεται, ὅπου πλείων ἡ κόλασις, ἔπου μεῖζων ὁ παραδειγματισμός· ἐνταῦθα ἀμάρτυρόν ἔστι τὸ δικαστήριον, καὶ σὺ τεκυτῷ δικαζεις (non sacerdos iudicat) ὁ ἀμαρτηκώς· ἐκεῖ δὲ εἰς μέσον τὸ θέατρον τῆς σκηνομένης ἀπαντα παραχθήσεται, ἂν μὴ προλαβόντες ἐνταῦθα αὐτὰ ἀπολείψωμεν. Etiam clarius, si fieri potest, rem exponit De incompreh. Dei nat. 5: Οὐδὲ εἰς θέατρον σε ἄγω τῶν συνδούλων τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἀμαρτήματα, τὸ συνειδός ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα· καὶ γάρ σιγήσῃς, οἶδεν ἐκεῖνος ἡ παντα. ὁ δὲ Θεὸς οὐχ εὐταῖς, ἀλλὰ καὶ προσίτεται καὶ ἐπισπάται, καὶ διημερεύσῃς ἀγακονούμενος αὐτῷ τὰς σὰς συμφοράς, τότε σε μᾶλλον φιλεῖ καὶ ἐπινεύει σοῦ ταῖς ἵκετηρίαις. Hoc sane de confessione sacerdoti, Dei vicario, secreto facienda intelligi nequit. Similiter loquitur De Davide et Saule, hom. 3, n. 4: “Ἄν γάρ ὁνειδίσῃ σε ἐχθρὸς ἀμάρτημα, ὁ σὺ σαυτῷ σύνοιδας, σὺ δὲ ἀκούσας ἐκείνον μὲν μὴ ὑβρίσῃς, στενάξῃς δὲ πικρόν, καὶ τὸν Θεόν παρακαλέσῃς, εὐθέως ἀπέθεσο τὴν ἀμαρτίαν

άπασιν. Ἐρα τι τούτου γένοιτ' ἀν μακαριώτερον; τι δ' εὐκολώτερον πρὸς ἀμαρτημάτων ἀπαλλαγήν; quod assertum probat exemplo Pharisei et Publicani. Item De poen. hom. 6 fin. sine alia praeter internam confessione accessum ad mensam Domini patere dicit (μηδενὸς παρόντος . . . ἀναλογιζόμενος ὅπερ τοῦ γενοῦ ἡριτήριον ἔχει . . .) Aliis verbis idem exprimit In Io hom. 34, n. 3. Cf. In Hebr. hom. 31, n. 3. fin.; In Gen. 4, hom. 20; De comp. ad Stel. I. 2, n. 6; In 1 Cor. hom. 28, n. 1; De poen. hom. 2 (ubi tres vias assignat, quibus peccata remitti possunt; primae confessionis exemplum afferit Davidem; secundae [ubi dicit: "Ἡμαρτεῖς, πένθησον καὶ λύεις τὴν ἀμαρτίαν] Achab.; tertiae [ubi ταπεινοφρόνησον, inquit, καὶ ἔλυσας τὰς σειρὰς τῶν ἀμαρτιῶν] publicanum.) Quomodo intelligendum sit illud „ostendere vulnus medico“ et illud „tentare peccata oculere“, quod interdum dicit, ostenditur etiam ex Theodoreto. In Ps. 31; ceterum cf. De incompr. Dei nat. quae dixerat ante l. c. (οὐδὲ ἀνοίξαι τὸ στόμα δύναμαι etc.) — Non minus manifeste Ambrosius loquitur. In Lue. 22 l. 10: „Lavant lacrimae delictum, quod voce pudor est confiteri“. In Lue. l. 7, n. 236: „Quis enim tu es, qui Domino contradicas, ne, cui velit, culpam relaxet?“ In Ps. 118, c. 10: Quicumque dicit iniquitates suas Deo, iustificatur. Cf. c. 30; De Cain et Abel l. 1, c. 34. Item Auctor serm. 252. de temp. (s. August. adscr.) agens de praeparatione peccatoris ad Eucharistiam suscipiendam non meminit confessionis, sed tantum orationis, ieunii et sim. — Item Cassianus, Collat. 20, c. 8: „Postremo, quis est, qui non possit suppliciter dicere: peccatum meum cognitum tibi feci et iniustitiam meam non operui, ut per hanc confessionem etiam illud confidenter subiungere mereatur: et tu remisisti impietatem cordis mei? Quodsi verecundia retrahente, revelare ea coram hominibus erubescis, illi, quem latere non possunt, confiteri ea iugi supplicatione non desinas ac dicere: iniquitatem meam ego . . ., qui et absque ullius verecundiae publicatione curare et sine improperio peccata donare consuevit.“ Cf. etiam Hilari, In ps. 51; Basil., In ps. 57; Timotheus Alex., Respons. ad interrog. 36 (ἔξομολογουμένη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ).

Dub. 3. Patres peccatorem cum Lazaro sepulto comparantes docent non posse a se solvi nisi viventem. Ita Augustinus (In Io. tr. 49, n. 24), Gregor. M. (In evang. hom. 26, n. 6). Clarissime vero idem in comparatione cum leprosorum sanatione Hieronymus proponit (In Mt. 16, 19): „Iustum locum episcopi et presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisaeorum assununt supercilium, ut vel damnent innocentes vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. Legimus in Levitico de leprosis, ubi iubentur, ut ostendant se sacerdotibus, et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quo sacerdotes leprosos faciant et immundos, sed quo habeant notitiam leprosi et non leprosi, et possint discernere qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum vel immundum facit, sic et hic alligat vel solvit episcopus et presbyter non eos, qui insontes vel noxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus“.

Dub. 4. Si qua est in ecclesia potestas remittendi non est ex doctrina patrum nisi mera declaratio. Nam quod peccata remittantur extra baptismum, hoc sola virtus poenitentiae praestat. Ita Pacianus (ep. 3 ad Sympron. n. 8): „Baptismus sacramentum est dominicae passionis; poenitentium venia meritum confitentis“. Idem (ep. 1. ad Sympron.) baptismum et confirmationem longe maiora charismata vocat quam ligandi ius et solvendi. Ambrosius, In ps. 37, n. 57 Nam ut febres, cum in alto sunt, non queunt mitigari, cum foras erumpunt, spem afferunt desinendi, ita peccatorum morbus, dum legitur, inardescit; si confessionibus [non una sacramentali] proditur, evaporat“. Auctor ep. de laude martyrii (inter Cyprian. 77): „Sed pudor, sed modestia, sed sapientia, sed disciplina, sed humilitas atque subiectio, sed alienum de se expectasse iudicium, sed alienam de suo actu sustinuisse sententiam [declarantem!]“: hoc est, quod poenitentiam probat, hoc est, quod impresso vulneri ducit cicatricem, hoc est, quod delectae mentis ruinas erigit et attollit, quod ardente delictorum

aestuantium morbum restinguit et finit". Gregor. Naz. Or. 40. n. 8: Καὶ ταῦτα εὖς εὐτέρας ἀναπλάσεως, καὶ ἔτι μάλιστα ἐπιζητῶμεν ταῖτην ἐν πολλοῖς στεναγμοῖς τε καὶ δίκρυσιν, ἐξ ὧν συγούλωσις μὲν ἔρχεται μόγις . . Cf. Athan., In Ps. 31 (διὰ τῆς πικρᾶς μετανοίας ἐπικαλύπτονται). Cum hoc cohaeret, quod patres numquam cum tanta certitudine de remissione peccatorum ab ecclesia extra baptismum conferenda loquuntur sicut de remissione in baptismo. Cf. Cyprianus (?) De aleatorib., n. 1: „ne dum delinquentibus assidue ignoscimus, ipsi cum eis pariter torqueamur.“ Aliter omnino loquitur s. Augustinus de baptismo: „Baptizati sumus et fugit a nobis sollicitudo vitae praeteritae.“ Talia verba de alio medio remissionis non audiuntur. Item cohaeret cum hoc sententia peccata in N. T. difficultius remitti quam in V. T. Cf. Gregor Naz., Carm. 28 (sect. II.) v. 26³ ss.

Dub. 5. Patres docent munus sacerdotum relate ad poenitentes consistere in mera exhortatione. Firmilianus, Ep. 75 inter Cypr.: „Non quasi a nobis remissionem peccatorum consequantur [lapsi], sed ut per nos ad intelligentiam delictorum suorum convertantur et Domino plenius satisfacere cogantur.“ Ideo Ambrosius, De Sp. s. 3, c. 18 Per Spiritum s., inquit, peccata donantur; homines autem ministerium exhibent, non ius alicuius potestatis exercent. — Cf. Io. Chrysost. In Gen. 11 hom. 30, n. 5.

Dub. 6. Ecclesia pro poenitentibus nihil aliud potest nisi orare. Ita docet Augustinus, De bapt. I. 3: „Quid est aliud expiatio sacerdotalis nisi oratio super hominem?“ Idem locum illum Io 20, 23 explicat de modo impetratorio remissionis peccatorum, quem proprium esse dicit sanctis ecclesiae membris. Cf. Contra Donat. I. 2, c. 18; I. 6, c. 4; Tract. 58 in Io. — Similiter Leo M., Ep. 91 dicit post baptismum indulgentiam Dei. i. e., remissionem criminum nisi supplicationibus sacerdotum non posse obtineri; cf. Ep. 136. Hieronymus In ps. 28: Vox Domini in unoquoque nostrum flammam libidinis per confessionem et gratiam Spiritus s. intercedit, i. e., per orationem sacerdotis facit cessare. Pacianus: Qui fratribus peccata sua non facet, Ecclesiae lacrimis adiutus Christi precibus absolvitur. Cf. Ambros. In Luc. I. 5. c. 11; Origen., De orat. n. 28. etc.

Dub. 7. Patres docent ab ecclesia tantum offensam ipsius ecclesiae posse condonari. Ita Pacianus: „Cetera vero, inquit, peccata [praeter idololatriam, homicide, adulterium] contrariis bonis operibus sananda sunt.“ Cyprianus: „Poenitens peracta satisfactione eam, quam nuper contrastaverat, laetam facit ecclesiam. Constit. a post. c. 21: Ἐὰν οὖν μὴ ἔφῆτε τοῖς ἡμαρτηκόσι, πᾶς ὑμεῖς λήψεσθε τὴν ἄφεσιν τῶν ἡμαρτιῶν ὑμῶν; Cf. p. IV., dub. 1.

Dub. 8. Patres communi consensu dicunt peccatum contra Spiritum s. esse irremissibile. Ita Hermas dicit in eis, qui nomen Dei blasphemaverunt, poenitentiam vitae non esse (μετάνοια ζωῆς οὐκ ἔστιν); talium igitur mortem esse (I. 3, sim. 6, n. 2; opp.: ἐν τούτοις ἔλπις ἔστι μετανοία, ἐν γὰρ ἔναγκει: ζῆσαι); similiter in sim. 8, n. 6. et 8; sim. 9, n. 19. Item Cyprianus, Ad Quirinum testimonior. I. 3, c. 28; Hilarius, In Matth. c. 12, n. 17; Athanasius, Ad Serapion. ep. 4, n. 23; n. 13; Pacianus, Ad Sympron. ep. 3, n. 15 („Hoc est ergo, quod non dimittetur; reliqua bonis poenitentibus donantur“); Ambrosius, De poen. I. 2, c. 4; De Sp. s. I. 1, c. 3 (non potest ibi exoratio esse veniae); Didymus Alex., De Sp. s. n. 1; Hieronymus, Ep. 42 ad Marcellin. n. 1. 2. („Doceat igitur aliquem negatorem Beelzebub vocasse Christum, et ultro referam gradum, negatorem non posse veniam consequi post ruinam.“); Io. Chrysostomus, In Matth. hom. 41, n. 3 (ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται, οὐδὲ μετανοοῦσι). Cf. Morinus, De administr. poenit. I. 9. c. 28.

Dub. 9. Etiam non habita ratione distinctionis peccatorum in peccata contra Spiritum s. et reliqua Patres affirmarunt esse peccata irremissibilia. Velut Pacianus, Paraenes. ad poenit. n. 5: Quid vero faciet contemptor Dei? Quid aget sanguinarius? Quod remedium capiet fornicator? Numquid aut placare Deum desertor ipsius poterit, aut conservare sanguinem suum, qui fudit alienum, aut redintegrare Dei templum, qui illud fornicando violavit? Ista sunt capitalia, fratres, ista mortalia Haec quicunque

post fidem fecerit, non videbit faciem Dei . Quid quaeritis sera solatia? Tunc decuit, cum licebat. Dura ista vox est, sed qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. — Similiter loquitur Auctor operis de lapsu virginis consecratae n. 34. 37. 38: Sed quanta putas, et qualis necessaria poenitentia? Quae aut aequet crimina, aut certe excedat . Grandi plagae alta et prolixa opus est medicina; grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem . . Tu, quae iam ingressa es agonem poenitentiae, insiste misera; fortiter inhaere tamquam in naufragiis tabulae, sperans per ipsam te de profundo criminum liberari. Inhaere poenitentiae usque ad extrellum vitae, nec tibi praesumas ab humana die veniam dari, quia decipit te, qui hoc tibi polliceri voluerit. Quae enim proprie in Dominum peccasti, ab ipso solo te convenit in die iudicij exspectare remedium.“

Dub. 10. Praeter baptismum sola Eucharistia ut sacramentum peccatorum remittendorum agnoscebat. Id clarissime testatur Ambrosius, De poen. l. 2, c. 3, n. 18: „Sicut ergo semel pro nobis immolatus est, ita quotiescumque peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus, ut per sanguinem eius fiat peccatorum missio. Similia tradit Origenes, In Numer. hom. 10, n. 2.

Dub. 11. Patres negaverunt post baptismum locum esse peccatorum remissioni. Athanasius (Ep. 4. ad Serap. n. 9) testatur Origenem et Theognostum existimasse illam esse in Spiritum sancti blasphemian, cum iis, quibus baptismio donum Spiritus sancti tribuitur, ad peccata recidunt, ideoque illos remissionem non consecuturos. Verba autem Originis haec sunt (De princ. 4, c. 3, n. 7): „qui autem dignus iam habitus est sancti Spiritus participatione et retro fuerit conversus, hic re ipsa et opere blasphemasse dicitur in Spiritum sancti; cf. c. 3, n. 2; In Levit. hom. 2, n. 4. — Similiter Zacheus, Consultationum l. 2, c. 18 docet excepto baptismo et martyrio non esse ullum medium, quo peccata ita tollantur, ut non „reviviscant“, „si fuerint repetita“; ita autem tolli vel potius tegi per poenitentiam. (Mat. 16, 19).

Dub. 12. Patres docuerunt omninem remissionem peccatorum fieri per baptismum. Augustinus, Ep. 185, n. 39: „Quidquid ab eis, qui post acceptum baptismum hic vivunt, infirmitate humana contrahitur, quarumcunque culparum, propter [al. per] ipsum lavacrum dimittitur“. Idem, De nupt. et concup. l. 1, n. 38: „Ipso [baptismate], quod semel datur, fit, ut non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur“. Cf. De grat. et pecc. orig. l. 2, c. 39. 40. Ad Bonifac. l. 3, c. 3. Contra Julian. l. 6, c. 13 s. — Fulgentius, De fide ad Petrum n. 71 dicit „nullum hominem acceptum vitam aeternam, qui non hic a malis suis fuerit per poenitentiam [al. misericordiam] fidenique conversus, et per sacramentum fidei et poenitentiae, id est per baptismum liberatus“. Nec potest aliter intelligi quod v. g. Ambrosius docet (De fide resurr. l. 2, c. 117): Omnes, qui sacrosanctae ecclesiae copulati divini nominis appellatione censentur, praerogativam resurrectionis et delectationis aeternae gratiam consequentur“ et In Ps. 118, c. 13. 14, nec id, quod Cyprianus affert inter Sententias epise. . de haeret. baptiz.: „Si haereticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicij peccata sunt, quae puniuntur, nihil est, quod timere possint haeretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti“.

Tamen certo constat: 10. Patribus fuisse persuasum, esse diversum a baptismo medium ad quorumvis peccatorum remissionem consequendam. Ex comparatione autem huius remedii cum baptismo conici potest, id ab eis haberi potestatem peccata remittendi. Cf. Augustin. Ep. 228 ad Honoratum n. 8. 9; Ep. 98 (al. 23) ad Bonifac.: Tertullian. De poenit., c. 7; c. 12. Hieron., Dial. adv. Pelag. l. 1, n. 33; In Sophon. 1, 10: Ep. 84, n. 6; Epiphani. Haer. 59, n. 2. 9; Athanas., Fragm. c. Novatianos: Theodoret., Epitome divin.

decretor. c. de poen. (*μυστήγοια*): In Gal. 4, 19; Gregor. Naz., Or. 39, n. 17 Or. 40, n. 32; Caesar. (?), Serm. 260 n. 1 in append.; Philastrius, Haer. 89. Ioannes Dam., De fide orthod. l. 4, c. 9. In qua argumentatione attendendum est baptismum iterari valide non posse dogma fuisse; id quod ne rebaptizantes quidem negabant. — Quod secundum remedium laboriosius vocatur, ex eo non sequitur non intelligi sacramentum poenitentiae, sed virtutem. — Concedimus non ex quavis oppositione hanc argumentationem institui posse. (Cf. Ambros., De Abrah. l. 1, c. 87).

2^o. Praeterea medium illud (a baptismo distinctum) potestatem esse remittendi ecclesiae communicatam expressis verbis dicunt: Ambrosius, De poen. l. 1, c. 8, n. 36: „Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est: quid interest, utrum per poenitentiam an per lavacrum hoc ius sibi datum sacerdotes vindicent? Unum in utroque mysterium est“. Cf. l. 2, c. 2, n. 12. — Pacianus, Ad Sympronian. ep. 3, n. 7. Sed poenitenti, inquiet, peccata dimittis, cum tantum in baptimate tibi liceat relaxare peccatum. Non mihi plane, sed Deo soli, qui et in baptimate donat admissum, et poenitentium lacrimas non repellit. Ceterum quod ego facio, id non meo iure, sed Domini. Quare sive baptizamus, sive ad poenitentiam cogimus, seu veniam poenitentibus relaxamus. Christo id auctore tractamus. Cf. ep. 1, n. 6. — Athanasius, Fragm. (ut videtur) ex op. contra Novatianos: „Οςπερ ἀνθρώπος ἐπὸ ἀνθρώπου ἰερέως βαπτιζομένοι φωτίζεται τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτι, οὗτος καὶ ὁ ἔξομολογούμενος ἐν μετανοίᾳ διὰ τοῦ ἰερέως λαμβάνει τὴν ἀφεσιν χάριτι Χριστοῦ. — Augustinus, Serm. 351, n. 12: „Sed fac incertum esse, utrum ignoscat Deus. Quid perdit, cum supplicat Deo, qui salutem perdere non dubitavit, cum offenderet Deum? Quis enim certus est, quod etiam imperator ignoscatur? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta subeuntur: et paene ut mors evitetur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini: sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium, quo fine proveniant. Et tamen certiores sunt claves ecclesiae quam corda regum; quibus clavibus quodcumque in terra solvitur, etiam in caelo solutum promittitur (Mt. 16, 19). Et multo est honestior humilitas, qua se quisque humiliat ecclesiae Dei; et labor minor impunitur, et nullo temporalis mortis periculo mors aeterna vitatur“. (Cf. Ambros., De poen. l. 1, n. 33). De adult. coni. l. 2, c. 16: „Si a catechumeno factum est [homicidium], baptismo abluitur, et si a baptizato, poenitentia et reconciliatione sanatur“ — Cyriacus Alex., In Io. 20, 22, 23: „Ἄφιασί γε μὴν ἀμαρτίας ἦτοι κατέχοντιν οἱ πιενυματοφόροι κατὰ δύ· τοόποντις, κατά γε διάνοιαν ἐμίγρ. Ἡ γὰρ καλοῦσιν ἐπὶ τὸ βάπτισμα τοὺς οἰς ἄρ ἥδη καὶ τούτον τυχεῖν ὀφείλετο διὰ τὴν τοῦ βίου σεμνότητα καὶ τὸ δεδοκιμασμένορ εἰς πίστιν, ή διακωλύοντις τινας, καὶ τῆς θείας χάριτος ἐξερίγοντιν ἔτι οὕτω τέως γεγορότας ἀξίους. Η καὶ καθ' ἑτερον τρόπον ἀφιᾶσί τε καὶ κρατοῦσιν ἀμαρτίας, ἐπιτιμῶντες μὲν ἀμαρτάνουσι τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τέκνοις, μετανοοῦσι δὲ συγγινώσκοντες. — Cf. Victor Vitensis, De persec. Vandali. l. 2, n. 11.

Ad dub. 1. igitur respondemus: Quomodo ista dicta intelligenda sint optime patet ex Ambrosio ipso, De poen. l. 1, c. 2, n. 7: „Sed aiunt se Domino deferre reverentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reservent. Immo. nulli maiorem iniuriam faciunt, quam qui eius volunt mandata rescindere, commissum munus refundere. Nam cum ipse in evangelio suo dixerit Dominus Iesus: »Accipite Spiritum s.: quoru[m] remiseritis....« quis est ergo, qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit?“ — Io. Chrysost., l. c. sicut potestatem baptizandi omittit, ita et poenitentiam; voluit enim loqui de eis, quae apostoli labore suo ad hominum salutem conferunt. — Augustinus l. c. declarat, quid impugnet: „Datus erat Dominus Spiritum s., et ab ipso Spiritu s. fidelibus suis dimitti peccata, non meritis hominum volebat intelligi.“

Ad 2. Origenes etiam baptismum recenset inter haec media; qui tamen certe est necessarius.

Maiorem difficultatem parat Io. Chrysostomus. Nam quomodo dici possit illis locis, qui allati sunt, excludi tantum poenitentiae publicae necessitatem non videmus. Nam nihil iuvat probare usum locutionis (non communem; cf. Aſrem, De panoplia VII. etc.) confiteri Deo pro confiteri sacerdoti (Χριſτῷ διὰ τῶν ἵερέων; cf. Tourneſy, De sacr. poen. qu. 6, a. 2, pag. 81 s.; Hurter, Theol. dogm. comp. t. III., n. 492, 3; ubi afferuntur Anastasii Sin., Egberti, poenitentialis Ioannis leiunatoris, poenitentialis Andegavensis, euchologii graeci, alia testimonia); nec magis iuvat quaerere, cur moneat (non semper; cf. v. g. In Ps 50), ut confiteantur Deo in ecclesia; nec ad contrarios locos provocare. Non enim inveniuntur satis evidentes. Affertur imprimis, De sacerd. l. 3, n. 5: „Ἐχουσι μὲν γάρ οἱ κρατοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ δεσμείν ἔξουσίαν, ἀλλὰ σωμάτων μόνον· οὐτοις δὲ δεσμὸς αὐτῆς ἀπτεται τῆς ψυχῆς, καὶ διαβαίνει τοὺς οὐρανούς· καὶ ἀπερ ἀν ἐργάσωνται κάτω οἱ ἱερεῖς, ταῦτα ὁ Θεὸς ἀνώ κυροί, καὶ τὴν τῶν δούλων γνώμην διδεσπότης βεβαῖοι. Καὶ τί γάρ ἀλλ ἡ πᾶσαν αὐτοῖς τὴν οὐράνιον ἔδωκεν ἔξουσίαν; ΖΩ γάρ ἄν, φησιν, ἀφῆτε, Τίς ἀν γένοιτο ταύτης ἔξουσίας μεῖζων; Πάσαν τὴν κτίσιν ἔδωκεν ὁ Πατήρ τῷ Υἱῷ· ὅρω δὲ πᾶσαν αὐτὴν τούτους ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ. Qui locus primo aspectu rem videtur evincere. Sed reapse Io. Chrys. intellexit eum de potestate baptizandi; num etiam de potestate, de qua agitur, hoc quaeritur; nam si postea dicit (n. 6): Οὐτοις δὲ καὶ κάρυουσαν καὶ ἀπόλλυτοι μέλλουσαν τὴν ψυχὴν πολλάκις ἔσωσαν, τοῖς μὲν πρατέραν τὴν κόλασιν ἐργαζόμενοι, τοῖς δὲ εἰδὼν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀρέντες ἐμπειζεῖν, οὐ τῷ διδάσκασιν μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ δι’ εὐχῶν βοηθεῖν. Οὐ γάρ ὅταν ἡμᾶς ἀναγεννῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συγχωρεῖν ἔχουσιν ἔξουσίαν ἀμαρτήματα. Άσθενετ γάρ τις, φησιν, ἐν ὅμιλῳ; προσκαλ . “ probandum est veram retinendi potestatem, quae non consistat solum in non docendo et non supplicando, eum superioribus verbis (non verbis de unctione infirmorum) intellexisse. Certum quidem est ex comparatione cum baptismo rem redi probabilem nec potestatem baptizandi esse sacerdotum propriam aut solam declarationem remissorum peccatorum tantae esse dignitatis; sed cum oratoris dicta premi non possint, nec id quaeratur, quid docere debuerit sed quid manifesto docuerit, res sane explorata non est. Nec alii loci plus videntur valere. In Op. impl. in Mt., hom. 3, c. 3, ubi Deum nos iubentem facit confiteri peccata nostra, ut verecundiam patiamur pro poena, proxime loquitur de baptismo; de confessione igitur ea loqui videtur, quae cum baptismo fiebat (cf. de utraque Hom. 10 in Mt. n. 5). Nec in Hom. 5 in illud Vidi Dominum (seu in Oziam), n. 1, ubi locum Mt. 18 de sacerdotum potestate explicat et ita loquitur: Οἱ κριτῆς ἐν τῇ γῇ κάθηται, ὁ Δεσπότης ἐπεται τῷ δούλῳ· καὶ ἀπερ ἀν οὐτοις κάτω κρίνῃ, ταῦτα ἐκείνος ἀνώ κυροί. Καὶ μέσος τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἐστηκεν ὁ ἱερεύς, τὰς ἐκείνην τυμᾶς κατάγων πρὸς ἡμᾶς [precibus?], καὶ τὰς παρ’ ἡμῶν ἴκετηριας ἀνάγων ἐκεῖ, δργιζόμενον αὐτὸν τῇ κοινῇ καταλλάξτων φύσει προσκεκρουσάτας ἡμᾶς ἔξαρπάζων τῶν ἐκείνου χειρῶν; nec Hom. 3. de statuis, ubi monet fideles, ut reducant fratres suos a peccatis et se gerant sicut medici: vulnera eorum manifestent sacerdoti; nec Hom. in Eph. 5, 13 (ἀν γάρ μὴ δήσῃ, τὰ ἄρρηκτα αὐτὸν μένει δεσμός) satis manifesta

testimonia sunt nec ad evertenda supra dieta sufficientia. Denique accusatio illa Isaacii episcopi in Synodo ad Quercum et usus poenitentiae publicae Antiochiae (cf. Hom. 3. de Davide et Saule, n. 1; Hom. 17 in Mt vers. fin.; Hom. 3. in Eph., n. 4) non probant persuasionem eius de necessitate subiciendi peccata ecclesiae.

Quid igitur respondendum est? „Chrysostomum, licet in illis locis tractet de confessione sacramentali (et secreta), non tamen negare absolutam necessitatem confessionis pro eo tempore, quo praeceptum eius obligare potest; sed solum intendere confessionem non esse necessariam semper in re ipsa ad iustificationem et remissionem peccati; sed per solam interiorum conversionem posse statim hominem iustificari. Huius autem rei signum esse potest, quia in multis ex dictis locis tractat Chrysostomus de quotidiano examine conscientiae et hortatur fideles, ut statim exeant ab statu peccati, ad quod ait non esse necessarium statim confiteri. Cui explicationi consouat can. 33. concilii Gabillonensis 2.“ Suarez, De poen. disp. 17, s. 2, n. 40. — Cf. Slav. litt. theol. II, p. 110 (contra A. Sost' in).

Ambrosii mentem a nostra minime alienam fuisse demonstrari potest; nec tamen tam facile quam videtur. Nam nec locus ille In Ps. 37, c. 11: „Venenum peccatum est, remedium accusatio criminis“, qui aliunde clarescere potest, per se tamen etiam ad accusationem Deo factam facile extenditur, nec In Ps. 40, c. 14 „Vulnus medium quaerit, medicus confessionem exigit,“ de quo idem dicendum est (nam cf. In Ps. 118, c. 11: apud Deum non tacet), nec De parad. c. 71: „Veniabilis culpa, quam sequitur professio delictorum,“ ubi de confessione Deo facta loquitur, nec ulterior locus „Neque enim potest quis insticari a peccato, nisi fuerit ante confessus“, ubi Isaiae 43, 26 allegat, quem locum In Ps. 37, c. 2 de commemoratione peccatorum explicat et Ps. 118, c. 27 de confessione peccatorum in genere; nec Epist. 67, n. 11, ubi de baptismno agi potest; nec In Ps. 118, c. 5: „Qui autem compungitur, utique delectationem excludit erroris: et qui agit poenitentiam excludit pudorem, sequestrat verecundiam flagitii confitendi, ut recuperandae spem salutis inveniat“, qui licet ceteris praestet, tamen nondum videtur sufficere; hi loci, inquam, non probant contrariam supra positae Ambrosii persuasionem. At I. 1. De poen. c. 2 omne dubium tollit: „Munus Spiritus s., inquit, est officium sacerdotis, ius autem Spiritus sancti in solvendis ligandisque criminibus est; quomodo igitur munus eius vindicant, de cuius diffidunt iure et potestate. Tolerabilius igitur Novatianus remitteret, quam ligaret. — Ad locum illum In Lue. 22 notat Io. De Lugo, De sacr. poen. disp. 15, s. 1: „Respondent aliqui Ambrosium ibi solum negare necessitatem confessionis publicae, sed non videtur ad mentem Ambrosii: cuius duplex alius sensus videtur esse in illis verbis. Prior est, quod Petrus non defendit, non excusat, quod fecerat; non oravit, seu declamavit in causa, ut se tueretur, quod significant illa verba: Lacrimas eius lego, satisfactionem non lego; et sermone 48 addit: lacrimae causam non dicunt, et misericordiam consequuntur. Posterior sensus est, quod Petrus veniam non postulavit verbis, nec aliquid dixit Deo, nisi flere: qui melior et aptior modus est impetrandi, quando sc. cum Deo agitur, quam si venia explicite petatur. Quem sensum explicat Ambrosius verbis sequentibus: Inveni, cur tacuit Petrus, ne tam cito veniae petitio plus offenderet. Ante flendum est, sic precandum. Et in citato sermone addit rationem: solet enim citius mereri indulgentiam, qui verecundius deprecatur“. Denique idem de Lugo ibidem Cassianum dupliciter explicat: primo de confessione publica; secundo de exhortatione ad contritionem ut medium saltem remotum ad impetrandam veniam; subdit enim de omnibus inediis enumeratis: „Quisquis igitur ad indulgentiam suorum criminum desiderat pervenire, istis semetipsum aptare studeat instrumentis quia etiamsi haec onnia fecerimus, non erunt idonea ad expiationem seculorum nostrorum, nisi ea bonitas Domini clementiaque deleverit“.

Ad 3. Duo priores Patres loquuntur de vivificatione „per compunctionis gratiam“ (Gr. M.) postquam nempe Deus „magna gratia“ eum vocavit (Aug.) adhuc reum (Aug.) Cf. August. In Ps. 87, n. 10 (viventes curare possunt,

non mortuos excitare). Eadem comparatio a Gregorio Naz. adhibita est de baptismo (Or. 40, n. 33) et Ambrosius (De poen. l. 2, c. 7) ita rem exponit: „Qui iaces in tenebris conscientiae et delictorum tuorum sordibus, quodam reorum carcere, exi foras, delictum proprium prode, ut iustificeris: „Ore enim confessio fit ad salutem“. Si confessus fueris a Christo vocatus, claustra rumpentur et omnia solventur vincula . . Quantuslibet ergo mortui foetor sit, aboletur omnis, ubi sacrum redoleverit unguentum: et resurgit defunctus et solvi iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato est. In tanta vero Domini gratia cum oporteret universos laetari, commovebantur impii et adversus Christum concilium congregabant: Lazarum quoque interficere volebant. Nonne merito eorum successores vos [Novatiani] fore cognoscitis, quorum duritiae heredes estis? Nam et vos indignamini et contra Ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in ecclesia reviviscere et peccatorum indulta venia resuscitari“. — „Ad verba Hieronymi, quae aliqui falsa existimant, ut Scotus dist. 14, q. 4 ad ult.. alii duriora, responderi adhuc potest, ipsum voluisse solum reprehendere et reprimere nimiam licentiam, quam sacerdotes aliqui sibi arrogant admittendi et reiciendi pro libito ab absolutione, contra quos docet eorum potestatem non esse absolutam, sed certis legibus ligatam, quas observare debent, ut eorum sententia valida sit, absolvendo solum eos, quos Deus iudicat absolutione dignos, nimirum per debitam poenitentiam“. De Lugo, De sacr. poenit. disp. 13, s. 2, n. 58. „Ad auctoritatem s. Hieronymi dicendum est, quod in leprosis duplex fuerit immunditia, una naturalis et morbi, alia legalis seu legis, quae prohibebat leprosos admitti ad sacra. Iam etsi sacerdotes veteris testamenti primam immunditiam non sustulerint, sustulerunt tamen legalem et secundam immunditiam per sacrificia et alias ceremonias, quibus leprosum non tantum declarabant, sed revera efficiebant mundum. Pari modo etiam in peccatore duplēm immunditiam distingui oportet, unam actualem, quae est caecitas mentis, alteram habitualem, quae est ipsa macula peccati. Primam tollit Deus per se solum, interne illustrando, secundam per suum ministrum in sacramento“ Oberdorffer, Theol. Dissert. VII., art. 5, n. 97. Cf. Habert, De sacr. poenit. c. 3.

Ad 4. Concedi potest Patres nonnumquam magis spectasse requisita in confitente; de certitudine illa cf. Augustin., Serm. 351, n. 12 (nota: mors aeterna vitatur); Gregorius Naz. l. c. de poenis videtur loqui.

Ad 5. Firmilianus negat solum remittere sacerdotes peccata pro arbitrio. Idem scripsit ibidem: „Potestas ergo remittendorum peccatorum data est et ecclesiis, quas illi a Christo missi constituerunt, et episcopis, qui eis ordinatione vicaria successerunt“. — Ambrosius vult solum probare Spiritum s. esse Deum, quia peccata remittit ut causa prima. Tantum enim affirmat, quantum probat per seqnens „enim“.

Ad 6. Idem Augustinus, De bapt. l. 3, c. 18 dicit: „Exaudit Deus homicidam super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur, deprecantem“. Nimirum bene notat Gregorius Nyssen., Orat. catechet. c. 34: Οὐδὲ μή τις ἀχρηστος εἶναι τις φύσει τὴν προσευχομένων σπουδὴν, εἰ περὶ τοῦ πάντως ἐσφρένου τὸν θεὸν ἐκετένουσι

Ad 7. Pacianus loquitur de satisfactione pro peccatis. Cyprianus non docet hunc esse praecipuum satisfactionis usum, ut ecclesiae satisfiat, sed ut Deo satisfiat, id quod totus ille locus ostendit, sicut et tractatus eius de eleemosyna. — De Cypriani doctrina de remissione peccatorum cf. Peters, Der h. Cyprian S. 157 ff. 212 ff. 346.

Ad 8. a) „Si haec vera sunt, necesse profecto fuit, ut Patres clarum ac distinctum conceptum haberent huius peccati eumque aliis tradarent, ne in administratione sacramenti poenitentiae haerere pluries deberent sacerdotes, et ne limites suae auctoritatis praetergraderentur, aut sine absolutione dimitterent, quos solvere possent. Atqui conceptus clarus atque distinctus huius peccati, qui communis sit Patribus, non reperitur, neque ullo modo iidem se sollicitos produnt definiendi accurate et statuendi ut rem certam, cuiusmodi sit hoc peccatum“. Palmieri, De poen. th. 8. V.

b) Patres docent „sine ulla exceptione“ (A m b r o s ., De poen. l. 1, c. 10) poenitentibus peccata remitti posse. Cf. C y p r i a n ., Ep. 52 ad Anton. P a c i a n ., Ep. 3. ad Sympron.

c) H e r m a s primo loco allato blasphemantes identificat cum eis, qui in perpetuum a Deo discesserunt (*οἱ ἀπεσπαζόμενοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος*); secundo loco probat interitum blasphemorum ex experientia, nullum eorum poenitentiam egisse, etiamsi audierant verba, quae locutus eis erat secundum mandatum acceptum. Denique etiam de iis, qui ex praecordiis (*ἐκ καρδίας*) inventi sunt denegasse Dominum, tantum dubitat, num possint vivere (sim. 9, n. 26). — C y p r i a n u m aliunde novimus dixisse ne minem arcendum esse a spe; locutus est igitur solum de impossibilitate ex potentia morali ad vere poenitendum oriente. — H i l a r i i verba potius probant eum non loqui nisi de maxima difficultate, non de impossibilitate. Quaerit enim: Quid enim tam extra veniam est, quam in Christo negare quod sit. Idem Arianos (in Christo Deum negantes) ad unitatem redeentes recipiebat. — A t h a n a s i u m adversariis ibi non favere, licet blasphemiam in Spiritum s. vocet indeprecabilem (n. 15) patet ex eiusdem (nisi ei abiudicare velis) De communī nat. Patris et F. et Sp. s. n. 49 (alias Fragm. in Mt): „Ἐπισημειώσασθαι δὲ χρύ, ὅτι οὐκ εἶπεν ὁ Χριστός· Τῷ βλασφημήσαντι καὶ μετανοήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται· ἀλλὰ· Τῷ βλασφημοῦντι, εἴτ' οὖν ἐπιμένοντι ἐν βλασφημίᾳ· Ἡ γάρ ἀξιόλογος μετάνοια πάντα λύει τὰ ἀμαρτήματα. Idem Ep. 3 ad Serap. n. 7. Τοὺς δὲ, inquit, φιλονεικοῦντας δυστρημένην ἔλεγχον· τάχα καὶ ὅφε ποτε μεταγνόντες, ἀπονίψωσιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἑαυτῶν τὴν προγενερένην ἐν αἵτοις κακούνοιαν. Καλὸν· γάρ αὐτοὺς κατὰ τὸ γεγραμμένον ἀποποθῆσαι καὶ μὴ ἐγγραφεῖσαι· ἵνα μὴ ἐπιμένοντες ἀκούσωσι τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου. “Οὕτως δέ τοι εἶπεν κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἄγιου etc. Quod tamen Ep. 4, n. 13 eandem blasphemiae in Spiritum s. irremissibilitatem tueri videtur, quam Novatiani quoad cetera peccata statuebant, notamus quae dicit C o l l e t (Migne, Cursus theol. t. XXII., p. 110): „Quod Novatiani blasphemiam illam omnino irremissibilem esse crederent, hic non attingit s. doctor. Forte, quia necdum examinasset gravitatem peccati contra Spiritum s.; quod utecumque eis subindicat verbis, quae eius ad Serapionem epistolam claudunt. Immo non ita difficile crediderim, s. doctorem tunc temporis nonnihil in id propendisse, ut peccatum in Spiritum irremissibile crederet, non equidem ex parte clavium, sed ratione voluntatis, quae Christi propitiatione destituta, in malo confirmata sit. Quanquam suas voces ita temperavit, ut et semper legitimis sensus capaces forent, et ipse, clarius deinceps loquendo, varietatis redargui non posset. — P a c i a n u s ostendit l. c. non omne baptizatorum peccatum esse blasphemiam in Spiritum s. aut irremissibile, sed hanc esse peculiare quoddam peccatum; in eadem epistola scribit (n. 16): „Attende universa peccata, quibus Dominus comminatur; iam videbis esse prae sentia“; et iterum: „Quare sicubi constitutam peccantibus poenam probaveris, hoc tenebis, aut peccatis perseverantibus constitutam, aut libertatem Deo relictam mutandae, si poeniteas, ad meliora sententiae“. — A m b r o s i u s priore loco similiter ad hominem argumentatur ac Pacianus; altero loco loquitur de blasphemis ut sunt tales. Idem, De poen. l. 2, c. 25 eos, qui blasphemaverunt Spiritum s., ita hortatur: „Et ideo revertimini ad ecclesiam, si qui vos separastis impie. Omnibus enim conversis pollicetur veniam, quia scriptum est: Onnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Denique etiam Iudeorum populus, qui dicebat de Domino Iesu: daemonium habet; qui dicebat: in Beelzebub eicit daemonia; qui crucifixit Dominum Iesum: Petri praedicatione vocatur ad baptismum, ut sceleris tanti merita deponat.“ — Etiam H i e r o n y m u s ad hominem argumentatur; cur autem Novatiani argumenti alteram partem id temporis non expenderit, hanc ipse rationem reddit: Fuerat quidem prolixius disserendum, sed quoniam amicis, et qui ad nostrum hospitium convenerunt, presentiam nostram negare non possumus, et tibi non statim respondere, visum est arrogantis, latam disputationem brevi sermone comprehendimus. — D i d y m u s A l e x. ibidein n. 48 haec ait: „Attamen quia naturaliter benignus est et misericors is, qui eos debellaverat, tribuit eis locum poenitentiae, si velint ad meliora con-

verti.“ — Io. Chrysost. eodem loco citato dicit: Καὶ γὰρ αὕτη ἀφεῖδη μετανοοῦσι. Πολλοὶ γάρ τῶν ταῦτα εἰργότων ἐπίστευσαν θστερον, καὶ πάντα αὐτοὺς ἀρειθῆ. Τί οὖν ἔστι ἡ φῆσιν; “Οτι ὑπὲρ πάντα αὕτη ἡ ἀμαρτία ἀσύγγνωστος. Cf. In Hebr. hom. 31, n. 2. — Ceterum praeter eos, quos in explicatione textus illius commemoravimus, positive excludunt intelligi ibi peccatum aliquod, ad quod ecclesiae potestas se non extendat: Augustinus, In Rom inchoat. expos. n. 22; Serm. 71, n. 8. 20; Enchir. c. 83. Ep. 185, n. 48 ss. Leo M.: Serm. 75, c. 4.

Ad 9. Ad testimonium Paciani „respondemus a) incredibile esse, quod catholicus episcopus labente saeculo quarto post proscriptam novationam haeresim docuerit haec tria delicta post baptismum esse irremissibilia, et quidem non solum ab ecclesia, sed etiam a Deo. Nam hic non facit mentionem ecclesiae, sed simpliciter dicit haec crimina compensari non posse . Rursus incredibile est episcopum in sermone, in quo oves sibi creditas ad poenitentiam hortatur, tot velle e contrario in desperationis barathrum conicere. Et sane b) alia est prorsus sententia Paciani. Distinguit scilicet crimina in duas classes, „ne quis (ut ipse ait n. 2) existimet omnibus omnino peccatis summum discrimen impositum“ h. e. in ea, quae meliorum operum compensatione curantur, quin opus scilicet sit remedio publicae et sollemnis poenitentiae ; et in ea, quae poenitentiae indigent remedio. Haec quidem oratorie exaggerat ad eorum malitiam patefaciendam ; at poenitentia expiari posse et debere clare docet sequentibus. Ait enim n. 6: „Ergo, inquiet aliquis, perituri sumus . .?“ Respondet his Pacianus: „accipite remedium, si desperare coepistis, si miseros vos agnoscitis, si timetis. Vos ergo primum appello fratres, qui criminibus admissis poenitentiari recusatis“ etc.: pergens hortari ad poenitentiam. Iam vero haec dicuntur iis, ut ex immediato contextu patet, qui interrogaverant, an perituri essent, iisque sunt, qui aliquod ex illis tribus criminibus admiserant ; cum praesertim pro aliis criminibus curandis non poenitentiam, sed meliorum operum compensationem Pacianus proposuerit.“ Palmieri, De poen. th. 9, III., b. p. 92 s. — Auctor illius operis, si explicari nequeat, fuit Novatianus nec nos turbabit. Ceterum Chr. Pesch, Prael. t. 7, n. 44 censet illud dictum esse per exaggerationem rhetoricae ; alii culpe gravissimae solutionem pro die demum mortis promissam intelligi coniciunt.

Ad 10. Ex eodem loco sequeretur (si ita intelligendus esset) nec per baptismum peccata remitti. „Si Ambrosius loquitur de poenitentibus publicis, dum dicit, eos sumere sacramentum, dum absolvuntur, loquitur de ultima absolutione, quae a Patribus vocatur absolute condonatio et absolutio ; quia ea erat plena et totalis et post ipsam non agebatur amplius cum poenitente tamquam cum reo. Si loquitur de poenitentibus secretis, hi certe statim post absolutionem secretam communicabant.“ Francolinus, Clericus rom. disp. 11, n. 27.

Ad 11. Qualis impossibilitas hic asseri potuerit collige ex eis, quae in demonstranda quarta parte ex Origene afferemus et ex eo, quod In Mt tom. 15 versus fin. docet: Καὶ οὓς φαμέν ταῦτα, ἀποτρεπόμενοι ἀνίστασθαι τοὺς πεπτωκέτας ἢ ἐπαναστρέψειν τοὺς πεπλανημένους ἢ παλινδρομεῖν ἐπὶ τὸν πατρῷον οἶκον τοὺς καταστωτευσαμένους τὴν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας οὐσίαν. Cf. etiam Hom. 2. in Levit., n. 4; Est adhuc et septima . Ceterum Athanasius an doctrinam illorum assecutus non esset dubitabat, ambiguitatem tollebat.

Ad 12. Augustinus tantum affirmit, quantum probat adiuncta ratione: „Quid enim prodesset vel ante baptismum poenitentia, nisi baptismus sequeretur, vel postea nisi praecederet?“ Idem Ep. 98 (al. 23) ad Bonifacium, n. 2. dicit: „Seinel perceptam Christi gratiam parvulus non amittit, nisi propria impiate . Tunc enim propria incipiet habere peccata, quae non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur.“ Cf. Ep. 228; Enchir., c. 46; Serm. 351. c. 5. — Fulgentius loquitur de necessitate poenitentiae baptismalis pro „maioribus“ i. e. adultis et ideo baptismum vocat sacramentum fidei et poenitentiae.

Dub. 1. In controversia cum Novatianis non agebatur de sacramento poenitentiae. Alioqui non potuisset Gregorius Naz. Or. 39, n. 19 dicere: Εἰ δὲ ἡμερολογίου, νυκτὸς τὸ φιλάνθρωπον.

Dub. 2. Agebatur tantum de virtute poenitentiae; id patet ex modo, quo argumentabantur adversarii; velut Cyprianus, Ep. 59; Gregor. Naz., Or. 39, n. 18.

Dub. 3. Novatiani negaverunt Deum velle peccatores suscipere, eis ignoscere. Ita enim Cyprianus argumentatur Ep. 98. Et tu iam Novatiane iudicas et nullam spem pacis ac misericordiae habere lapsos praedicas... dicendo, quod poenitentia lapsorum sit vana, nec possit eis proficere ad salutem.

Dub. 4. Novatiani putabant ne Deum quidem posse peccata graviora baptizatis dimittere. Ambrosius, De poen. l. 1, c. 11: „Quae autem ista perversitas est, ut vobis vindicetis possibilia concessu, Deo, ut ipsi dicitis, impossibilia reservetis? Hoc est sibi eligere causas ignoscendi. Deo materiam saeviendi relinquere.“

Dub. 5. Novatiani tantum poenam ecclesiasticam irremissibilem esse dicebant. Ambrosius, De poen. l. 1, c. 10: Ligare poenitentiam dare; hoc Novatiani volebant, quia solvere se non posse putabant.

Dub. 6. Novatiani tantum negaverunt recipi posse peccatores in ecclesiam et ad sacramenta admitti. Nam poenitentia agitur „emerendi gratia sacramenti“ et ab Eucharistiae susceptione Novatiani reos criminum capitulum excludebant. „Quomodo igitur potest qui famem patitur animae suae, studiosius Deum precari, si sacram desperet alimoniam?“ Ambros., De poen. l. 2, c. 3, n. 16; cf. l. 1, c. 1, n. 4. Io. Chrysost., In Hebr. hom. 20, n. 1: Οὗτοι δέ (οἱ τὴν μετάνοιαν ἀναιροῦντες) [λέγουσιν] οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι μεταδοῦγα μυστηρίων τοῖς ἡμαρτηκόσιν, εἴ γε μὴ εἴστιν ἀφεσις δευτέρα.

Dub. 7. Novatiani statuebant potestatem ligandi, quam adversarii eorum negaverunt. Cyprianus, De virginib. ad Pompon. (58): „Neque enim vivere foris possunt, cum domus Dei una sit et nemini salus esse, nisi in ecclesia possit.“

Verum re ipsa Montanistae (cf. v. g. D' Alès, La Théologie de Tertullien. Paris 1904, ch. 9) et Novatiani haeretici censebantur propterea, quod negabant potestatem remittendi peccata (saltem graviora) commissa contra Deum post baptismum. Quid enim ageretur, praecclare Ambrosius indicavit „Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est: quid interest, utrum per poenitentiam, an per lavacrum hoc ius sibi datum sacerdotes vindicent? Unum in utroque mysterium est.“ De poen. l. 1, c. 8. n. 36. „Novatiani claves regni non suscipiunt, negantes, quod dimittere peccata debeant.“ De poen. l. 1, n. 33. Igitur non agebatur

a) de possibilitate condonationis divinae. Cf. Socrates. Hist. eccl. l. 4, c. 13 (al. 28): Tertullian., De pudic. c. 19 Ambrosius, De poen. l. 1, c. 2.

b) nec de sola potestate eos, qui peccarunt ad sacramenta admissendi, in ecclesiam recipiendi. Nam qui hanc negarunt, negarunt certe et potestatem peccata remittendi sensu stricto; et vice versa, qui eam affirmabant, necessario ecclesiae vim tribuebant peccata dimittendi, cum alioqui poenitentes indigne accederent ad communionem; cf. hac de re p. IV. Praeterea catholici ita argumentabantur: Si qua poenitentia caret venia, iam nec in totum agenda est. Nihil enim agendum est frustra. „Merito (ait Tertullianus) utique ita opponunt. quoniam huius quoque poenitentiae fructum. i. e. veniam, in sua potestate usurpaverunt,“ sc. eam veniam, quam Tertullianus soli Deo asserebat con-

venire. Et cum haec potestas opponeretur baptismo, certe non de qualicunque receptione agebatur. Cf. Gregor. Naz. Or. 39, 18.

c) nec de potestate peccatorum remissionem solum declarandi. Nam a) in baptismo, quo cum comparabatur haec potestas. remissio non annuntiatur modo, sed efficitur; β) plerique distinguebant inter peccata irremissibilia et remissibilia; unde non potuit agi de potestate merae annuntiationis; γ) Tertullianus, De pudic. c. 18 (iam Montanista) „Quodsi, inquit, clementia Dei ignorantibus adhuc et infidelibus competit, utique et poenitentia ad se clementiam invitat, salva illa poenitentiae specie post fidem, quae aut levioribus delictis veniam ab episcopo consequi poterit, aut maioribus et irremissibilibus a Deo solo.“ Cf. Ambros., De poen. l. 2, n. 58.

d) nec de solis peccatis ecclesiasticis remittendis, sed de offensis contra Deum; nam a) potestas illa, de qua agitur, opponebatur baptismo; atqui per baptismum peccata proprie dicta seu theologica remitti omnibus persuasum erat; β) saltem nonnulli Novatiani argumentabantur inde, quod solus Deus possit dimittere peccata: sane in ipsum perpetrata. Cf. Ambros., De poen. l. 1, c. 2, n. 6.; γ) cf. Ambros. De poen. l. 1, n. 87—92 (Remuneratio igitur praesentium, testimonium futurorum est).

e) nec de peccatis levioribus tantum, sed praecise de gravioribus et gravissimis.

f) nec de potestate baptizandi: nam peccata per baptismum deleri eaque omnia nemo negabat. „Secundas nuptias non admittunt, poenitentiam denegant.“ August., De haer. n. 38.

g) nec de peccatis tempore apostolorum commissis.

At qui cum eorum sententia damnata sit, sequitur Christianos potestatem a nobis statutam antiquitus agnoscisse.

Damnati autem sunt Novatiani imprimis in synodo Romana anno 251 (Euseb., Hist. l. 6, c. 43); in Africa, quod testatur epistola synodica (inter Cyprianicas n. 54); in Cappadocia, ut ad Cyprianum scribit Firmilianus; Alexandriae, ut ex Dionysio commemorat Eusebius l. 7, c. 8. Omnes ecclesias ita sensisse Apollinaris ap. Euseb., Hist. l. 4, c. 27 testatur.

Item Patres illius aetatis una quasi voce doctrinam eorum impugnabant. Ambrosius in l. de poen. passim; Augustinus, Ep. 93, n. 42; Serm. 352, n. 9 Cyprianus, Ep. 52 (ad Antonian.) n. 27 ss.; cf. Ep. 54. 57. 67 Dionysius Alex., Ep. 9 Eusebius. Hist. l. 6, c. 43; Epiphanius, Haer. 59, n. 1 Fulgentius. De rem. peccator. l. 1, c. 23 Hilarius, In Mt 18, n. 10; Pacianus, Ad Sympron. ep. 3, n. 12; Petrus Chrysologus, Serm. 84. alii.

IV. p. Usus, qui in primis saeculis viguit.

Dub. 1. Falso supponitur receptionem in ecclesia idem valuisse ac remissionem peccatorum. Nam eodem modo probaretur etiam diaconos habuisse potestatem peccata remittendi. Scripsit euim Cyprianus, Ep. 48: „Vel si presbyter repertus non fuerit et urgere exitus coepit, ante diaconum quoque exomologeses facere delicti sui possint, ut manu eis in poenitentiam imposita, veniant ad Dominum cum pace“. Et Augustinus Enchir. c. 65 expresse dicit poenitentiae tempora a praepositis ecclesiae constitui, „ut fiat satis etiam ecclesiae“.

Dub. 2. Apostolus, cum incestum Corinthium ligavit primum ac deinde absolvit, tota clavum potestate usus est. Atqui tamen illud apostoli ministerium omnino externum fuit, non tetigit illud, quod dicimus, conscientiae forum. Neque enim absens absentem interius absolvere potuit.

Dub. 3. Reconciliatio tantum vim precium habuit, nec aliud probari potest.

Dub. 4. Apostoli certe eam tantum praedicabant poenitentiam, quam prophetae, ut patet ex Act 10, 43.

Dub. 5. Quomodo apostoli de potestate sua iudicarint eamque exercuerint, colligitur ex Act 8, 22.

Dub. 6. Poenitentia publica, quam viguisse constat, tantum ad hoc fuit, ut scandalum puniretur; nec aliud inde probari potest. Nam sane nemo dicet Iudeorum „presbyteros“ (quos Christiani imitati sunt), cum in synagogis eundem vel simillimum usum servarent, habuisse potestatem clavum.

Dub. 7. Solius baptismi vi peccata remittebantur, unde usus aquae lustralis ad peccata remittenda in ecclesiis ortus est („Νίψον ἀνθρώπα, μὴ μόνας ὄψιν“).

Dub. 8. Usus certe is fuit, ut praeter poenitentiam publicam (cui tantum canonica crimina subiciebantur) sola correptio et virtus poenitentiae exerceretur, licet delicta mortalia fuerint. Augustinus, De symb. ad catech. c. 7, n. 15: „Tribus modis remittuntur peccata in ecclesia: in baptimate, in oratione, in humilitate maiore poenitentiae. Et Ep. 265 ad Seleucianum n. 2: „Quod autem Petrus dicitur egisse poenitentiam, cendum est, ne ita putetur egisse, quomodo agunt in ecclesia, qui proprie poenitentes vocantur. Et quis hoc ferat, ut priuum apostolorum inter tales poenitentes numerandum putemus? Poenituit enim eum negasse Christum, quod eius indicant lacrimae; sic enim scriptum est, quia flevit amare“. Cf. Serm. 352, c. 30; Gennadius, Dogm. eccl. c. 53.

Dub. 9. Primis ecclesiae temporibus saltem quaedam peccata non remittebantur. Cf. S. I. Smirnov, Kto soveršal tainstvo pokajanija v drevnej cerkvi? (Bogosl. Věstnik 1906, I., p. 475¹). Nam

a) Concilium Elberitanum (a. 300?), can. 46 definit: „Si quis fidelis apostata, per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, nec in fine eum communionem accipere“; idem de Flaminibus c. 2; tum c. 3: „Item Flamines . . . si post poenitentiam fuerint moechati, placuit ulterius his non esse dandam communionem, ne lusisse de dominica communione videantur“; cf. can. 22: „Si quis de catholica ecclesia ad haeresim transitum fecerit, rursusque recurrerit, ei poenitentia non denegetur, et post decem annos praestari communio debeat“; cf. can. 69 (reconciliare dare communionem). Denique analogus est can. 68: „Catechumena, si per adulterium conceperit et praefocaverit, placuit eam in fine [vitae] baptizari“. Hinc iudica!

b) Concilium Ancyranum (a. 314) negavit can. 21.22 quibusdam peccatoribus reconciliationem.

b) Tertullianus testatur novitatem decreti, quo primum pax moechis promissa est, durante exclusione homicidarum et idololatrarum a venia. De pudic. c. 1: „Audio edictum esse propositum, et quidem peremptorium. Episcopus episcoporum edicit: Ego et moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto“. Ibid. c. 5: „Assistit idololatres, assistit homicida, in medio eorum assistit et moechus, pariter de poenitentiae officio sedent, in saceo et cinere inhorrescant, eodem fletu gemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eandem invocant matrem. Quid agis, mollissima et humanissima disciplina? aut omnibus eis hoc esse debebis: „beati enim pacifici“, aut si non omnibus, nostra esse. Idololatram quidem et homicidam semel damnas, moechum vero de medio excipis, idololatrae successorem, homicidae antecessorem, utriusque collegam? Personae acceptatio est!“ Et cap. ult. sic rem totam colligit: „Quaecumque aucto itas, quaecumque ratio moecho et fornicatori pacem ecclesiasticam reddit, eandem debet et homicidae et idololatrae poenitentibus“.

d) *Auctor Philosophumēnon* l. 9, n. 12 haec narrat de Callisto I.: „Πρῶτος τὰ πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῖς ἀνθρώποις συγχωρεῖν ἐπενόησε, λέγων πᾶσιν ὅπ' αὐτοῦ ἀφίεσθαι ἀμαρτίας.

e) *Cyprianus disciplinam priorem laxavit*. Nam Ep. 55 ait: „Vix plebi persuadeo, immo extorqueo, ut tales patientur admitti“. Cf. Ep. 52, n. 3. Quam tamen severus fuerit collige ex Ep. 13, n. 1 s.; Ep. 52, n. 23.

f) Similiter Romae laxata est disciplina tempore Cypriani, ut patet ex epistola cleri Romanī ad Cyprianū (inter Cyprian. Ep. 31), ubi dubitabant, num venia lapsis esset danda.

g) *Origenes*, De oratione n. 28, v. fin.: "Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἀμαρτίας κ. τ. λ. Εἰ δέ τις ἀβασανίστως ἐκλαμψάνει ταῦτα, ἐγκαλέσαι τις ἂν τοῖς ἀποστόλοις μὴ πᾶσιν ἀφίεισιν, ἵνα πᾶσιν ἀφεθῇ, ἀλλά τινων τὰς ἀμαρτίας κρατοῦσιν, ὡς δι' αὐτοὺς καὶ παρὰ θεῷ κρατεῖσθαι αὐτάς· χρήσμον δὲ παράδειγμα ἀπὸ τοῦ νόμου λαβεῖν, πρὸς τὸ νοηθῆναι τὴν δι' ἀνθρώπων ἀφεσιν ὑπὸ θεοῦ γινομένην ἀνθρώποις ἀμαρτημάτων· οἱ κατὰ νόμον ἱερεῖς κωλύονται περὶ τινων προσφέρειν ἀμαρτημάτων θυσίαν, ἵνα ἀφεθῇ τοῖς περὶ ὧν αἱ θυσίαι, τὰ πλημμελήματα, καὶ οὐδέποτε τὴν περὶ τινῶν ἔξουσιαν ὁ ἱερεὺς ἀκουσίων ἢ πλημμελήματων ἀναφορὰν ἔχων, ἥδη καὶ περὶ μοιχείας, ἢ ἔκουσίου φόνου, ἢ τινος ἀλλοῦ χαλεπωτέρου πταίσματος προσφέρει ὀλοκαύτωμα, ἢ περὶ ἀμαρτίας . . . Οὐκ οἶδ' ὅπως ἔαυτοις τινες ἐπιτρέφαντες τὴν ἱερατικὴν ἐπιστήμην, αὐχοῦσιν ὡς δυνάμενοι καὶ εἰδωλολατρείας συγχωρεῖν, μοιχείας τε καὶ πορνείας ἀφίέναι, ὡς διὰ τῆς εὐχῆς αὐτῶν περὶ τῶν ταῦτα τετολμηκότων λυσμένης καὶ τῆς πρὸς θάνατον ἀμαρτίας· οὐ γάρ ἀναγιγνώσκουσι τό· ἔστιν ἀμαρτία πρὸς θάνατον, οὐ περὶ ἔκεινης λέγω, ἵνα τις ἔρωτήσῃ. Cf. F. X. Funk, Kirchengesch. Abhandl. I., p. 159, 163, 175 s. Cf. etiam quae Eusebius narrat de Dionysio Alexandrino.

h) *Gregorius Thaumaturgus* in Ep. canonica, c. 7. docet prioribus temporibus homicidas ab omni poenitentia et venia exclusos fuisse.

i) Talem vel similem saltem disciplinam olim viguisse doctissimus quisque theologus et historicus docet: Albaspinaeus (De vet. eccl. ritib. observat. l. II., 9. 11. 15. 17), Petavius, Arnaldus, Morinus, Duguetus, Natalis Alexander, Christianus Lupus, Sirmondus (Hist. poen. publ. c. 1.), Witasse, Musson, Bingham, Martene, Funk, Kolberg, Batiffol, Hagemann (Die röm. Kirche u. ihr Einfluss. S. 52 ff.), Fechtrup (Theol. Quartalschrift. Tüb. 1872, S. 430 ff.) etc.

Dub. 10. Saltem clinicis, i. e. iis, qui veniam tantum moribundi sincere petebant, negabatur (Cf. Morinus, De disciplina in admin. poenit. l. X., c. 1). Nam

a) *Cyprianus*, Ep. 52. ad Antonianum n. 23 scribit: „Idcirco poenitentiam non agentes nec dolorem delictorum suorum toto corde et manifesta lamentationis suaē professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis et pacis, si in infirmitate atque in periculo coeperint deprecari; quia rogare illos non delicti poenitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte recipere solatum, qui se non cogitavit esse moriturum“.

b) *Concilium Arelatense* I. (a. 314) can. 22. haec statuit: „De his, qui apostatant et nunquam se ad ecclesiam repreäsentant, ne quidem poenitentiam agere quaerunt et postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, nisi revaluerint et egerint dignos fructus poenitentiae“. Nec sane petent Eucharistiam ante absolutionem.

c) *Innocentius I.*, Ep. 6. ad Exsuperium, ep. Tolosanum, n. 5. s.: „De his [clinicis] observatio prior durior; posterior interveniente misericordia, inclinatior. Nam consuetudo prior tenuit, ut concedere et ut poenitentia, sed communione negaretur. Nam cum illis temporibus crebrae persecutions essent, ne communionis concessa facilas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito communionio est, concessa poenitentia, ne totum penitus negaretur, et duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem

ecclesiis suis reddidit, iam depulso terrore communionem dari abeuntibus placuit et propter Domini misericordiam quasi Viaticum profecturis, et ne Novatiani haeretici negantis veniam asperitatem et duritiam sequi videamus. Tribuitur ergo cum poenitentia extrema communio, ut homines huiusmodi vel in supremis suis poenitentes, miserante Salvatore nostro a perpetuo exitio vindicentur”.

Dub. 11. Saltem relapsis in nova crimina venia non concedebatur. (Cf. Smirnov in Bogosl. Věstnik 1906, I., 488). Nam

a) Concilium Toletanum III., (a. 589) can. 11. statuit: „Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum ecclesias, non secundum canonem, sed solemnis pro suis peccatis homines agere poenitentiam, ut quotiescumque peccare libuerit, toties a presbytero se reconciliari expostulent; et ideo pro coercenda tam exsecrabilis presumptione, id a sancto concilio iubetur, ut hi vero, qui ad priora vitia, vel intra poenitentiae tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum canonum severitatem dammentur.

b) Concilium Eliberitanum, can. 3. et 7. statuit eos, qui „acta poenitentia denuo fuerint fornicati, communionem nec in fine habere“.

c) Io Chrysostomus a synodo ad Quercum accusatus est, ut refert Photius, Biblioth. cod. 59, quod aditum aperiat peccatoribus dicens: Si iterum pecces, iterum poenitentiam facito: et quoties peccaveris, accede ad me et ego te curabo. Quam accusationem insuper falsam fuisse dicit Palladius ap. Mansi t. III., p. 1150. Cf. etiam Socrat., Hist. eccl. l. 6, c. 19, qui refert cum tum a Catholicis tum a Novatianis propter hoc esse reprehensum.

d) Una in tantum poenitentiam fuisse testantur Hermas, Pastor l. 2, mand. 4, n. 1: „Τοτες γάρ δούλους τοῦ Θεοῦ μετάνοια ἔστιν μία“. — Origenes, Hom. 15. in Levit. n. 2: „Istas ergo domos, si forte alicui, sicut supra exposuimus, lapsus acciderit, semper est recuperandi facultas, ut verbi gratia dicamus, si nos aliqua culpa mortalis invenerit, quae non in crimen mortali, non in blasphemia fidei, quae muro ecclesiastici et apostolici dogmatis cincta est, sed vel in sermonis, vel in morum vicio consistat: hoc est vendidisse domum, quae in agro est, vel in vico, cui murus non est. Haec ergo venditio et huiusmodi culpa semper reparari potest, nec aliquando tibi interdicitur de commissis huiusmodi poenitutinem agere. In gravioribus enim criminibus semel tantum poenitentiae conceditur locus; ista vero communia, quae frequenter incurrimus, semper poenitentiam recipiunt et sine intermissione redimuntur“ — Clemens Alex., Strom. l. 2, c. 13 negat superesse μετάνοιαν δευτέραν Hermae Pastore allegato. Ipse ex Hebr. 10, 26 argumentatur animadvertis: Καὶ οὐκ οἴδα ὁ πότερον αὐτοῖν χειρον, ἢ τὸ εἰδότα (Hebr. 10, 26) ἀμαρτάνειν ἢ μετανοήσαντα ἐφ' οἷς ἡμαρτεν, πληγματεῖν αὐθίς . . . ἐφ' ὃ γάρ τις μετενόγησεν, αὐθίς τοῦτο ποιῶν, οὐ πράττειν κατεγγωνώς, τοῦτο ἐκόνι ἐπιτελεῖ . οὐ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἀμαρτίσας, εἰτα μετανοῶν, καὶ συγγνώμης τυγχάνῃ, αἰδοῖσθαι δψεῖται, μηκέτι λυόμενος εἰς ἀφεσιν ἀμαρτιῶν. — Tertullianus, De poen. c. 7: „Piget secundae, immo iam ultimae spei subtexere mentionem“; ibid.: „Collocavit in vestibulo poenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat, sed iam semel, quia iam secundo; sed amplius numquam, quia proxime frustra: non enim in hoc semel satis est?“ Et c. 9: „Huius igitur poenitentiae secundae et unius, quanto in arco negotium est, tanto operosior probatio est“. Cf. Smirnov, l. c., p. 471. — Ambrosius, De poen. l. 2, c. 10, n. 95: Merito reprehenduntur, qui saepius agendum poenitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent poenitentiam, iterandam postea non putarent, quia sicut unum baptismum, ita una poenitentia, quae tamen publice agitur; nam quotidiani nos debet poenitere peccati; sed haec delictorum leviorum illa graviorum“. Cuius rei ratio sane fuerit vis precum fideliū. Cf. ibid. n. 96. — Augustinus, quem Macedonius interrogaverat, cur episcopi secundam a iudicibus pro reis gratiam peterent, cum ecclesia talibus semel tantum veniam concederet

ita respondit Ep. 153 (al. 54), n. 7: „In tantum hominum aliquando ini-
quitas progreditur, ut etiam post actam poenitentiam . vel similia, vel
graviora committant; et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem
suum . et, quamvis eis in ecclesia locus humillimae poenitentiae non
concedatur, Deus tamen super eos suae patientiae non obliviscitur Ex
quorum numero si quis nobis dicat: Aut date mihi eundem iterum poeni-
tendi locum aut desperatum me permittite, ut quidquid libuerit faciam,
aut dicite mihi, utrum aliquid prosit ad vitam futuram, si me poenitendo
vehementius quam prius excruciavero: quis nostrum ita desipit, ut huic
homini dicat: Nihil tibi ista proderunt in posterum Quamvis ergo caute
et salubriter visum sit, ut locus illius humillimae poenitentiae semel in
ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae
tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen
audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam
rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parci? . Aut
istis exceptis esse definitum quod scriptum est: Beati omnes, qui con-
fidunt in eum? . Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta
misericordia divina, ut in hac temporali vita moribus emendatis, non
damnentur in aeternum, quales nos esse oportet homines erga homines!“ Ubi
monet *Witasse*, ut attendatur Macedonium mirari et indignari nec
Augustinum respondere: ecclesiam non negare nisi publicam poenitentiam
secundam, privatam concedere, sed commonefacere eum benignitatis ac
misericordiae divinae.

e) Neve effugium quaeras solum secundam poenitentiam publicam
sollemnemque fuisse negatam; nam bene advertit *Petavius* (*Notae in
Epiph. haer. 59*), hoc posito futurum fuisse, ut mitius de relapsis ageretur
quam de semel tantum lapsis.

Dub. 12. Saltem clericis peccantibus negabatur ab ecclesia venia. Ita *Leo M.*, Ep. 167 (al. 92) ad *Rusticum Narbon.* docet: „Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore aut in diaconii gradu
fuerint consecrati, ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem re-
medium accipient poenitendi; quod sine dubio ex apostolica traditione de-
scendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos, si peccaverit, quis orabit
pro illo?“ Item *Siricius* ad *Himerium* Ep. 1, n. 18: „Poenitentiam agere
cuiquam non conceditur clericorum“. Cf. *Conc. Carthag.* V., cn. 11.

Quidquid a doctissimis viris opponitur, non impedit, quominus
teneamus quod posuimus.

Ecclesia antiqua etiam gravissimis peccatoribus poenitentiam con-
cedebat eosque in ecclesia recipiebat; atqui hac receptione certe pec-
cata remittebantur.

Nain A. alioquin ad Eucharistiae susceptionem indigni admissi
essent. Ad rem *Augustinus*, Serm. 352: „Est poenitentia gravior
atque luctuosior, qua proprie vocantur in ecclesia poenitentes, etiam
remoti a Sacramento altaris participando, ne accipiendo in digne iudi-
cium sibi manduent et bibant“. Cf. Ep. 118, c. 3. — Auctor libri
de ecclesiasticis dogmatib. c. 53: Oportet peccatorem „sacerdotis iudicio
reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium et condemna-
tionem sui Eucharistiam percipere“. — *Leo M.*, Ep. 91 (al. 108),
c. 2: „Mediator Dei et hominum hanc praepositis ecclesiae tradidit
potestatem, ut et confitentibus actionem poenitentiae darent et eosdem
salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per
ianuam reconciliationis admitterent. — Cf. *Io. Chrysost.*, In Mt.
hom. 10, n. 5; de poen. hom. 6. in fine; *Athanasi.*, Ep. heortast.
7, n. 9; *Asterius Amasen.*, Hom. 13. Claris his testimoniis obstarere

non potest, quod Augustinus exemplo Iudae allegato in Ep. 48 disserit.

B) Idem piaeclare docet Cyprianus, Ep. 59, n. 1: „Legimus, quod ei, antequam poenitentiam plenam egisset et Domino Deo satisfecisset tamen Victori communicationem sibi concessam permisimus“. De lapsis n. 16: „ante offensam placatam indignantis Domini et minantis vis infertur corpori eius et sanguini“; ibid.: „ante purgatam conscientiam“; „Domini corpus invadunt, quando occurrat scriptura divina et clamet et dicat: quicumque ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini“ n. 12: „Confitemini dum satisfactio et remissio sacerdotis apud Deum valet“. — Item Dionysius Alex. ad Cononem scribens dicit de eis, qui sub exitum vitae veniam acceperint: *Toὺς γὰρ ἄπαιξ ἀφειμένους καὶ τῷ Θεῷ συντάντας καὶ πάλιν τῆς θείας χάριτος ποιησόντας ἀποθανέντας . πάλιν ἀνθυπάγειν τοῖς ἀμιαρήμασι ἀλογώτατοι*. — Item Aphraates infra citandus. — Item Ambrösius, De poen. l. 2, n. 26. — Caesarinus, Dial. interr. 194 receptionem in ecclesia aequo omnino ac remissionem peccatorum per baptismum voci „remittere“ ap. Mt. 18, 21 subicit. — Augustinus, Ep. 228 (al. 180), n. 8: „Si ministri desint, quantum exitium sequitur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt, vel ligati!“ — Hieronymus, Ad Marcellum: „Illi [Novatiani] ad omne paene delictum ecclesiae obserant fores: nos quotidie legimus: Malo poenitentiam peccatoris quam mortem“. — Celestinus I. ep. 4, n. 3: „Agnovimus poenitentiam morientibus denegari nec illorum desideriis anni, qui obitus sui tempore hoc animae suaee cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantae impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere et periclitantem sub onere peccatorum hominem, pondere, quo se ille expedire desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere?“

C) Idem confirmatur ipsis absolvendi formulis, quae ex antiquis libris poenitentialibus desumuntur, qui etsi vetustate sua priora saecula non attingunt, tamen antiquissimum ecclesiae usum referunt, ut Morinus probat in fine sui operis de poenitentia. Ita Poenitentiale Vallicellatum sacerdoti rogandum praescribit: „Domine Deus noster, qui offensione nostra non vinceris, sed satisfactione placaris, respice super hunc famulum, peccata et facinora sua confitentem, veniamque illi donare digneris et praeteritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis ovem perditam duxisti ad caulas et publicani precibus benignus aspiras. Remitte ei omnia crimina et peccata, da pro suppliciis veniam, pro morte vitam cunctorumque eius medere vulneribus et sicut nemo nostrum liber est a culpa, ita iste non sit alienus a venia. Per .“ — Similiter Poenitentiale Romanum Haltingarii: „rogamus et petimus nos humiles tui sacerdotes, ut remittasque omnia crimina et peccata universa condones. Per.

Cf. Constit. apost. l. 8, c. 9: *Παντόκρατορ Θεὲ αἰώνιε αὐτὸς καὶ νῦν πρόδεξαι τῶν ἵκετῶν σου τὴν μετάγνωσιν· ὅτι οὐκ ἔστιν ὃς οὐχ ἀμαρτίσεται σοι — καὶ ἀποκατάστησον αἵτοὺς τῇ ἀγίᾳ σου Ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ προτέρᾳ ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν.*

D) Idem confirmat usus loquendi in ritu confitendi graeco-slavico. In slavico recitato Ps. 4 sic oratur: Otpusti emu vsja pregrěšenija, vol'naja i nevol'naja i sotvori ego obeščnika (obščika) spaseniju, i sočetaj ego k o svjatej Tvoej Cerkvi (cf. orationem ante absolutionem: Sam i nyně umilostivisja o rabě Twoem N. N. i podažd' emu prošenie grěhov . i soedini ego svjatej Tvoej Cerkvi); et in ritu graeco in oratione absolutionis: Αὐτὸς οὖν Λέσποτα, συγχώρησον καὶ τὸν δοῦλόν σου, δὲ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις, οἷς ἐπραξε πλημμελήμασι δι’ ἐμοῦ τοῦ ἀραξίου καὶ εὐτελοῦς καὶ διαλλάγηθι, καὶ ἐνώσονταν αὐτὸν τῇ ἀγίᾳ σου Ἐκκλησίᾳ.

E) Denique explicari alioqui non posset, quod contra Novatianos hoc modo argumentum fiebat (v. g. Epiphani, Haer. 59, n. 4 —7), ut admissio apud Deum identificaretur cum admissione in ecclesia. (Cf. Palmieri, De poen. th. 9, II, 4).

Immo ipsa concessio poenitentiae fuit cum remissione peccatorum coniuncta. Cf. Conc. Arcausianum (a. 442) cn. 12: „Subito obmutescens, prout status eius est, baptizari aut poenitentiam accipere potest, si .“ — In scriptio ex a. 517. Aquis Sextiis ap. Maffeiūm, Antiqu. Gall. p. 100 („accepta poenitentia quiescit in pace“). — Augustinus, Ep. 228 ad Honor. („omnibus sacramentorum erogationem“). — Conc. Carthaginense IV (a. 398), c. 76 de tali homine, qui „oppressus infirmitate obmutuerit“ mandat, ut „accipiat poenitentiam“, sane non inutile quid! — Fusse rem probatam invenies ap. Palmieri, De poen. Append. § 2, n. 10 ss.; Schmidt in Katholik 1885, I, p. 349 ss.; Frank, Bussdisciplin B. V, K. 6, § 2 (811—828); De San, De paen. n. 242 s.; B. Francolin., Clericus Romanus² (Aug. Vindelic. 1796) l. 1, disp. 11, p. 158—167) et al. —

Iam vero propositio maior demonstranda est.

Prob. 1^o ex haeresi Novatianorum.

a) Novatiani non ad usum ecclesiae sibi faventein provocabant, quod certe fecissent affatim, si potuissent, neque enim testimoniorum inopia tum fuisset — sed scripturas se melius intellexisse putabant et his nitebantur. Contra adversarii priorem usum servandum urgebant, velut Dionysius Alex., Ep. 10 ap. Euseb. l. 7, c. 7.

b) A Patribus disciplinae Novatianorum novitas criminis datur; ita Pacianus, Ep. 3, n. 1. 2: „. prophetaavit? Suscitare mortuos potuit? Horum enim aliquid habere debuerat, ut evangelium novi iuris induceret.“ Augustinus, Ep. 93, n. 42: Nec tamen istos misericordes et pacificos, cum eis christiana sacraenta communicantes et eos intra unitatis retia tolerantes, donec ad litus perducti separarentur, tam immanis eorum error et impietas inquinabat; aut si inquinabat, iam tunc ecclesia malorum communione deleta est, nec

erat, quae pareret ipsum Cyprianum^a. Alii vocant Novatianos auctores disciplinae illius perniciosae. (Cf. Cypriani Ep. 59: „introduxit“).

c) Novatiani adversarios habuerunt statim ss Patres: quod alioqui fieri non potuisset.

d) Speciatim Tertullianus praeclarum rei huius testimonium exhibet. Is, Montanista factus, testatur se sententiam suam de poenitentia mutasse, quam prius „cum pluribus“ tenuerat: Ita loquitur, cum De pudie. c. 1. edictum de poenitentia moechis concedenda condemnavit: „Erit igitur et hic adversus psychicos [= cathlicos] titulus, adversus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis obiectent. Nunquam societatis repudium delicti praeiudicium est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. Nemo proficiens erubescit. Habet et in Christo scientia actates suas, per quas devolutus est, et apostolus . adeo divertit a sententiis pristinis, nec idcirco deliquit, quod „aemulator factus est“, non „paternarum traditionum“, sed Christianarum; Durissime nos infamantes Paracletum disciplinae enormitate digamos foris sistimus, eundem limitem liminis moechis quoqne et fornicatoribus figimus, ieunias pacis lacrimas profusuris, nec amplius ab ecclesia quam publicationem dedecoris relaturis“. Nec tunc forte tantum potestatem ecclesiae denegavit, cum prius iam usum non agnoverit; id quod expresse negat De pudicit. c. 21. — Atqui Tertullianus, cum catholicus esset, haec sentiebat: De poen. c. 7. enumeratis peccatis capitalibus, ad quae diabolus seducere tentat homines „Haec, inquit, venena eius providens Deus, clausa licet innocentiae ianua et intinctionis sera obstructa aliquid adhuc permisit patere. Collocavit in vestibulo poenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat, sed iam semel, quia iam secundo. Si tibi indulgentia Domini accommodat, unde restitucas, quod amiseras, iterato beneficio gratus esto, nedum ampliato. . Verum non statim succidendum ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis poenitentiae debitor fuerit; pigeat sane peccare rursus, sed rursus poenitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat; iteratae valetudinis iteranda medicina est; gratus in Dominum exstiteris, si quod tibi Dominus offert, non recusaveris. Habes, cui satisficias, et quidem volentem. Id si dubitas, evolve, quae Spiritus ecclesiis dicat“, et enumerat iterum peccata capitalia. Quibus verbis omnibus peccatis, etiam capitalibus ut stupri et idololatriae inde poenitentiae remedium proponitur, quod tandem sanitatem efficit ac baptismum. Nec, cum ita loquitur, de poenitentia extra ecclesiam agenda intelligi potest. Nam α) comparat hanc poenitentiam cum baptismo, β) poenitentia haec comprehendit „publicationem sui“, talem, quam nonnulli pudore „suffugiant“ vel „differant“; et quae condicio necessaria est ad salutem adipiscendam. „An melius est damnatum latere, quam palam absolviri?“ Nec te moveat, quod dicit confitendum esse Domino; nam paulo post ait eos, qui Domino contentur, presbyteris advolvi et caris Dei adgeniculari, et ita concludit: „Ergo, cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas“ γ)

comprehendit item „deprecationem“, quam nonnulli „subdueant“, sane ecclesiae, non Dei; δ) item absolutionem publicam („palam absolvi“), qua „malum factum est salutare“. ε) Quaestio illa (supra posita), utrum semel an bis poenitentia agi possit, non posset ab eo moveri; cum enim poenitentes ab ecclesia ad Deum relegati essent, ante vitae finem numquam absolverentur. — Cf. G. E s s e r, Die Busschriften Tertullians de paenitentia und de pudicitia und das Indulgenzedikt des Papstes Kallistus. Bonn 1905.

Prob. 2^o ex usu apostolorum.

Exempla apostolorum certe non potuerunt adeo negligi, ut ecclesia aetatis subsequentis prorsus aliam rationem inierit, nec hoc sine ullo tumultu fieri potuisse, cum vel propter solam dilationem absolutionis in ecclesia aetate Cypriani magna fuerit animorum commotio, qui tumultus tamen (ante Novatianos) nusquam traditus est. Ipsi apostoli certe etiam maximos peccatores in ecclesiam recipiebant. Id patet de s. P a u l o ex 2 Cor 2, 6 ss. et 12, 20 s., unde ipsi Patres contra Novatianos argumentabantur, velut T h e o d o r e t u s, D i v i n . decret. l. 5. de poen.; C y p r i a n u s, Ep. 52. ad Antonian. n. 26; E p i p h a n ., Haer. 59, n. 4—7 G r e g o r . N a z ., Or. 39, n. 18; cf. H e m i a s i u s et Ambrosiaster in h. l.; quod T e r t u l l i a n u s, De pudic. c. 14 negata identitate peccatoris electi, de quo agitur in prima et secunda Pauli epistola, dirimere conatus est. Idem de s. I o a n n e notum erat, quem E u s e b i u s (post Clementem Alex.) narrat suscepisse in ecclesiam (κατέστησε, al. ἐπιστήσατο: ita, ut praefectus sit ecclesiae) peccatorem maximum (ἔτοιμος λίσταρχος ἦν, βιαιότατος, μαν- φορότατος, χαλεπώτατος; Hist. eccl. l. 3, c. 23 Ex Apocalypsi nouimus argumentari, quia disputabatur, quis eius auctor fuisset.

Prob. 3^o. Exstant adhuc testimonia de usu praecipuarum partium ecclesiae antiquae; ubi notandum est testes, quos afferemus, plerosque maiorem partem ecclesiae cognovisse quam districtum, ubi degebant; nec unquam de diversitate usus mentionem fieri.

a) Testimonium de usu ecclesiae Romanae exhibet a) C l e m e n t i s R o m . Epistola ad Corinthios, n. 57: Ὅμεις οὖν οἱ τὸν καταβολὴν τῆς στάσεως ποιήσατες, ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις καὶ παιδεύθητε εἰς μετάνοιαν, κάμψατες τὰ γόρυτα τῆς καρδίας ὑμῶν ἀμεινον γρ ἔστιν ὅμιλος, ἐν τῷ ποιητῷ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ εὐλογίμους εὑρεθῆται, ἵνα καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐνοιρῆται ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ; n. 51: ὅσα οὖν παρεπέσαμεν καὶ ἐποιήσαμεν διά τιος τῶν τοῦ ἀντικειμένου, ἀξιώσωμεν ἀφεθῆται ὅμιλος καλὸν γρ ἀνθρώπῳ ἔξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων ἵνα σκληρῶνται τὴν καρδίαν αὐτοῦ.“ — β) H e r m a e Pastor, qui maximam tunc auctoritatem habebat (vis. 2, n. 2; vis. 3, n. 5, alibi), quem T e r t u l l i a n u s Montanista deridet: „Si qua te carnis vacillatio, animi avocatio, oculi evagatio de tenore decusserit, Deus bonus est: suis, non ethnicis, sinum subicit, secunda te poenitentia excipiet; eris iterum de moecho Christianus. Haec tu mihi benignissime Dei interpres. Sed cederem tibi, si scriptura Pastoris, quae sola moechos amat, divino instrumento meruisset incidi, si non

etc." — γ) Idem patet ex causa Marcionis, narrata a Tertulliano (De praescriptionib., c. 30) et Epiphaneo (Haer. 42, n. 1—3), cui haeresis et libidinis reo Romae venia concessa est et iterum promissa fuit, — δ) et ex causa Natalis narrata ab Eusebio (l. 5, c. 28), qui pro pecunia episcopus haeresis factus post multam poenitentiam vix tandem ad communionem admissus est (*μόλις κοινωνηθῆται*).

b) Testimonium de usu ecclesiae Corinthi hauritur ex Dionysii Corinthiorum episcopi (saec. II.) epistola ad episcopos Ponti, ubi secundum Eusebium (H. l. 4, c. 23) „πολλοὶ δὲ περὶ γάμου καὶ ἀγνείας τοῖς αὐτοῖς παραιτεῖ. Καὶ τὸν ἐξ οὗ δ’ ὅντες ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελίας, εἴτε μὴρ αἰρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιοῦσθαι προστάττει“. — Ceterum idem conici potest ex auctoritate epistolae Clementis Romani, quam apud Corinthios habuit; quam Eusebius (l. c.) Corinthi in ecclesia legi solitam esse testatur.

c) Testimonium de usu ecclesiarum Cappadociae et aliarum Gregorius Naz. perhibet, qui ortu Cappadox et multum in Oriente peregrinatus, cum archiepiscopus Constantinopolitanus esset, Novatianos vehementer impugnabat Or. 39, n. 18. 19.

d) Testimonio de usu ecclesiarum Asiae est Polycarpi, Ioannis discipuli, Smyrnaeorum episcopi, ad Philippenses epistola, n. 6: „Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὐσπλαγχνοὶ, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποτελανημένα . . . μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει, εἰδότες, ὅτι πάντες δρειλέται ἐσμὲν ἀμαρτίας“.

e) Testimonium usus ecclesiae Alexandrinae dat imprimis Origenes, Contra Celsum, l. 3, n. 51: Οὗτοι δὲ ὡς ἀπολωλότας καὶ τεθνητότας τῷ Θεῷ τοὺς ὑπ’ ἀσελγείας ἥτιος ἀπόπονταν νεκυημέρους, ὡς νεκροὺς πενθοῦσι· καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναστάτας, ἐάρι ἀξιόλογον ἐνδείξωνται μεταβολήν, χρόνῳ πλείονι τῶν κατ’ ἀρχὰς εἰς αγουμέρων ὑστερόρ ποτε προσίνεται· εἰς οὐδεμίᾳρ ἀρχήν καὶ προστασίᾳρ τῆς λεγομένης ἐκκλησίας τῷ Θεῷ καταλέγοντες“ etc. — Item Dionysius Alex. (ap. Eusebium, l. 6, c. 44), Ep. 4, ubi narrat de Serapione in persecutione lapsi, cui morituro Eucharistia data est; et Ep. ad Cononem (ap. Pitra, t. I., p. 546): „Καὶ τὸν πρὸς τῇ ἐξόδῳ γινομέρους τοῦ βίου, εἰ δέοντο καὶ ἴκετεύοντες ἀφέσεως, τυχεῖν πρὸ δρφθαλμῶν ἔχοντες εἰς ἣν ἀπίστοι κρίσιν, λογιζόμενοι ἂν πείσονται δεσμῶται καὶ κατάδικοι παραδοθέντες· πιστεύοντες δέ, εἰ ἐντεῦθεν λυθεῖν, ἄνεσιν ἔξειν καὶ κονφισμὸν τῆς ἐκεὶ τιμωρίας· ἀληθῆ γὰρ εἶναι καὶ βεβαίαν τὸν εὐδοκίαν τοῦ Κυρίου· καὶ τούτους ἐλευθέρους παραπέμπειν τῆς θεοπρεποῦς ἐστι πολιτείας καὶ φιλαρθρωπίας“. Et Ep. 3 (ap. Euseb., l. 6, c. 42): „Ἄντοι τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ’ ἡμῖν, οἱ τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοί, καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ καὶ συγδικάζοντες αὐτῷ, τῶν παραπεπικότων ἀδελφῶν τινας ἓπενθύρους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομέρους, προσελάβοντο. Καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάροιαν αὐτῶν ἰδόντες, δεκτήν τε γενέσθαι διναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθ’ ὅλου τὸν θάρατον τοῦ ἀμαρτιολοῦ ὡς τὴν μετάροιαν δοκιμάσαντες, εἰςεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν, καὶ προσενχῶν αὐτοῖς καὶ ἐστιάσεων ἐκουιώνησαν“

f) Usus ecclesiae Antiochenae constat ex s. Ignatii martyris Ep. ad Philadelphenses, n. 8: „Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ Κύριος, εἰν μετανοήσωσιν εἰς ἐνότητα Θεοῦ καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου· ibid., n. 3: καὶ ὅσοι ἦν μετανοήσαντες ἐλθῶσιν ἐπὶ τὸν ἐνότητα τῆς ἐκκλησίας (qui ab ecclesia desciverant), καὶ οὗτοι Θεοῦ ἔσονται, ἵνα ὕσιν κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ζῶντες“. — Eundem usum Constitutiones apostolicae, quae praecipue in Syria magna pollebant auctoritate, l. 2, c. 13 tradunt: „Σὺ οὖν [episcope!] οὕτω κρῖνε, ὡς Θεῷ δικάζων. Τοῦ γὰρ Κυρίου, φησὶν, ή κρίσις. Πρῶτον οὖν ἀπ’ ἔξουσίας τὸν ἔροχον καταδίκαζε· ἔπειτα μετ’ ἐλέον καὶ οἰκτισμοῦ καὶ προσλήψεως οἰκειοῦ, ὑπισχρούμενος αὐτῷ σωτηρίαν, εἰ μετάθοιτο τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς μετάνοιαν χωρίσῃ· μεταμελόμενον δὲ στύφων προσδέχον, μεμρημένος τοῦ Κυρίου εἰπόντος· ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἐνὶ ἀμαρτωλῷ μετανοοῦντι, c. 14: Ἐὰν δὲ τὸν μετανοοῦντα μὴ προσδέξῃ, ἐπιβούλοις αὐτὸν ἐκδοτον παρέχεις Λέξαι οὖν τὸν μετανοοῦντα, μὴ διστάζων δλως, μηδὲ παρεμποδιζόμενος ὑπὸ τῶν ἀγηλεῶν (al. πονηρῶς) λεγόντων, μὴ δεῖν τοιούτοις συμπιολύνεσθαι, μήτε λόγου κοινωνεῖν etc.“

g) Usum ecclesiae Syrorum cognoscimus ex Aphratae, Demonstrat. VII. de poenitentib. n. 8. 11. 23. 25—27: Aliquis vero delictum confitentibus poenitentia non conceditur. O dispensator domus Christi! sodali tuo poenitentiam concede et memento Domini nrum tuum non respuere poenitentes.

h) Usum ecclesiae Africanae Cyprianus testificatur, cum nulla indicata clementiae novitate vel gravissimis peccatoribus, si poeniteat eos, veniam concedendam esse dicit; qui certe ad usum ecclesiarum et traditionem semper respiciebat. (Cf. Ep. 68, n. 5). Cf. etiam Tertulliani testimonium supra positum.

i) De usu ecclesiarum Galliae Irenaeus a Polycarpo instructus, Lugdunensis episcopus, certiores nos reddit Contra haer., l. 1, c. 13, n. 5—7; c. 6, n. 3. Ubi mulieres nonnullas postquam cum Marco haeresarcha aliisve gnosticis et contra religionem et contra castitatem peccavissent, exomologesi facta conversas esse ad ecclesiam Dei narrat Idem ex Epistola per ecclesiam Viennensem et Lugdunensem de martyribus a. 177 passis ad ecclesias Asiae Phrygiaeque missa emergit, quam Eusebius in historia sua ecclesiastica recepit, ubi de lapsis in persecutione dicitur: οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τῇ ἐκκλησίᾳ προσετέθησαν.

k) Usus ecclesiarum Hispaniae colligitur ex epistola, quam Synodus Hispana ad Cyprianum et alios in Africam misit, quod Basilidem Legionensem et Martialem Asturicensem, episcopos in persecutione lapsos, solum ad laicorum communionem admiserint. Quibus Cyprianus, Ep. 68 inter alia respondit: „Quapropter cum obtemperasse se idolatriae et Christum negasse contestatus sit, cumque alia multa sint et gravia delicta, quibus Basilides et Martialis implicati tenentur, frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, maxime

cum iam pridem nobissem et cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis etiam Cornelius collega noster decreverit huiusmodi homines ad poenitentiam quidem agendum posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Quare etsi aliqui de collegis nostris exstiterint, qui deificam disciplinam negligendam putant et cum Basilide et Martiale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet" etc.

Itaque ad dub. 1. respondemus nunc nostra ne hoc quidem interesse, num Cyprianus erraverit; ceterum hac de re infra fusius agendum erit. "Cum vero Augustinus ait poenitentiae tempora constitui, ut fiat satis etiam ecclesiae, sententia eius est, quod cum oporteat remissionem ab ecclesia dari, oportet quoque ipsam nosse, an peccatorem vere poenituerit, quod cum peccator exercitio praescriptae poenitentiae notum faciat, eo ipso eidem fit satis". Palmieri, De poen. th. 9, p. 79.

Ad. 2. Apostolus, si sacramentaliter eum non absolvit, non est usus tota potestate sua; ceterum, cur a peccato eum aliis non potuerit absolvere, non ante (Oswald, Sacr., Th. 5, § 5), sed post excommunicationem sublatam!

Ad. 3. Qui fuerit sensus formae deprecative, accipe ex allegato iam e. 9. I. 8. Constitut. apost.: καὶ ἀποκαταστησον αὐτὸν τὴν ἀγίαν σου Ἐκκλησίαν.

Ad. 4. Apostoli certe praedicabant baptismalem imprimis poenitentiam ut virtutem, regeneratis iam praedicabant poenitentiam ut necessariam condicione remissionis.

Ad 5. Ita loquitur, et loquitur dubie atque incerte, quia certum non erat, utrum monentem auditurus sit Simon necne. Sušil in h. l. — Ammonius existimat Petrum ambiguë loqui, ut Simonem territum ad maiorem et ferventiorem impellat poenitentiam. — Cornelius a Lapide respondet: 1^o „τὸ forte non est dubitantis, sed potius expletiva confirmantis particula; graece enim est ἄρα“ ... et allegatis exemplis e lingua graeca 2^o, „τὸ forte significat dubium eventum et effectum remissionis ex dubia causa“.

Ad 6. Cf. Thes. 10, p. II, resp. p. 1^o, D.

Ad 7. Aqua baptismali fideles asperguntur, ut recordentur se omnes baptismo esse sanctificatos. — Usus aquae lustralis iam apud ethnicos fuit, qui templum intrantes se aspergebant vel a sacerdote aspergebantur. Nec similitudo ritus consecrandi aquam baptismalem et lustralem quidquam probat.

Ad 8. Idem Augustinus Serm. 351, n. 7 ss. rem explicat: „Tertia est actio poenitentiae, quae pro illis peccatis subeunda est, quae legis decalogus continet et de quibus apostolus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. In hac ergo poenitentia maiorem quisque in se severitatem debet exercere, ut a se ipso iudicatus, non iudicetur a Domino, sicut idem apostolus ait: Si enim nos iudicaremus, a Domino non iudicarremur... Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis Domini, ut qui separari a regno coelorum timet per ultimam sententiam summi iudicis, per ecclesiasticam disciplinam a sacramento caelestis panis interim separetur... Quisquis ergo post baptismum aliquorum pristinorum malorum opere obligatus tenetur, usque adeone sibi inimicus est, ut adhuc dubitet vitam mutare, cum tempus est, cum ita peccat et vivit? Nam utique quod ita perseveranter peccat, thesaurizat sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei. Quod autem adhuc vivit, patientia Dei ad poenitentiam eum adducit. Implicatus igitur tam mortiferorum vinculis peccatorum detrectat aut differt aut dubitat configere ad ipsas claves ecclesiae, quibus solvatur in terra, ut sit solitus in caelo; et audet sibi post hanc vitam, quia tantum Christianus dicitur, salutem aliquam polliceri; nec veridico illo dominicae vocis tonitru contremiscit, Non omnis, qui dicit mihi: Domine Domine! intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum? Quid, ad Galatas idem

apostolus, nonne talia enunnerans eodem fine concludit? . . quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Iudicet ergo se ipsum homo in istis voluntate, dum potest, et mores convertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam praeter voluntatem a Domino iudicetur. Et cum ipse in se protulerit severissimae medicinae, sed tamen medicinae sententiam, veniat ad antistites, per quos illi in ecclesia claves ministrantur; et tamquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a praepositis sacramentorum accipiat satisfactionis suae modum, ut in offerendo sacrificio cordis contribulati devotus et supplex, id tamen agat quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum; ut si peccatum eius non solum in gravi eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque huc expedire utilitati ecclesiae videtur antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere poenitentiam non recusat, non resistat, non letali et mortiferae plague per pudorem addat tumorem . Nemo arbitretur, fratres, propterea se consilium salutiserae huius poenitentiae debere contemnere, quia multos forte advertit et novit ad sacramenta altaris accedere, quorum talia crima non ignorat. Multi enim corriguntur, ut Petrus; multi tolerantur ut Iudas; multi nesciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminet abscondita tenebrarum et manifestet cogitationes cordis". Cf Caesar. Arelat., Hom. 1 in Quadrag. — Ceterum cf. hac de re (de remissione leviorum peccatorum in ecclesia antiqua) Vancandard in Revue du clergé français 1901 et Mattioli in Scuola cattolica (Milano) 1901.

Ad 9. a) Non haeretici tantum (Calvinus, Magdeburgenses), sed etiam catholici, ut Carranza, Toletanus archiepiscopus, Melchior Canus (De locis theolog. l. 5, c. 4.), Baronius (Annal. t. IV.), Bellarminus (De imaginib. l. 2, c. 9), alii responderunt, synodus Illiberitanam non modo nusquam ab ecclesia fuisse generaliter et in omnibus approbatam, sed et nonnulla completi, quae Novatiani ac Vigilantii erroribus vicina sunt. Sed Ferdinand. de Mendoza (De confirmando conc. Illib. ap. Mansi II., 57) multis argumentis probat auctoritatem eius synodi diu viguisse. Respondet igitur ipse et Natalis Alex. (saec. IV., dissert. 7) communionis nomine non absolutionem intelligi, sed Eucharistiam. Cf. can. 3: de „dominica communione“; cn. 47: „edere de communione“; cn. 32: ubi energumeno (ecclesiae in membro) in fine vitae conceditur communio; cn. 54: „abstineant se a communione“; cn. 76 de „laica communione“; cf. c. 50. 61. 67. 78. De quibus decretis Innocentius I., Ep. 3: „De his, inquit, observatio prior durior Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur poenitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebrae persecutioessent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa poenitentia, ne totum penitus negaretur“. Nec Adrianus I. citans can. Illiber. 75, aut Conc. Colonense recipiens cn. 13 nomine communionis absolutionem a peccatis intelligere potuerunt. Cf. Palmieri, De poen. th. 9, p. 87 s. ubi addit etiam „probabile non esse Hispanos patres voluisse adeo discedere a communi praxi ecclesiae Africanae et Romanae, in quibus absolutio eorum criminum, quae a concilio Illiber. notantur, concedebatur, et voluisse proxim firmare, quae Novatianae haeresi adeo faveret“. Ad cn. 69 notat Coll et, De poen. p. II., c. 5 (Migne col. 536): „Nihil est, cur reconciliationis et communionis vocabula hic promiscue sumi dicantur. Docet enim breviter synodus 1º coniugatum, qui semel lapsus sit, post quinquennalem poenitentiam reconciliari debere. Sed quia hinc inferri poterat privandum eum esse communione . docet 2 quod urgente necessitate ante emensum poenitentiae curriculum et reconciliari debeat, et communione refici“. Ad cn. 68 dicendum est, catechumenam baptismino indignam aliter puniri non potuisse ac dilatione baptismi. Ceterum usque ad mortem nonnulli sponte eum differebant, quo securius salvarentur.

b) Idem responderi potest atque ad a). Ceterum ne id quidem certo comprobatum est. Nam illud μέχρις ἔξοδου (cn. 21) non excludit communionem

in fine concedendam ; neque in canone 22. contineri mitigationem inde probatum est, quod talis etiam canone 21. et 23. introducta sit; praesertim cum in can. 23 ὁ δέοτερος ἡρός potuerit iam existere et a synodo confirmari. Nec facile praetenta interpretatio synodi Ancyranae cum en. 13. Concilii Nicæenæ, paulo post in eodem oriente celebrati (cf. et en. Aneyr. 6.) conciliabitur. Sane recte monet contra Morinum Chardon, Hist. des sacrem., Pénit., s. 4, ch. 8: „De plus, si les malades, dont il est question, n'avaient point reçu l'Eucharistie dans l'extrémité, où ils étaient, pourquoi le concile de Nicée et les autres de ce temps-là auraient-ils ordonné qu'ils ne la recevront pas, s'ils reviennent en santé, mais qu'ils demeureront dans la consistance, communiant seulement aux prières? Pouvait-on croire que ceux qui n'avaient point reçu la communion en cet état, y prétendraient étant en pleine santé et en état de faire pénitence?

c) Edictum illud alii tribuunt Zephyrino (Baronius, Guignebert, Straub), alii Callisto (De Rossi, Funk, Bardenhewer, De San, Rolffs, Smirnov), alii alicui probabiliter Africae episcopo ex iis, quos Ep. 85. Cyprianus indigitat (Tillemontius, Collet). In ultima sententia nulla omnino est difficultas. In priorum alterutra dicemus non sequi hinc contrarium praecessisse ; potuit prior usus confirmari ; et ut de solis moechis decretum fieret, controversia alicubi orta effecit. Ceterum verba „poenitentia functis“ videntur potius plenae reconciliationi convenire, quamquam alii, ut Bertus (Dissert. 2, c. 9, prop. 6), hinc probare conantur remissionem peccatorum denuo poenitentia peracta tributam esse. — Ad secundam dubitationis partem Morinus l. 9, c. 20 et Natalis Alex., Diss. 7. respondent Tertullianum falso calumniari catholicos asserentem vel supponentem in ecclesia catholica veniam idololatri et homicidis semper fuisse negatam et tuū primum pacem moechis fuisse concessam. Cum adiunctā compositionis huius libri De pudicitia ignota sint, conicere licebit, eum edicto illi episcopo episcoporum obicere disciplinam erga idololatras et homicidas ab aliquibus Africae episcopis servataam vel eum decretum illud malevole explicasse, acsi id, quod explicite nominatum est, exclusive praceptum esset. Nec responsum hoc vanum effugium est. Nam Tertullianum testem esse veri antiquae ecclesiae usus probavimus. Insuper ex pluribus locis in eodem eius libro (De pudic.) concludi potest, quid adversarii eius ea de re senserint. Ita enim refert catholicos argumentantes : „Nihil enim agendum est frustra ; porro frustra est poenitentia si caret venia. Omnis autem poenitentia agenda est. Ergo omnis veniam consequatur.“ Praeterea refert eos ad parabolam ovis perditae, drachinae amissae, filii prodigi provocasse. Atqui rationes hae aut manifesto nihil valebant, aut ad proxim (non solum theoriam) omnium peccatorum remittendorum probandam afferebantur. — Ceterum Marano (Praef. ed. op. Cypriani § 9) et Peters (in Katholik 1876, II. p. 115—121) videtur Tertullianus dimicare contra adversarios ex ipsis Novatianis, parum sibi constantes. Cf. c. 1: „Sed hoc in ecclesia legitur...“

d) Ignoti huius auctoris, quem alii putaverunt fuisse Origenem (Müller, Migne), alii censem fuisse Hippolythum (Döllinger, Lightfoot, Erbes, Bardenhewer, Funk etc.), alii Tertullianum (Bern. Jungmann; cf. c), alii Novatianum (Grisar), et qui de ss. Trinitate errabat putans Verbum separatum esse a Patre nec tempore Callisti videtur, sed post eum scripsisse, huius igitur auctoris sententiam, cum sane falsum esse primum Callistum „ea quae ad voluptates faciunt“ remisisse ex Herma, Irenaeo, Tertulliano notum sit, ita explicat Bern. Jungmann, ut concedat primum Callistum statim perfecte recepisse libidinis reos, cum prius plena reconciliatio ad mortem esset differri solita. Triplex aliud responsum A. Straub proposuit. Respondet α) Quid, si Callistus, non sane primus criminis lasciviae hominibus condonavit, sed, ut condonarentur, prius edicto publico et sollempni statuit? β) Vel quid, si collatis verbis Tertulliani de edicto tali Callistus tamquam pontifex maximus et ipsorum quoque episcoporum episcopus et fidelium Christi omnium supremus in hac terra pastor, immodicae episcoporum non-nullorum severitati se opponens, declaravit, hominibus baptizatis omnino

omnibus, etiam non Romanis, a iudicio episcoporum suorum vel haereticorum ad ipsum provocantibus et confugientibus peccata seu generatim omnia seu moechiae speciatim, rite quidem poenitentibus se esse dimisurum? Ita quidem licet rem explicare in hypothesi, si auctor Philosophumenon edictum idem respicit ac Tertullianus. γ) Ceterum haec hypothesis vix sustineri potest. Nam cum edictum a Tertulliano recitatum agat potius de catholicis, qui poenitentia laboriosa fungi debeant, edictum, quod refert auctor Philosophumenon, pro contextu integro agit de haereticis, non tamen omnibus, sed in haeresi ipsa baptizatis et post peccata carnis ad ecclesiam accedentibus; quos Agrippinus Carthaginiensis aliisque episcopi catholici, utique sine ulla poenitentia canonica, denuo baptizabant, Callistus mere reconciliando nec iam imponendo poenitentiam diuturnam, fortasse vere primus ecclesiae aggregaverit secundum modum illum ab Innocentio I. expositum (Ep. 24, n. 4): „Eorum [Arianorum] laicos conversos ad Dominum, sub imagine poenitentiae ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus.“ Quo etiam spectat, quod teste auctore Philosophumenon, peccata commissa ab hominibus illiusmodi a Callisto non inputentur (*οὐ λογίζεται*), nempe ad poenitentiam diutinam subeundam; cf. dictionem similem Paciani, Ep. 3. ad Sympron., n. 11: „Quid solvo gentibus, quod non est ligatum?“ Cf. Peters in *Katholik* 1876, II., p. 123—5.

e) Respondemus α) Si ante Cyprianum negata fuisse lapsis in persecutione venia, non posset explicari a) cur Cyprianus omnibus locis de sola immaturitate reconciliationis vel de condicibus neglectis quereretur, b) cur numquam ad priorem severitatem provocaret, c) quomodo fieri potuisse, ut lapsi tam importune communionem flagitarent, clerici nonnulli tam facile concederent.

β) ad Ep. 55: Hoc propter speciale malitiam haereticorum, de quibus agitur, evenit. Dicit enim: „Namque ut gaudent, cum tolerabiles redeunt, ita fremunt, quoties inemendabiles et superbi sic ad ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant.

γ) ad Ep. 52, n. 3: Mitigatio in eo fuit, quod prius omnibus lapsis (saltem a martyribus non adiutis) communionem non concedebat nisi longam vel saltem comparatis aliis sceleribus longiorem poenitentiam egissent, postea, cum magnus numerus lapsorum fuisse, distinctis variis lapsorum speciebus (Ep. 52, n. 12 ss.) poenitentiam pro gradibus culpae restrinxit et omnibus lapsis, etiamsi martyrum libellis non essent adiuti neandum plene satisfecissent, in articulo mortis saltem eucharistiae participationem concessit. Ita rem esse explicandam patet a) ex Ep. 52, n. 21 s. et Ep. 54, n. 1. 4. 5; cf. etiam Ep. 57, n. 3; 67, n. 2. 4. b) ex eo, de quo praecise severus ille Antonianus conquestus est Ep. 52, n. 2; cf. n. 11 s.

δ) ad Ep. 13: Quod non omnibus lapsis ab initio persecutionis veniam expresse promisit, inde potuit fieri, quod novum id erat, cum longa ecclesiae quies praecessisset vel quod sive tunc sive prius nonnulli episcopi severiores se praebuerant, ideoque Cyprianus exspectare lapsos iussit, donec per synodum futuram uniformis procedendi modus statueretur, vel quod cavere voluit, ne numerus lapsorum prominissa venia augeretur.

ε) ad Ep. 52, n. 23: Si communicatio et pax, quam ibi denegat, intelligenda est absolutio sacramentalis a peccatis, certe fuit particulare decretum („censuimus“), non usus universalis ecclesiae; quodsi Cyprianus tales homines non posse esse rite dispositos putavit, erravit. Verum illa communicatio et pax intelligi potest absolutio ab operibus poenitentiae cum communione Eucharistiae; quod quidem cum textu difficilior conciliatur, praesertim cum eis, qui carent „delicti poenitentia“ nulla conveniat absolutio et cum textus eiusdem epistolae paralleli aliud exigere videantur („ut nec in totum spes communicationis et pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent“; quaecumque ad pacem pertinent, facies, sed nullam pacem, quam quaeris, accipies“, „qui ex toto corde poenituerint et rogaverint, in ecclesiam debent suscipi“), sed magis consonum est cum eiusdem verbis: „In isto adhuc mundo manenti poenitentia nulla sera est.

Patet ad indulgentiam Dei aditus et querentibus atque intelligentibus veritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu et vitae temporalis occasu pro delictis roges venia confitendi datur et credendi indulgentia salutaris de divina pietate conceditur, et ad immortalitatem sub ipsa morte transitur". Ep. ad Demetrianum.

f) Clerus Romanus haerebat in determinanda poenitentia (quoad tempus), quia pro adiunctis particularibus persecutionis illius sub Decio, quae post longam tranquillitatem irrupit, lex nulla aderat. Temperamentum vero mediocre, de quo agitur, non est interpretandum „eine kleine Milderung“ (Funk), sed idem est ac media agendi ratio (cf. ibid. n. 7 : „temporis facto temperamento“; et ep. 30, n. 2 : „lapsorum animos temperare“) statuta non ea quidem inter negatam prius veniam et nunc facillime a quibusdam concessam — alioquin enim cleris priorem ecclesiam crudelitatis accusasset, sed inter duo extrema vel per se possibilia vel duarum factiūm schismaticarum, „quae tunc ecclesiam turbabant: quarum una crudeliter nimis pacem lapsis negabant, altera nimis temere et inconsiderate lapsis, licet congruam nondum egissent poenitentiam, pacem dabat“ Hurther, Theol. dogm. comp. T. III., tract. 9, n. 455. Ubi mitigatio sane facta non est. Cf. „properata nimis remedia“; „intelligent non momentaneam neque praepropteram desiderare medicinam“; „praestare patientiam“ „in ipsius postulationis lege“; et in Ep. 30, n. 3: „productioris temporis“; „dilatos esse“; „dilationum remediis“ etc. — Nec concessiones aegrotis tunc demum factae sunt. Nam Ep. 2. inter Cypr. idem cleris scripserat ad clericum Carthaginensem: „si, qui in hanc tentationem inciderunt, coeperint apprehendi infirmitate et agant poenitentiam facti sui et desiderent communionem, utique subveniri eis debet, sive viduae, sive clinomeni, qui se exhibere non possunt, sive hi, qui in carceribus sunt, sive exclusi de sedibus suis, utique habere debent, qui eis ministrent.“ Et Ep. 31, n. 2 „tenendam“ scripserunt esse severitatem debitam, ergo non putabant eam esse mitigandam. Et iterum „disciplinae semper custoditam rationem“ appellant, non igitur novatores.

g) Non posse Origenem hic gravioribus criminibus negare veniam manifestum est α) ex eiusdem testimonio de usu ecclesiae Alexandrinae supra relato (C. Celsum l. 3, n. 51); β) ex verbis in eodem libro De oratione paulo praecedentibus: Ο δὲ ἐμπνευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ . ἀφῆσιν ἢ ἀφῆσθε ἡ θεὸς καὶ χρᾷ τὰ ἀνίστα τῶν ἀμαρτημάτων. Igitur sensus eius loci haud scio an sit: perperam quosdam veniam tribuere, antequam peccator poenitentiam convenientem egerit. Ceterum, cum l. c. de sacerdotibus agat, postquam de episcopis et presbyteris iam dixit, suspicari licet etiam id, eum de casibus reservatis loqui. Denique non spernenda est sententia eorum, qui hunc locum ita intelligunt, ut Origenes directe solum dicat, sacrificium impetratorum et propitiatorum ex disciplina recta vel Spiritus doctrina non esse offerendum pro peccatoribus omnibus, ut excommunicatis (cf. Cypriani Ep. 66, n. 2), neque orationem quandam simplicem factam pro peccatoribus insignioribus sufficere ad poenitentiam veram ipsis obtinendam proindeque absolutionem impertiendam, praesertim quidem eam, qua et secundum poenas omnes debitas culpa remittatur; quo pacto locus artius cohaeret argumento libri, qui est de oratione.

h) Gregorius l. c. tantum dubium se ostendit, qualis poenitentia imponenda sit homicidis talibus, de quibus interrogatus erat. Et ex canone sequente de raptoribus conicere licet potius auctam quam mitigatam esse severitatem.

i) Respondemus cum Palmieri (De poen. th. 9, III b) p. 93): „Si ecclesia veniam negavit idololatris, moechis, homicidis etiam poenitentibus et quantumvis poenitentibus, ea vel ab enormi inobedientia erga Christi legem vel ab errore in fide nequit liberari: atqui id absurdum; ergo. Sane dogma fidei non est tantum potestas facta ecclesiae remittendi quolibet peccatum, quod dogma in opinione, quam impugnamus, maneret in tuto, sed dogma est quoque necessitas exercitii potestatis huius, ut assequantur

fideles remissionem peccatorum ; ita ut nisi solvat ecclesia, peccata a Deo perpetuo retineantur. Hoc posito quaerimus : Ecclesia primo et altero saeculo noverat id an ignorabat ? Si noverat, noverat profecto sicut obligationem sibi inesse potestatem exercendi, cum debitae condiciones adessent : neque enim pro se, sed pro aliis potestatem acceperunt ecclesiae pastores. Condiciones vero non alias ecclesia postulare poterat, quam quae possibles sint hominibus in hac vita, quibus Deus veniam voluit semper paratam esse : cur ergo ecclesia poenitentibus et maxime poenitentibus veniam negabat ? An putabat fieri per gratiam Dei non posse, ut illi homines vere converterentur et poenitentiam agerent ? Id quidem haereticum fuisse ; sed constat ecclesiam id non putasse iuxta ipsos adversarios, quia censebat a Deo posse hos peccatores veniam consequi, quod sine vera poenitentia fieri nequit. Si ergo ecclesia noverat necessitatem usus potestatis clavium pro obtainenda venia peccatorum, enormiter in damnum fidelium abusa fuisse sua potestate, negando etiam rite eam postulantibus solutionem. Si autem dicas ignorasse hanc necessitatem ecclesiam, adverte, quod, cum res ageretur in quotidiana praxi sita, moraliter impossibile erat, quod non occurreret pastoribus ecclesiae haec quaestio : exercitium meae potestatis estne necessarium ? Quod cum negari non possit, restat, ut haec veritas clara semper fuerit et certa in ecclesia. Sane ad hanc praxim negandae solutionis, si serio fiebat, aliquod iudicium mentis praevertere oportebat, quod eam regeret ; hinc dici nequit, quod exstiterit solum defectus iudicij huius : exercitium sc. huius potestatis est necessarium ; sed oportuit esse iudicium positivum, quod solum poterat esse ratio huius continuatae negationis, seu ratio, cur censeret ecclesia se bene agere in tali administratione sacramenti, quod iudicium debebat esse hoc : exercitium meae potestatis non est necessarium ; quod haereticum est. Quod quis ecclesiae tribuet ? Ratum sit ergo et fixum nunquam negasse ecclesiam cuilibet peccatori rite poenitenti veniam.

Quocirca, si factum hoc demonstraretur, negatam fuisse olim ab ecclesia quibusdam criminibus veniam, consequens colligendum ex demonstratione istud unice foret : nimurum veniam et remissionem, de qua agebatur, non fuisse solutionem a culpa coram Deo, sed fuisse remissionem totius poenae, sive, quod nunc dicimus, indulgentiam plenariam, quae poenitentiā praescriptā functis dabatur, quae tamen pro certis criminibus negata fuisse ab ecclesia, impetranda tantum a Deo : qua in re suo iure usus esset ecclesia.“

Eos, qui similem saltem ecclesiae antiquae affingunt severitatem, simili modo refutare possumus. Ita idem scriptor p. 95 : „Si negabatur, inquit, venia pro peccatis admissis post sollempnem poenitentiam, vel id ex eo erat, quod decesset potestas remittendi crimina relapsis, vel quod necessarium medium pro obtainenda remissione credebatur poenitentia sollemnitas aut publica, vel quod credebatur non posse vere poenitere eos, qui rursus peccassent. Atqui primum est evidenter falsum : secundum tum se ipsum destruit, — nam si id creditum fuisse, fuisse et plures concessus locus humillimae poenitentiae, — tum falsum est, quia non omnibus peccatoribus nec omnibus delictis dabatur ea poenitentia ; tertium absurdum est ; ergo.“

Ceterum primo saeculo poenitentiam multo mitiorem fuisse quam tempore Novatianorum conici potest vel ex usu vocabuli exomologesis pro poenitentia publica ; qui certe oriri non potuit nisi eo tempore, ubi confessio peccatorum in tota poenitentia fuit maximum et insignissimum. Cf. Bickell in Ztschrft f. kath. Theol. Innsbruck 1877, p. 420.

Ad 10. Veniam clinicis saltem generaliter in universa antiqua ecclesia negatam non esse patet :

A. ex Caelentino, qui scripsit ad episcopos provinciae Viennensis et Narbonensis, ut „disciplinam ecclesiasticam“ ibi restitueret : „Agnovimus poenitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animae suae cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantae impietatis aliquem reperiri, qui de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere et periclitantem sub

onere peccatorum hominem, pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere eiusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere. Salute ergo homini adimit, quisquis mortis tempore practeriti poenitentiam denegarit. Et desperavit de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel momento posse non credit.“

B. ex Leonis M., Ep. 108 ad Theodorum episc. Foroiul. c. 1: „Quid, de poenitentium statu ecclesiastica habeat regula, non facebo.“ c. 4: His . . qui in tempore et in periculi urgentis instantia praesidium poenitentiae et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliationis deneganda, quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniae moras conuersio“. c. 5: „Verum, ut dixi, etiam talium [qui „ad paucarum horarum se reservant incertum“] necessitatibus auxiliandum est, ut et actio illis poenitentiae et communionis gratia, si eam etiam amissio vocis officio, per indicia integri sensus postulant, non negetur“.

C. ex Dionysii Alex., Ep. ad Cononeum, n. 2: Καὶ τοὺς πρὸς τὴν ἔξ-
όδῳ γινομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο καὶ ἀκεφάλως τυχεῖν . . καὶ τούτους
ἔλευθέρους παραπέμπειν τῆς θεοπρεποῦς ἐστι πολιτείας καὶ φιλανθρωπίας. Cf. etiam
Augustin., De adult. coniug., l. 1, c. 28.

D. ex decreto Conc. Nicaeni, c. 13: Καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς
οὐτινογούν ἔξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκι-
μασίας ἐπιδέστω.

Sed nec ulla argumenta videntur adesse, quae saltem alicubi talem
usum viguisse probent.

Nam a) Cyprianus l. c. loquitur imprimis tantum de lapsis. Quomodo
vero hic locus explicari possit, iam monuimus in responso ad dub. 9, e), ε.

b) Respondebat Collet (Migne, C. th. XXII., col. 543): „Cum ad sacram
synaxim digni etiam requiruntur poenitentiae fructus, non minus de Eucha-
ristia, quam de absolutione, intelligi potest praedictus canon“.

c) Respondemus, si Innocentius voce communionis intellexisset abso-
lutionem a peccatis, nisi de priore observatione erravit (Heinrich, Dogmat.
Theol. X. Bd., S. 43 § 562) potuit tantum aliquem particularem usum veniae
recusandae clinicis respicere. At reapse intellexit Eucharistiam. Nam a) poenitentiam
concedi sine absolutione Novatianorum erat, non ecclesiae catho-
licae; b) sane „durior remissio“ etiam est remissio: γ) cf. Pius VI., Bull.
Auctorem fidei. — Ad difficultatem ex verbo „securos“ respondet Collet
(Migne col. 545): „Etsi non omnino deerat securitas reconciliationis cum
Deo, qualis sc. per absolutionem et contritionem haberi potest, at deerat
securitas publicae cum ecclesia reconciliationis. Unde cum ii, qui hactenus
steterant in fide, viderent lapsos perinde ut excommunicatos haberet, non
dubium est, quin a labendi tentatione potenter retraherentur. Ecquis, ut
composita sunt hominum ingenia, non magis ab adulterio abstineat metu
excommunicationis denuntianda, quam sibi denegandae a confessario ab-
solutionis? Adde, quod longe securius salutem sperare posset, qui eius in
Eucharistia pignus recipiebat, et sollemniter ecclesiae reconciliatus per im-
positionem manuum, suffragiis eius adiuvabatur, quam qui, ut gravius
lapsi, hisce praesidiis destitutus erat“. Deinde, quod communio illa concessa
est in oppositione ad Novatianos, attendatur oportet non dici: ne sequamur,
sed ne sequi videamur. Scilicet „cum Novatiani ex sua sententia et veniam
et reconciliationem cum ecclesia sacramque communionem negandam esse
lapsis contenderent, qui primo, quod frequenter secreto fiebat, concesso,
alterum, quod omnibus notum esse poterat, negabat, poterat vulgo videri
subsequi duritiam Novatiani“. Palmieri, De poen. th. 9, III., a. Denique
quod dicitur „ut a perpetuo exitio vindicentur“, hic effectus intentus si
tribuitur etiam communioni eucharisticae, quod is, qui eius expers est, non
habebit vitam aeternam, nostra in praesens non interest, dummodo id
componatur cum verbis „ne totum penitus negaretur“ et „duriorem remis-
sionem fecit temporis ratio“.

Ad 11. Respondemus *A.* a priori: Talis disciplinae sequela esset desperatio. Cf. *Augustin.*, Serm. 352., n. 9.

B. Parvum fuissest discrimen inter Novatianos et catholicos, cum illi semel, hi bis remisissent; et argumenta horum facile a Novatianis retorta essent.

C. Melior fuissest condicio eorum, qui ante mortem deum poenitentiam agere decrevissent, cum incertitudo bene moriendi alioqui maior fuissest.

D. Auctor vetustus libri de vera et falsa poenitentia n. 13 scribit: „Oportebat enim, ut quoties videbat eos cadere, toties adiuvaret eos surgere. Memor enim erat illius, qui dixerat »Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.« Scimus autem primos patres et in omni tempore ecclesiam Dei semper usque septuages septies, quod est semper, peccata dimittere. Quam potestatem illi ab ecclesia Dei conantur auferre“.

E. Siricius scribit ad Himerium Ep. 1, n. 6: „De his vero incongrue dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui acta poenitentia tamquam canes ac sues ad vomitus pristinos et volutabra redeuntes, et militiae cingulum et ludicras voluptates et nova coniugia et inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia iam suffugium non habent poenitendi [nota, quid hoc significet!], id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacrae mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint; a dominicae mensae convivio segregentur, ut hac saltem districione correpti, et ipsi in se sua errata castigent et aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscoenis cupiditatibus retrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, via tice cum unere, cum ad Dominum cooperint proficiisci, per communionis gratiam volumus sublevari. Quam formam et circa mulieres, quae se post poenitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus“.

F. Cf. quod supra (Prob. 30. a, γ) diximus de causa Marcionis; et *Iren.*, l. 3, c. 4; *Gregorius Naz.* Or. 39, n. 18; *Barnabas* Ep. c. 19; *Doctrina duodecim apostol.* XIV., 1.

Nec argumenta contraria insolubilia sunt. Nam

a) Sec. Conc. Tolet. III. damnandi sunt relapsi ad satisfactionem, non simpliciter.

b) Quid voce communionis haec synodus intellexerit, iam supra inquisivimus.

c) Verum est, dictum tale nostro tempore nulli criminis vertendum esse; at ex Socratis verbis conicere licet actum esse de poenitentia publica sollemni, quae tunc semel tantum concedebatur.

d) Patres, cum de poenitentia simpliciter loquuntur, intelligunt poenitentiam publicam sollemnem. Cf. *Augustin.*, Ep. 265 ad Seleucian. n. 7: „qui proprie poenitentes appellantur“; *Conc. Toletanum I.* (a 400) cn. 2: „Poenitentem vero dicimus de eo, qui post baptismum aut pro homicidio aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam poenitentiam gerens sub cilicio divino fuerit reconciliatus altario“. *Conc. Illyberitanum can.* 14: „Virgines, quae virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, duxerint et tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine poenitentia reconciliari debebunt“. Ubi sane, cum reconciliandae essent, sacramento poenitentiae ad delendam causam excommunicatis opus fuit.

Ad locum *Hermiae* attende, quid ibidem (n. 3.) rationis subdat: δυσκόλως γάρ ζήσται; Hermas etiam unam poenitentiam denegat eis, qui in futuro Christiani fient (*ibid.*).

Difficilior multo est locus *Origensis*, ubi concessa pro levioribus peccatis iterata poenitentia, gravioribus negari videtur. Nec *Hom. 11 in Levit.* n. 2, fin. satis clare oppositum tuerit, ut inde nobis conciliari possit. Nec effugium patet, graviorum criminum reis demum ante mortem tributam esse absolutionem. Cf. *C. Cels. l. 3, n. 51*. Nec *Oswaldii* „paraenetici respectus“ difficultatem tollunt. Sed fortasse de plena reconciliatione locutus est, qua

peccata „redimantur“. Ceterum, si in Africa talis fuit disciplina, ut relapsis in quaedam criminia negaretur usus clavium, id certe non pertinebat ad ecclesiam universam. Cf. Heinrich, Dogm. Theol. X., p. 44 s. (§ 562).

Ad Clementem Alex. respondemus cum Collet (Migne l. c., col. 695) „ex obiecto textu tantum sequi suspectam fuisse Clementi continuam peccatorum et poenitentiarum vicissitudinem, non tamen absolute reiectam ab eo poenitentiam secundam, 1^o quia hanc de facto supponit; ut quid enim poenitentias sibi invicem succedentes redarguit, si has prorsus ignoraret ecclesia? 2^o quia alioqui mortaliter quoicumque in genere lapsus nunquam per poenitentiam denuo resurgere potuisset [cf. Origenes, Hom. 15 in Levit. n. 2]; 3^o quia passim ut alii Patres hortatur Clemens lapsos ad poenitentiam. Frustra autem iuxta eosdem Patres esset poenitentia, nisi speraretur venia“.

Ad Tertullianum respondet Simeonnet (Instit. th., De poen. p. 582) ideo loqui eum de sola poenitentia publica, quia ei immorari voluit, quae specialecum cum baptismo similitudinem habet. — Quod Ambrosius adiungit in fine l. c., urgendum non est.

Ad rationes Wittassii in explicando Augustino allatas Collet respondet (Migne l. c. col. 696): α) „Potuit Macedonius, vir laicus, iurisque scientior quam ecclesiasticarum rerum, non cognovisse totam ecclesiae agendi rationem, quod saepe saepius in multis huiusmodi saecularibus viris, ingenii ceterum acuti, perspeximus. Potuit nullam veniae in extremis tantum concedi solitae habere rationem; quam et frusta allegasset Augustinus; ut episcoporum sollicitationes tueretur, quia hi non pro iam morituris, sed pro valentibus intercedebant. Denique ex Macedonii textu nude spectato nemo est, qui statim non inferat mortalia quaecumque peccata semel tantum in ecclesia veniam habuisse; quod nemo dicere ausit. β) Ut ex ambigua Augustini locutione nihil certi adversum nos deduci possit, sufficient duo, 1^o ut aliam a publica poenitentiam indirecte astruat; 2^o ut graves habuerit causas eam disertius non exprimendi. Atqui 1^o aliam a publica poenitentia poenitentiam indirecte astruit; docet enim huiusmodi lapsos utiliter poenitere posse; unde eis negat esse desperandum; atqui generale est Augustini principium, neminem utiliter poenitere, nisi qui sub clavium ministerio poenitentiam agat (Serm. 392, c. 3). 2^o suas habuit rationes subobscure loquendi; sc. ss. doctores publicam adeo poenitentiam commendabant, ut aegre alterius meminissent. Quin et, ut a peccato retraherent, vix novam post baptismum poenitentiam indicabant, quod egregie evincit id Tertulliani l. de poenit. c. 7: »Piget secundae, imino iam ultimae spei subtexere mentionem, ne« etc. Quid mirum ergo, si ulteriore poenitentiam persaepe reticebant, quos vel secundam post baptismum recensere pigebat?“

e) Ad istud respondemus cum Palmieri (De poen. th. 9, III., c. p. 96): „haec non iudaice spectanda esse sed christiane. Poenitentia publica non erat poena aliqua, qua in vindictam criminis etiam invitatus plecteretur; sed erat reapse beneficium [cum tota ecclesia pro eis oraret], quod petendum erat et non nisi potentibus concedebatur, eaque functis ab ecclesia non solius culpae, sed totius quoque poenae remissio concedebatur. Qui vero eam poenitentiam sollemnem meruissent nec petebant, removebantur certe a sacraimento altaris participando, et a consessu fidelium in ecclesia, nam et ipsi poenitentes ab his arcebantur: quae est excommunicatio quaedam, qua adgebantur peccatores ad petendam poenitentiam, ut tandem cum ecclesia et Deo reconciliarentur. De qua excommunicatione loquens Augustinus, Ep. 108 ad Seleucianum ait: „Agunt homines poenitentiam, si post baptismum ita peccaverint, ut excommunicari et postea reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesiis illi, qui proprie poenitentes appellantur“. Et Auctor Serm. 261 in append. op. Augustini: „Qui poenitentiam petit excommunicari se supplicat. Ideo enim se excommunicari rogat, quia ad percipiendam Eucharistiam Domini indignum esse se indicat“. Erat autem poenitentia sollemnitas medium maxime idoneum ad satisfaciendum

Deo et reconciliationem cum eo assequendam [cum poenis se cogerent id observare in posterum, quod ex gratitudine pro baptismo non observarant]. Si ergo animae negotium spectetur, falsum est fuisse in meliore condicione relabentes, quam primo labentes. Graves autem rationes esse poterant, cur poenitentia publica non sineretur iterari, nimirum, ut Augustinus ait, ne frequentia sua vilesceret; et quia reapse opus erat longum (si saltem ratio habeatur legis scriptae; quoad praxim enim fere totum in arbitrio episcopi positum erat), laboriosum, plurima exigens, quae difficile ab omnibus nec saepius generatim praestari possent“. Cf. Francolinus, Clericus Romanus l. 1, disp. 5, n. 16 (Vet. ecclesiae severitas). Faure in annot. ad s. Augustini Euchiridion n. 64 ss.

Ad 12. Leo loquitur de poenitentia publica. „Nimirum cum in poenitentia publica fideles et potissimum sacerdotes imponentes manum orarent pro poenitentibus eorum orationes flagitantibus, non videretur autem decere sacerdotem, qui pro aliis ex officio tanquam mediator Deum inter et homines orare debet, aliorum orationes in publico ecclesiae conventu postulare, quod et illud scripturae testimonium suadet, statuerunt apostoli, ne sacerdotes publice poenitentiam agerent“. Palmieri, De poen. th. 9, III., d). Pergit autem Leo, l. c.: „Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit condigna, sit etiam fructuosa“.

Qui fuerit usus de clericis optime docet nos Basilius, Ep. ad Amphilochium, can. 3: „Διάκονος, μετὰ τὴν διακονίαν πορνεύσας, ἀπόβλητος μὲν τῆς διακονίας ἔσται· εἰς δὲ τὸν λαϊκῶν ἀπωσθεῖς τόπον, τῆς κοινωνίας οὐκ εἰρχθήσεται. Διότι ἀρχαῖος ἔστι κανὼν τοὺς ἀπὸ βαθμοῦ πεπτωκότας τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ τῆς κολάσεως ὑποβάλλεσθαι, ἀκολουθησάντων, ὡς οἶμαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς τῷ νόμῳ ἔκεινῳ τῷ· Ὁὐκ ἐκδίκησες δις ἐπὶ τὸ αὐτό· [Nahum 1, 9] καὶ δι' ἑτέρων δὲ αἰτιῶν· δτι οἱ μὲν ἐν τῷ λαϊκῷ ὅντες τάγματι, ἐκβεβλημένοι τοῦ τόπου τῶν πιστῶν, πάλιν εἰς τὸν ἀφ' οὗ ἐξέπεσον τόπον ἀναλαμβάνονται· δὲ διάκονος ἀπαξ ἔχει διαρκῆ τὴν δικηγορίαν καθαιρέσεως“. — Cn. 32: „Οἱ τὴν πρὸς θάνατον [cf. cn. 69 et 70] ἀμαρτίαν ἀμαρτάνοντες κληρικοὶ τοῦ βαθμοῦ κατάγονται, τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξειργονται. Οὐ γάρ ἐκδίκησες δις ἐπὶ τὸ αὐτό“. Cf. cn. 51. — Cf. etiam Canon. a p o s t . 25; 26; 32; 63; 64; 65; 66; 69; 70; 84. — Conc. Agathense, cn. 50 decrevit: „Si episcopus, presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit aut chartam falsaverit aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur et ibi, quādiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat“. Quod ipsum fere ad verbum statuit Concilium Epaunense, cn. 22. — S. Augustinus, De bapt. contra Donat., l. 1, monet non consueuisse ecclesiam ordinatis ad ecclesiam redeuntibus manus imponere inter laicos, innuens impositas quidem manus fuisse, sed procul a laicis et in loco secreto. Similiter Sidorus, De ecclesiasticis officiis, l. 2, c. 6 agens de clericorum laicorumque diversa poenitentia: „A sacerdotibus et levitis, inquit, Deo tantum teste fit poenitentia, a ceteris vero adstante coram Deo sollemiter sacerdote“. Cf. B. Francolinus, Clericus Romanus² (Augustae, Vindelicor. 1796), l. 1, disp. 1, n. 3.

V. p. Usus per totam ecclesiam inveteratus.

Dub. 1. Solus Deus potest dimittere peccata, sacerdos tantum poenas. Hoc docet Albertus M. in l. 4. dist. 18, a. 5: „Dicendum, quod homo non remittit peccatum ex parte culpe, quia hoc solius Dei est facere; sed per ministerium suum remittitur ei pars poenae, quandoque in actu, quandoque etiam clave exsistente in voto, et hoc virtute passionis Christi, quae est in clavibus, et non virtute ministri. Ad hoc, quod obicitur de Ioanne, dicendum, quod intelligitur de remissione peccati ex parte poenae.“ Ibid. art. 7: Dicendum, quod sacerdos non potest absolvere a culpa et poena aeterna; cf. a. 9. Similia docent Hugo Victorinus, De sacramentis l. 1, p. 14, c. 8. Richardus de s. Victore, De potest. lig. atque solv. p. 1, c. 12. Cf. Medina, De poenit. tract. 2, qu. de eff. absolut.

Item Alexander Al. 4. p., qu. 80, memb. 1. Bonaventura d. 18 ar. 1, q. 1. 2. Cf. Mich. Buchberger, Die Wirkungen des Bussacramentes nach der Lehre des h. Thomas von Aquin. Freiburg 1901. S. 41 ff.; W. Rütten, Studien zur mittelalterlichen Busslehre. Münster i. W. 1902.

Dub. 2 Ecclesia non habet potestatem peccata retinendi. Haymo († 853), Hom. de temp. 81: „Ipsa remissio septem modis efficitur. Primo per sacramentum baptismatis. Secundo per Eucharistiae perceptionem. Tertio per martyrium. Quarto per eleemosynam. Quinto per poenitentiam. Sexto per caritatem. Septimo, quando in nobis peccantibus dimittimus.“ Cf. In Hebr. c. 6. Iam vero qui docet peccata tot mediis posse deleri, negat retinendi potestatem. Eodem modo loquuntur v. g. Theodulphus († 813), Rabanus Maurus († 856). Is, De modo poenitentiae l. 3, c. 23 insuper ait: „Quodsi verecundia petrahente revelare coram hominibus erubescis, illi, quem latere non possunt, confiteri ea iugi supplicatione non desinas ac dicere ei: Iniquitatem. Ps. 50, 5.“ In fine dicit de omnibus mediis enumeratis: „Quae etiamsi haec omnia fecerimus, non erunt idonea ad expiationem scelerum nostrorum, nisi ea bonitas Domini clementiaque deleverit, qui cum religiosi conatus obsequia supplici mente a nobis oblata perspexerit, exiguo parvosque conatus immensa liberalitate prosequitur.“ — Rupertus Tuitiensis († 1135), De div. off. l. 4, c. 16 censet: „Per privatam correctionem poenitentibus confessim venia peccatorum affluit. Cum autem quis secreto correptus inter te et ipsum solum non audierit, postquam ecclesiae dictum fuerit, non tam facilis indulgentiae leniendus erit oleo, sed congruae poenitentiae secundus cauterio.“ — Petrus Lombardus († 1164) l. IV. sent. dist. 18.: „Etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie ecclesiae solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis.“ — [Gratianus], Dist. de poenit. doceri refert „sola cordis contritione et secreta satisfactione absque oris confessione posse Deo reconciliari.“

Dub. 3. Ecclesia habet tantum potestatem declarandi remissa esse peccata. Ita Hericus Antisiod., Hom. in die apost. Petri et Pauli docet: „Quin etiam omnibus episcopis ac presbyteris in ecclesia idem officium committitur, ut videlicet agnitis peccantium causis iuxta modum culparum vel poenitentiae ligandi atque solvendi exerceant potestatem. . Perspecta igitur causa peccati, quos viderint digna compunctione errata de lete, hos a vinculis aeternae mortis prouinent absolutos; quos vero probaverint segnes esse in poenitentia agenda, nec solum peccata non placere, verum in illis velle permanere, illos debent damnationis perpetuae supplicii adjudicare, ut sic apertae damnationis exprompta destructione, salubria poenitentiae et humilitatis decreta cogantur subire.“ — Haymo, Hom. de sanctis III. fin.: „Nec solum apostolis haec potestas data est, sed etiam episcopis et sacerdotibus non quod ipse leprosum mundare, aut mundatum leprosum facere possit, sed quia ad ministerium ipsius sacerdotis pertinet, ut discernat inter lepram et lepram, id est inter peccatum maius et minus“. Cf. Hom. de te temp. 81, ubi idem repetit, postquam gratiam Io. 20, 21 concessam magnam appellavit; ubi addit: „Illos enim sua sententia pastor absolvere potest, quos viderit per compunctionem cordis et dignam emendationem a Deo esse solutos.“ — Similia invenies ap. Petrum Lomb. l. 4., dist. 18; Bonaventuram in 4, art. 2, q. 1; Alex. Al., ibid. q. 21; Io. Maiores, dist. 14, q. 2.; Gabrielem qu. 1. art. 1. et alios. — Cuni hoc cohaeret certitudinis defectus, qui nonnumquam appareat. Ita Rabanus Maurus, De modo poen. l. 3, c. 3: „Quisquis autem positus in ultima necessitate aegritudinis suae, acceperit poenitentiam et mox reconciliatus fuerit et transierit de corpore, fateor, non illi nego, quod petit, sed nec praesumo dicere quia bene hic exiit, non pollicor, non dico, neminem fallo, neminem decipio, non penitus promittitur“. Cf. ibid. paulo post: „aut ignoscitur tibi aut non ignoscitur, quid horum tibi futurum sit ego ignoro.“

Dub. 4. Poenitentia, qua remittuntur peccata, est sola virtus. Alcuin., De div. officiis c. 55: „Ut sicut in baptismo iniquitates remitti vel per martyrium nulli peccatum credimus imputari, ita poenitentiae c.o m-

punctione fructuosa fateamur deleri peccata". Cf. Opusc. de confess. peccator., ubi attende rationem, cur confessio commendetur. Quapropter dicere potuit (De div. off. c. 41): „Remissionem peccatorum credo esse in ecclesia primum per baptismum, deinde per martyrium, demum per eleemosynam, postmodum per orationem et cetera bona opera.“ — Nec alia media novit Paulus diaconus in hom. 192: „Quid, obsecro, proderit nobis baptizatos esse, animas nostras saepius afflixisse ieuniis, vigiliis et ceteris operibus poenitentiae, eleemosynas quoque pauperibus distribuisse, ut remissionem acciperemus peccatorum, si peccata nostra, quae his remediis iam nobis a Deo dimissa sunt, iterum pravitate nostra adversus nosmetipsos suscitamus.“ — Item Rabanus Maurus poenitentiam tantum ut virtutem afferit (cit. Ps. 6, 31), dum — enumeratis sacramentis („Sunt autem sacramenta: baptismus et chrisma, corpus et sanguis Domini“) de remissione peccatorum loquitur (De universo l. 5, c. 11.). Cf. De clericor. institutione l. 1, c. 24. — Nec A n u l o sacramentum poenitentiae novit: secundum eum (Ep. 2 ad Gothescalcum) sacramenta sunt: „exorcismus, baptismus, chrisma et Eucharistia ac manus impositio.“ Cf. Beda In Mt l. 2, c. 12. — Sic et Rupertus Tuitiensis, De div. off. l. 5, c. 19 baptismu non absolutionem opponit sed lacrimas. — Petrus Damianus († 1073). Serm. 69 confessionem vocat quidem sacramentum, sed non nostro sensu, ut patet ex exemplis David, Petri, Magdalene; ceterum 12 sacramenta nominat, inter quae non est Eucharistia, sed dedicatio ecclesiae etc. Item Serm. 51. tantum de virtute confessionis loquitur, „cui tam veteris testamenti quam novi tota servit auctoritas“.

Dub. 5. Ecclesia de peccatis post baptismum commissis nihil nisi orare potest. Id constat ex ritibus ecclesiarum. Ita a Coptis Deus oratur, ut ostendat misericordiam suam, rumpat vincula peccatorum nostrorum etc.; similiter a Nestorianis (sec. patriarcham Jesujabum), ut peccatorem clementia sua purget ab omni macula. (Cf. Renaudot t. 5, l. 4, c. 3). Item secundum Euchologium (éd. Venet.) sacerdos tantum rogat, ut Deus peccatori per se omnia dimittat et in hac vita et in futura et indemnatum eum sinat coram terribili suo tribunali. Quibus dictis poenitentem monet, ne propter peccata commissa timeat. Ipse Arcadius, qui totus in eo fuit, ut Latinis Graecos hac in re conciliaret, fatetur (De poen. l. 4, c. 3) in nullo Graecorum Euchologio aliam inveniri absolutionis formam nisi deprecativam. Idem et in ecclesia occidentali prioribus saeculis solum in usu fuit. Alcuinus, De divinis officiis c. 13, ubi omnia ad confessionem pertinentia accuratissime describit, sacerdotem tantum hoc modo super poenitente orantem facit: „Exaudi Domine preces nostras et tibi confitentium parce peccatis et sim. Idem in baptismo sane formulam: Et ego te baptizo in nom. P . . refert ibid. c. 19. — Idem clare proponitur a Guilelmo Parisensi, De sacr. poen. c. 9: „Neque more iudicum forinsecorum pronuntiat confessor: Absolvimus te, non condemnamus, sed magis orationem facit super eum, ut Deus absolutionem et remissionem atque gratiam sanctificationis tribuat“. — Etiam Thomas Aqu. Opusc. 22. ad illud adversarii sui „Vix anni triginta elapsi sunt, cum omnes sola forma deprecativa uterentur“ non aliud respondet quam eum „de omnibus testimonium perhibere non posse, qui omnes non vident; sed certum esse, „quoniam sunt mille ducenti anni et amplius, quod dictum est Petro: „Quodcumque solveris“ etc. Cf. etiam Egberti Ordinem ad infirmo poen. dandam.

Idem patet ex dictis scriptorum illius aetatis. Petrus Damianus, l. 5. Ep. 2; „Et non solum pro hoc, sed et pro cunctis, quae tibi supra confessus sum, continuas Deo preces fundere atque apud divinas aures misericordiae mihi locum studias impetrare“. Propterea secundum eundem ab efficacia verorum sacramentorum (baptismi, consecrationis) omnino differt oratio super poenitentem. De hoc cf. libri Goimorrhiani c. 7 cum libro „qui appellatur Gratissimus“ c. 20; c. 9. — Hericus Antissiodorensis (in Hom. Pauli diaconi 176) ita sentit: Multiplex enim Dei misericordia hanc praelatis ecclesiae sacerdotibus potestate contulit, ut et confitentibus poenitentiae sanctionem darent, et eadem salubri satisfactione purgatos, ad ianuam reconciliationis etiam admitterent, sic divinae voluntatis praesidiis

ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri". Cf. etiam Anonymi ex saec. XI. epist. ap. Migne t. 156, c. 693 ss. etc.

Dub. 6. Ecclesia tantum suam offensam condonare potest. Id probatur imprimis ex usu liturgico vocabulorum „ligare“ et „solvere“ pro epitimias imponere (excludere ab Eucharistiae participatione) easque solvere. Ita his vocibus ecclesia orientalis utitur (cf. Eucholog. ed. Rom. p. 333). — Idem testatur Beda. In Le. 5, 17: „Quisquis vel haeretica pravitate vel superstitione gentili, vel iudaica perfidia, vel etiam schismate fraterno, quasi vario colore per Domini gratiam caruerit, necesse est ad ecclesiam veniat colorumque fidei verum, quem acceperit, ostendat. Cetera vero vitia tanquam valetudinis et quasi membrorum animae atque sensuum, per se ipsum interius in conscientia et intellectu Dominus sanat et corrigit. Cf. in ep. Iacobi 5, 16.

Dub. 7. Saltem venialia peccata ab ecclesia remitti non possunt. Goarius enim in Eucholog. p. 697 sic describit Graecorum disciplinam: Patres spirituales sedentes poenitentes pro exomologesi audiunt. Si leves et venia dignas culpas apprehenderint, nullam adhibent solutionem. sed de pio quodam opere exercendo monitum amice reddunt etc.

Etiam hanc partem suppeditare, unde potestas clavium probetur probatur 1^o: Omnes ecclesiae tenent traditam sibi esse a Domino potestatem remittendi peccata omnia post baptismum commissa. In ritu Syrorum (Dionysii Barsalibi) sacerdos poenitenti confessu dicit: Ego dimitto tibi hic et Deus in caelo. Et quia haec mihi hic revelasti, iam non revelabuntur in die iudicii nec eorum poenam lues. — In ritu Armenorum poenitens rogat: Sancte pater, te habeo mediatorem reconciliationis et intercessorem apud Filium unigenitum et rogo, ut per potestatem tibi datam, me a vinculis peccatorum meorum liberes. Et sacerdos eum absolvit his verbis: Et ego virtute sacerdotalis ordinationis, ex potestate divinitus concessa iussuque divino: Quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo, secundum haec verba absolvo te ab omni vinculo peccatorum tuorum, a cogitationibus, verbis, operibus in nomine Patris et Filii et Spiritus s. et restituo te in priorem statum per sacramentum ecclesiae et quidquid boni feceris, in auctum meritorum tuorum et in gloriam vitae aeternae tibi tribuatur. — In ritu Coptorum provocatur ad potestatem ap. Io 20, 23 collatam. Ceterum cf. P. Paez, Historia aethiopica (Rerum Athiopicar. scriptores orientales vol. II. R. 1905) l. 2, c. 10. — In ritu Russorum sacerdos admonens confessurum scilicet loquitur: Točiju potščisja sokrušitisa serdecem twoim o vsěh grěšelj twoih, i tyja Gospodu Bogu twoemu, nevidimo s nami sušču, predo mnoju smirennym, vlasti razrěšenija ot Nego priemšim, istinno ispovědati" et „Izpověžď sam na tja bezzakonija tvoja predo mnoju grěšnym, da priem razrěšenie, svobodišisja ot uz grěšonyj, očistisja, i iscelen budeš duševno blagodatiju Boga“. Absolvens autem dicit: „Gospod' i Bog naš Iisus Hristos, blagodatiju i ščedrotami Svoego člověkoljubija da prostit ti, čado N. N., vsja so grěšenija tvoja: i az nedostojnyj ierej, vlastiju Ego mně dannoju, proščaju i razrěšaju tja, ot vsěh grěšov twoih, vo imja Oteca i Syna i Svjatago Duha. Amin“! — Graeci provocant ad Io 20, 23 et secundum Euchologium ed. Rom. sacerdos absolvens dicit: Αὐτὸς ἐξ ὑψους παρίδοι σοι πάσις τὰς ἀμαρτίας καὶ τὰ πλημελήματά σου.

*Ἐγὼ δὲ ὁ ἀράξιος αὐτοῦ δοῦλος ἐξ ἐκείνων λαβὼν τὰς ἀφορμὰς τὸ
αὐτὸ ποιεῖν· ἀπολύτῳ σε ἀπὸ παντὸς ἀφορισμοῦ καθ' ὅσον δύναμαι
καὶ σθένω, καὶ σὺ χρείαν ἔχεις.* — In ecclesia occidentali secundum
antiquum Ordinem Romanum sacerdos absolvens plures dicit: „Nos etiam
secundum auctoritatem nobis indignis a Deo concessam absolvimus vos
ab omni vinculo delictorum vestrorum, ut mereamini habere vitam
aeternam“; absolvens autem unum dicit: „Dominus Iesus, qui dixit
apostolis: Quaecumque ligaveritis etc., ipse te absolvat per ministerium
nostrum ab omnibus peccatis tuis. In Sacramentario ecclesiae Turonensis
sacerdos his verbis absolvit: „Absolvimus vos, fratres, ab omnibus peccatis
vestris“. Simili modo sec. Codicem Rhemensem: „Ego divinitus vos
absolvo a vinculis peccatorum vestrorum“

20 Idem docent scriptores illius aetatis. *Gregorius M.*, Hom. 26 in Io 20: „Ecce principatum superni iudicii sortiuntur, ut vice Dei
quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Horum profecto nunc
in ecclesia episcopi locum tenent. — Alcuin, Ep. 112: „Foetentem
in mala consuetudine peccati, dum lacrimas poenitentiae elicit ex corde,
suscitat et ex ecclesiastica auctoritate solvere iubet, ut dignus sit com-
munione Domini et particeps sacri altaris efficiatur ut non ad
iudicium damnationis, sed ad salutem sanctificationis communicet corpore
et sanguine Domini nostri Iesu Christi“. — *Haymo*, Hom. de temp.
126: „Nam, ut ostenderet ad iudicium sacerdotum peccata esse liganda
atque solvenda, Lazarum non prius abire permisit, quam a dis-
cipulis solveretur“. — *Rabanus Maurus*, In Eccli l. 5, c. 1: „Qui
cum mortem impii nollet, quantum ut revertatur et vivat, dedit ecclesiae
suae Spiritum s., ut cuicunque in eo peccata dimitteret, dimitterentur
ei. Qui vero huic dono exstiterit inimicus, ut non illud per poenitentiam
petat, sed ei per poenitentiam contradicat, fit irremissibile; non
quodcumque peccatum, sed contempta vel etiam oppugnata ipsa remissio
peccatorum. Atque ita dicetur verbum contra Spiritum s., cum ex dis-
persione ad congregationem nunquam venitur, quae ad remittenda peccata
acepit Spiritum sanctum“. Cf. Praefat. ad De quaestionib. canonum
poenit.; De modo poen. l. 3, c. 2. — *Anselmus* in Elucidario:
„Sicut in baptismo originalia, ita in confessione remittuntur peccata
actualia.“ — *Rupertus Tuitiensis*, In Io c. 11: Funibus peccato-
rum suorum sub lapide clausus tenetur [Lazarus] . Statim prodit,
reatum suum confitetur, et quia iam vivit, solvite illum, inquit Iesus.
Dixit enim: Quaecumque etc“. — Cf. *Hildebertus Cenomanensis*
(† 1133) Serm. 30. — Ceterum v. Natal. Alex., Diss. in saec. 13.
et 14., § 35.

Hinc patet sententiam illam, poenas solas remittendi potestatem esse
penes ecclesiam vel potius per absolutionem sacerdotis tantum poenas
de-
lieri fuisse erroneam quorundam explicationem. Ceterum eorum opinionem
in sua favorem explicat *A mort*, qui dicit: „verba absolutionis tanquam
constitutiva iudicii ecclesiastici circa actus internos pro obiecto immediato
habent absolutionem a rigorosa obligatione satisfaciendi iuxta arbitrium
offensi in ordine ad remissionem culpae“. Quod fortasse etiam *Oswald*
sensit, urgens maxime vocabulum ligandi, quo significari vult satisfactionem
imponere compensatoriam. Cf. thes. 15, Decl.

Deinde sententia eorum, qui absolutionem esse declaratoriam censebant, multum differt a sententia evangelicorum. Dicunt enim illi a) contritionem non delere peccata, nisi in ordine ad claves ecclesiae. b) absolutionem producere secundam gratiam vel gratiae sanctificantis augmentum. Ita A. Vega in deer. Trid. I. 13, c. 33: „Et ad augmentum gratiae et ad remissionem poenae debitae pro peccatis omnibus rite sua peccata confessis utilem eam esse tradiderunt, et hac ratione tueri eos possumus, ne videantur adversari definitionibus ecclesiae“. Praeterea ad rem explicandam notat Billot (De sacr. I. 2, th. 22 fin.): In summa, Magister Sententiarum et qui eiusdem cum eo opinionis erant, duo haec explicite confitebantur: ministerium remissionis peccatorum esse penes sacerdotes, sed penes solum Deum esse auctoritatem, i. e. potestatem principalem. Nunc autem in assignanda habitudine ministri ad principalem potestatem veteres illi magistri difficultatem inveniebant. Ideo potestatem clavium opinabantur esse potestatem remittendi peccata non ratione cuiusdam inditiae virtutis instrumentalis, sed solius comitantis operationis Spiritus sancti; et hoc ipsum rata sententia minime affirmabant, sed timide et more eorum, quibus nihil melius interim dicendum occurrit“.

Quod dubitationem ex forma deprecatoria absolutionis ortam attinet, optime notat Chardon, Hist. des sacraments, Pénit., S. 4, ch. 1: S'il y eut jamais un acte juridique dans l'Église, et qui requiert que l'énoncé en fût indicatif, c'est l'absolution de l'excommunication, qui consiste principalement dans le rétablissement d'une personne dans tous les droits extérieurs attachés à la communion des fidèles; depuis longtemps même, l'excommunication est un acte judiciaire du for externe séparé de l'intérieur; cependant l'absolution ou la révocation de la sentence d'excommunication se faisait autrefois par des prières ou en forme déprécatoire, quoique de tout temps la sentence de l'excommunication ait été énoncée en termes indicatifs, comme il paraît par celle qui fut fulminée au concile d'Ephèse contre Nestorius, dans celui de Calcédoine contre Dioscore d'Alexandrie, et par la formule d'excommunication que Burchard et quelques autres nous ont conservée pour servir de modèle dans les occasions.. Les Grecs encore aujourd'hui ont une formule d'absolution déprécatoire pour l'excommunication". (Cf. Goar, Euchol. p. 666).

Quodsi secundum Bedam tantum quattuor peccata potestati ecclesiae subiacere videntur, respondemus cum Godfrido I. 3. ep. 16. ad Guilelinum: „Proposuisti quod solummodo quattuor peccata confessione indigebant, cetera autem a Domino sine confessione sanabantur; quod te invenisse asseris in expositione Bedae de evangelio, ubi decem leprosi sanati a Domino memorantur. Sed hoc ita intelligendum minime censemus, et iuxta fidem christianam sic intelligere nec possumus nec debemus. Determinanda est enim ista sententia sapienter, ut illa quattuor peccata, non iam soli sacerdoti, sicut in ceteris agitur, sed universae ecclesiae confiteantur: cetera vero vitia, sicut dicit, per se ipsum Dominus sanat... videlicet, quae sibi privata in confessione revelantur. Sibi dico, quia illi, qui in eius loco esse dignoscitur“. Ceterum cf. similem locum difficultatis expertem ap. Hericu in Hom. Pauli Diaconi 176.

Apud Goarium leves culpae opponuntur eis, quae censuris subiacent, quae tamen confessione iam expiate sunt. A. Spaldák.

MISCELLANEA.

Revue internationale de théologie. XIV^e ann. No 53—54. Berne 1906. —

Hi fasciculi, qui a theologis veterocatholicis eduntur et quibus edendis praeest E. Michaud, in universitate Bernensi theologiae dogmaticae et historiac ecclesiasticae professor, multas procedente tempore attulerunt commentationes, quae et ad theologiam slavicam et ad co-natus ecclesias uniendi attinent. Exempli causa nominentur hic:

N i k e p h o r o s K a l o g e r a s (aëp.) Die Verhandlungen zwischen der orthodox-katholischen Kirche und dem Konzil von Basel über die Wiedervereinigung der Kirchen (1893, 39—57). — A. M a l t z e w , Die russische Kirche und Dr. Knie (1894, 483—504). — E. M i c h a u d , La Latinisation de l'Orient sous Louis XIV. (1895, 217—259, 488—504). — F r i e d r i c h , Die noch erhaltenen Schriften des Slavenapostels Constantinus oder Cyrillus (1896, 411—419) etc.

Hoc anno prof. E. M i c h a u d IV. partem *commentationis suaे Notes sur l'union des Eglises* (p. 1—37) emisit. Agit ibi de commercio, quo Roma Russiam attingebat (1—9), de L. Allatio eiusque opere »De ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione« secundum Dr. Z o t o s in Union chrétienne. 1868 (p. 9—15), de Petri Mogilae »Confessione orthodoxa« (15—17) secundum G. M o r e l in *Revue catholique des Eglises* (1905, mars), de Cyrilli Lucaris »Confessione« secundum Z o t o s in Union chrétienne 1868 (mars, avril), de E Renaudot eiusque scriptis de Eucharistia secundum A. V i l l i e n , L'abbé Eusèbe Renaudot et son oeuvre liturgique. Paris, Lecoffre, 1904 (p. 20—27), de epistola patriarcharum orientalium a. 1723 (27—28).

Accedunt conclusiones imprimis generales: unionem ecclesiarum esse propositum prudens, christianum, necessarium, cuius rei rationes afferuntur.

Deinde in conclusionibus particularibus agitur de via ad unionem. Unionem non esse »une simple question de sentimens, de persuasions, de compromis fraternels, de concessions à l'amiable«, p. 31; sola doctrina historica, philologica, exegetica explorari posse, quid Christus docuerit. Verum sane est, religionem non esse »exclusivement une affaire de sentiment« (*Revue int. de th.* 1896, 786), sed, ut iam monuimus (cf. 1905, 81; 1906, 155) via ad unionem ecclesiarum praeparanda est unione animorum, quae mutua cognitione et fictis opinionibus detractis conciliabitur. P. Ja. Světlov hac de re (in Bogosl. Věstn. 1904, II., 33): »Bol'soju zaslugoju, inquit, Vl. Solov'eva i drugih edinomyslennyh s nim pisatelej надо признать ето энергическое напоминание нам о том главном, от чего зависит по преимуществу успех в таком деле соединения церкви. Соединение в вере достижимо лишь на основе любви, она — результат любви и не наоборот. За это же точкою зреня в вопросе я признаю глубокую правду психологическую, религиозно-церковную и историческую. Соединение людей в мыслих легче всего установляется на основе взаимной любви, между любящими — это говорит психология. Соединение в вере церквей объявляет следствием взаимной любви, когда исповеданью веры предпосылает приглашение возлюбить друга: возлюбим друга, да единомыслием исповедуем!«

Etiam Michaud quidem quoddam »désir« antecedere necessarium dicit, sed aliud videtur sentire: ecclesiæ inter se separatas non posse uniri priusquam cognoverint singulae, se plena veritate carere (p. 31). Ita ab ipso principio sententia introduci videtur, qua, si in generum universis quaestionibus ponitur, unionis conciliandæ condicio fertur, quam eventuram esse a priori sciri non potest, et quae secum ipsa pugnat, quatenus iis, qui hanc sententiam tuentur, aequa accidere potest, ut errant. His in concreto nihil decrevimus sed causam ad universas quaestiones rettulimus; quid in concreto Russi sentiant, nota subiecta, sententiae Fr. Michelis, vetero-catholici, 13. sept. 1873 prolatae opposita doceat¹⁾. Unde, si in neutram partem moveamur, etiam per-

¹⁾ Michelis dixerat: Wir wollen davon ausgehen, dass wir sagen „Die Einigkeit in Christo ist da“, und jede Partei soll sich fragen: „Wo fehlt es bei uns, welchen Beitrag liefern wir zu diesem Zustand der Zerrissenheit“. K. Z a r u c k i j in libro Nedavnyja javlenija v rimsko-katoličeskem i protestantskom mirě M. 1878, p. 50—1 inter alia respondit: „Esli принят' takoj vzgljad, to čto že budut značit' slova

suasionem cuiuscumque ecclesiae, se veram Christi ecclesiam esse, in bonam partem accipere poterimus (cf. p. 204).

Quibus praemissis nonnulla, quibus unio inniti possit, proponuntur.

1 Ea sola, quae Christus docuit, et non ea, quae ab hominibus apposita sunt, christiano credenda sunt. —

2 Quae Christi doctrina ecclesiae eius concredita ac demandata est, quae cum non magistra, sed custos eius sit, nihil addere potest. »L'Eglise n'est pas chargée de faire une seconde révélation, pas même sous prétexte d'expliquer celle du Christ« (p. 33). Hoc ambigue videtur dictum esse. Aut sententia hac nominatae tantum explicaciones reiciuntur, non verae, aut quaevis explicatio pro additamento habetur. Illo priore sensu subiecto omnino eam approbamus, quamquam argumenta, quibus hoc doceri solet, exiliora esse videntur quam argumenta, quibus res alioqui minus confessae nituntur. At posteriore sensu subiecto sententiac nostra ex parte assentiri non possumus; cf. ceterum Der zweite internationale Altkatholikencongress in Luzern. Luzern 1892, p. 63: »So sind gar viele Erklärungen der christlichen Lehre theologische Speculationen, die doch zur unveräußerlichen Lehre Christi gehören«. Sane, ut eae, quae nunc separatae sunt ecclesiae, inter se coniungantur, hoc posito facilius fieri posse in promptu est putari; verum eodem posito non videntur posse coniungi cum ecclesia prisca septem conciliorum oecumenicorum.

3. Certum criterium, quo cognoscatur, quid Christus docuerit, est illud Vincentianum: Quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. — Quamvis utilis re vera huius criterii usus esse possit, si »ad hominem« adhibetur nec sensu exclusivo explicetur (quod quidem non videtur convenire cum eis, quae p. 34, 7 dicuntur), difficile nobis videtur id theoretice in tuto collocare. Evidem non intelligo, qua ratione confirmatio eius omitti possit; quodsi aliunde probetur, aliud certius criterium videtur adesse. Praeterea vereor, ut facile sit illud criterium ad obrussam haereseon primorum saeculorum exigere.

4. Hoc criterio haud aegre invenitur, quid Christus docuerit: doctrina Christi contenta est in libris sacris, qui ab universa ecclesia canonici iudicati sunt, in symbolo fidei, proposito et approbato a conciliis oecumenicis, in definitionibus fidei conciliorum oecumenicorum. — Adiunctis quae sub 3. adiunximus, etiam haec a nobis videntur posse concedi, non tamen sensu exclusivo; alioqui ne communis quidem usus vim haberet; Vincentium Lirinensem non alia habuisse prae oculis, non crediderim. Sed etiam alia res occurrit. Quomodo cum certitudine docebitur haec concilia oecumenica esse, illa non esse? Prima concilia certe ex se oecumenica non fuerunt; si omnes illi episcopi defecissent, qui iis intererant, corpus episcoporum mansisset integrum; quomodo igitur definitiones eorum dogmaticae appellantur, cum »das Recht der dogmatischen Definition nur der ganzen Kirche angehört«? (Rev. intern. de th. 1893, 639.) Sed sufficient hae dubitationes.

5. Si praeterea huius doctrinae explicatio — quae nullo modo necessaria est ad sanctificationem salutem hominum —, desideratur, diversae et liberae opinione proponantur, quae singulorum arbitrio permittentur.

Quae adduntur, dicta vel consequuntur vel explicant. — Dolemus, nos non potuisse omnibus assentiri.

Gospoda: „I vrata adova ne odolějut ej“? Takim putem otricaetsja nepreryvnost' istiny Hristovy na zemlě, nepreryvnost' spasenija roda čelovečeskago, a stalo byt' i nepreryvnost' cerkvi. Nel'zja dumat', ctob eti slova Gospoda obezpečivali cerkvi liš' častičnoe každoju eja větv'ju obladanie istiny, kotoroe tol'ko v svojej fiktivnoj i daže ne sognannoj složnosti javilaetsja obladaniem polnoj istiny (p. 50).

Idem scriptor E. Michaud studiis protestantium communia quae-dam decreta statuendi consilio occurrit, ut vinculo communi Christi doctrinae se concilient. Commentatio haec inscribitur L'union des Eglises dans les enseignements du Christ (p. 230—257). Ex evangelii, auctoritate eorum historica admissa — maiore enim in rebus religiosis opus non esse (p. 233) — ipsis scripturae verbis doctrinam Christi ad ordinem redactam exponit. Loci diligenter collecti sunt; primum — ex synopticis — de regno Christi, de eius divina legatione et filiatione, de membris regni, de condicionibus, quibus patefit, de rebus, quibus obtinetur, de ecclesia, de vita futura; deinde ex Ioanne de vita aeterna, vita in Christo etc. — Quae p. 256 leguntur: »C'est dans ces enseignements et dans ces préceptes que consistent, comme il a été établi précédemment, tous les dogmes chrétiens, par conséquent les seuls dogmes chrétiens, le seul vrai dépôt de révélation du Christ«, prout iacent non videntur convenire cum eis, quae p. 33, 4 dicta sunt.

Saepe in his foliis theologis Romanis obicitur, eos non habere claram notionem dogmatis (velut p. 109, 162, 312). Ut saltem de hoc, quid nobis videatur, aperiamus — de bulla Unam sanctam et sim. interim ad Kirchenlexicon remittimus — obscuritatem nos non videre fatemur in communi huius rei explicatione.

Dogma est veritas revelata; veritas revelata (formaliter) est ea, quae est terminus talis divinae locutionis, ut ad eam tenendam ut motivo non sit opus nisi auctoritate Dei loquentis. In ea comprehenduntur etiam omnia, quae sola analysi in revelata doctrina reperiuntur; nam ea sunt quasi partes vel elementa veritatis revelatae, nobisque a Deo loquente manifestantur. Sed eae veritates, quae mediante alia veritate naturaliter cognita ex revelata per deductionem colliguntur, licet implicite affirmentur a Deo, non tamen sunt a Deo formaliter revelatae, quia non manifestantur nobis a Deo loquente; nam ut eas teneamus, non sufficit auctoritas Dei, sed requiritur etiam principium rationis.

Etsi igitur non omnia implicite revelata sunt, quae in revelatis virtualiter continentur et ex eis ope principii naturaliter cogniti per ratiocinium deduci possunt, nihilominus multa sunt implicite revelata et implicite (ratione materiae) creduntur: vel quia aliqua propositio in duabus praemissis revelatis ut conclusio in principio continetur, vel quia est pars definitionis vel aliquid essentialis contentum in definito, vel quia est pars in propositione complexâ contenta.

Hinc intelligitur facile possibilitas progressus fidei subiectivae in singulis, quatenus ea, quae initio implicite creduntur, postea explicite credi possunt; patet etiam possilitas progressus in fide subiectiva fidelium saeculi posterioris relate ad fideles saeculi prioris, etiam apostolos, quatenus possunt magis distincte percipere, de quo obiecto in particulari locutus sit Deus, propter meliorem et magis distinctam applicationem ipsius obiecti in particulari, quae eis fit propter praesentiam ipsius obiecti, quod prius non fuit praesens; quodsi apostolos excipias, aliquis progressus relativus in fide subiectiva etiam eatenus fieri potest, quatenus aliquid, quod antea minus certo cognoscerebatur ut revelationum, postea potest certo cognosci a plerisque et omnibus profitendum imponi, et quatenus progressus in obiectiva dogmatum explicatione coniunctus est cum progressu in subiectiva fide fidelium

Sed et in ipsa obiectiva revelationis explicatione et propositione progressus admittendus est. Licet enim formaliter contineantur in revelatione, possunt contineri aliqua implicite tantum vel explicite quidem, sed obscure seu ita, ut saltem clarius proponi, aptis formulis exprimi possint, vel possunt magis usu practico proposita esse, quam diserta praedicatione (ut valor sacramentorum ab haereticis collatorum). Non potest autem revelatio ita clarior et amplior fieri, ut, quae obiecta fidei prius alio sensu intelligebantur, his novus diversusque sensus

substituatur (ut Günther voluit, Lydia p. 348 ss.), id quod Conc. Vatic. Sess. 3, de fide et rat. en. 2 damnavit. Cf. Casop. kat. duch. 1906, p. 102–3.

Restat solum, ut annotetur, non omnia, quae ecclesia infallibiliter definire potest, esse dogmata. Nam magisterium authenticum infallibile est etiam quoad veritates in revelatione divina formaliter non contentas, quantum requiritur, ut depositum revelationis integrum custodiatur. (Cf. Palmieri, De rom. pontif. p. 171–177). Quod tamen esse de fide certum non est et potest sine haeresi negari. Quodsi p. 320 ex concesso errore de translatione domus Lauretanae concluditur papam non esse infallibilem in rebus liturgicis, theologi Romani distinguere solent pro natura rei. Ecclesia est infallibilis in disciplina generali statuenda, seu in legibus et ordinationibus, quibus fideles regit ad finem ecclesiae; pertinent huc ritus, praecepta, censurae, quidquid in iure canonico habetur universaliter statutum. In disciplina ecclesiastica varia continentur, quae sunt instituta a Christo, velut ritus essentiales in administratione sacramentorum, sacrificii; haec si ecclesia mutaret, erraret in re fidei. Ea, quae auctoritate propria statuit, et quae totam ecclesiam vel magnam eius partem respiciunt, semper sunt in se bona; nam fieri non potest, ut imponat nobis Deus aliquid, quod sit contra veram sanctitatem, malum (cf. Mt. 16, 19); et revera ecclesia in conciliis oecumenicis saepe tulit leges disciplinares auctoritate divina sibi tributa (Visum est Spiritui s. et nobis), et sententias, quibus hoc ius negatur, damnavit (Conc. Trid. Sess. 13, cn. 6 s.; 24, cn. 11). Non autem semper et omnis disciplina ecclesiastica necessario est opportuna etiam pro singulis regionibus; ipse actus legislationis potest esse imprudens. Ecclesia est infallibilis in sollemni sanctorum canonizatione, et etiam in aequivalenti, cum sc. aliqui a tota ecclesia ita coluntur, ut debeant coli, ut sc. habeant officium. Est in hoc infallibilis, quia sibi id adscribit; ratio autem est, quia colendi sunt sancti iisque non in abstracto, sed in concreto (Cf. plura de hoc in Katholik 1905, I., 290). Quodsi ecclesia celebrat festum de aliquo facto, ut in memoriam liberationis urbis Viennensis a Turcis, in memoriam translationis domus Lauretanae, stigmatum s. Francisci, quaeritur, sitne tale festum praescriptum pro tota ecclesia, an tantum permissum pro eis, qui postulant, et quid sit obiectum primarium festi; si est toti ecclesiae praescriptum et si ipsum factum est obiectum primarium, est infallibiliter propositum.

A. Špaldačk.

Fontes theologiae orientalis. Docti Galli I. B. Chabot, I. Guidi, H. Hyvernant, B. Carra de Vaux altum finem suum scriptorum christianorum orientalium antiquorum syriacorum, aethiopicorum, arabicorum, copticorum) e manuscriptis edendorum latinaque versione instruendorum in opere amplissimo »Corpus scriptorum christianorum orientalium« inscripto maximâ industriâ prosequuntur. Inter ceteras editiones criticas prodiit Parisiis iam anno MDCCCCIII. curâ H. Labourt »Expositio Liturgiae« (Syr. seriei II. tom. XCIII.) Dionysii Bar Salibî, Iacobitarum episcopi Maraš-ensis (in Cilicia), dein Mabbûgensis (Hierapolis ad Euphratem) et tandem metropolitae Amidensis (in Mesopotamia). Quem scriptorem († 1171) plurimi facientes Syri »doctorem eloquentissimum et sidus sui saeculi« vocant. Ipse Assemanus, iudex in rebus syriacis omni exceptione maior testatur de eo (Bibl. orient. T. II., p. 157): »Scripsit Bar Salibaeus eleganti sermone syriaco, multaque erudita volumina, in quibus nihil fere optimo theologo indignum occurrit, si Monophysitarum haeresim excipias, quam ubique propugnat.

E numerosis eius scriptis novissime tom. XCVIII. seriei II. syr. in laudata collectione »C. S. Ch. I.« textus syriacus. Commentariorum in Evangelia« cum versionis latinae fasciculo I. pro Romae prodiit. Quam critic m editionem nec non versionem Dr. Jar. Sedláček, studii biblici V. T. et linguarum orientalium facultatis theologicae bohemicae

c. r. universitatis Pragensis professor ordinarius procuravit. Codice (C) scripto iam anno p. Ch. 1174, quem clarissimus editor ipse iure emptionis acquisivit et qui omnino concordat cum codice parisiensi A (syr. 67) usus est. Chabot nonnulla ex altero codice parisiensi B (syr. 68) adiecit. Hucusque sola quaedam fragmenta textus originalis apud Assemanni Bibl. orient. T. II. p. 157 sqq. edita erant. Fasciculus I. praeter praefationem docti metropolitae initium commentarii eiusdem in Matth. 1¹—4⁴, complectitur, qui commentarius integer sequentibus duobus vel tribus fasciculis absolvetur; Tomus XCIV. opera exegética in V. T. continebit. Sequentibus clarissimi editoris et interpretis laboribus optima quaeque apprecamur.

H.

RESPONSA AD INTERROGATIONES.

(**De divortio.**) Concilia Sl. l. th. I., p. 9—10 [190] enumerata particularia erant ideoque infallibilitate carebant. Textus sunt hi:

Concil. Vermeriense (a. 752) cn. 9: »Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit aut seniorem suum, cui fidem mentiri non poterat, secutus fuerit, et uxor eius, cum valet et potest, amore parentum aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quandiu vir eius, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permanebit. Nam ille vir eius, qui necessitate cogente in alium locum fugit, si abstinere non potest, aliam uxorem cum poenitentia [quae cuivis ducenti alteram uxorem imponebatur] potest accipere«.

Concilium Compendiense (a. 757) cn. 16: »Si vir leprosus mulierem habeat sanam, si vult ei donare comheatum, ut accipiat virum, ipsa femina accipiat; similiter et vir«.

Concil. Foroiulense a. 791: »Placuit, ut resoluto fornicationis causa iugali vinculo, non liceat viro, quamdiu adultera vivit, aliam uxorem ducere, licet sit adultera; sed nec adulterae, quae poenas gravissimas vel poenitentiae tormentum luere debet, alium accipere virum nec vivente nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito«.

Concilium Bituricense (a. 1031, cn. 16: »ut illi, qui uxores legitimas sine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiant illis viventibus, nec uxores viros, sed sibimet reconcilientur.«

Concilium Romanum (a. 853) cp. 36: »Nulli liceat excepta causa fornicationis adhibitan uxorem relinquere et deinde aliam copulare: alioquin transgressorem priori convenit sociari coniugio. Sin autem vir et uxor divertere pro sola religiosa inter se consentiant vita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur.«

Concilium Compendiense (a. 757) cn. 8: »Si quis eorum habet mulierem legitimam et frater eius adulteravit cum ea, ille frater vel illa femina, qui adulterium perpetraverunt, interim quo vivunt, numquam habeat coniugium. Ille, cuius uxor fuit, si vult, potestatem habet accipere aliam.« [Certe non post mortem uxoris tantum, quod dubium non erat].

Concilium Veneticum cn. 2: »Eos quoque, qui relictis uxoribus suis sicut in evangelio dicitur excepta causa fornicationis sive adulterii probatione alias duxerint, statuimus a communione similiter arcendos, ne per indulgentiam nostram praetermissa peccata alios ad licentiam erroris invitent.«

Concilium Suessionense (744) c. 9: »Nec marito vivente suam mulierem alius accipiat nec mulier vivente suo viro alium accipiat, quia maritus mulierem suam non debet dimittere, excepta causa fornicationis deprehensae.«

Concilium Arelatense I, cn. 10: »De his, qui coniuges suas in adulterio deprehendunt et iidem sunt adolescentes fideles et [Petavius

hic supplet »non«] prohibentur nubere, placuit, ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipient.«

Concilium Iliberitanum en. 9: »Fidelis femina, quae adulterum maritum reliquerit fidelem et alterum dicit, prohibetur, ne ducat.« [Sola mulier denuo nubere vetatur, quamquam minor certe non fuit de viro dubitatio].

Concilium Agathense (506), en. 25: »Hi vero saeculares, qui coniugale consortium culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas discidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita aut aliena praesumant [non simpliciter: qui dimissa uxore aliam accipiunt; cf. Tertull., C. Marcion. l. 4, c. 34], si antequam apud episcopos comprovinciales discidii causas dixerint et prius uxores, quam iudicio damnentur abiecerint, a communione ecclesiae excludantur.«

Verum est, comparatis his decretis cum decreto Conc. Foroiulensis desiderari saltem clarum rei, sane non ab omni dubitatione alienae, in prioribus conciliis interdictum. —

In epistola Leonis I. ad episcopos per Mauritiam caesariensem constitutos nihil affirmatur, quod luc pertineat, sed tantum aliud verbum adhibetur atque illud, quod sententia et usus huius temporis videtur postulare. „Eos enim, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt nec apostolica nec legalis auctoritas sacerdotium obtainere permittit; et multo magis illum, si fuerit vestro iudicio confutatus, qui sicut ad nos relatum est, duarum simul est maritus uxorum [profecto non sicut in V. T.] vel illum, qui ab uxore dimissus [non: quia ub. u. d.] alteram duxisse perhibetur, privandum honore decernimus «

Quas quaestiones controversas esse inter catholicos et orthodoxos Russi vulgo opinentur. Hoc tempore »otličja, otstuplenija ot Pravoslavnago ispovědanija« in rebus »dogmaticis et moralibus« paucis exhiberi solent (velut in Kalendariis) hoc modo:

1. Dogma de processione Spiritus s. a Patre et Filio. Hoc dogma in symbolum fidei additum est, cuius articulus VIII. est: (credo) et in Spiritum s. Dominum et vivificantem, qui a Patre Filioque procedit.

2. Dogma de immaculata Deiparae conceptione, a. 1854 proclamatum. Hoc dogmate Mariam V., etsi naturaliter natam, tamen ita conceptam esse docetur, ut conceptio eius non esset peccati originalis particeps, quod ab Adamo ad omnes homines propagatum est.

3. Dogma de infallibilitate papae (a. 1870). Primatus papae ad omnem ecclesiam et omnia eius membra, etiam heterodoxa extenditur. Papa, summus iudex omnium fidelium est in rebus ecclesiasticis. Potestas eius maior est quam potestas (vyše vlasti) conciliorum oecumenicorum; decreta eius infallibilia sunt. Ipse Petri apostoli successor, Christi vicarius est.

4. Doctrina de operibus supererogatoriis (sverhdolžnyh). Ecclesia catholica docet hominem sacrificio Christi Redemptoris ab aeternis poenis peccati liberatum esse; debere autem, ad satisfaciendum divinae iustitiae poenas temporales perferre (mala temporalia, epitimias). Quas poenas posse effugi. Eum, qui vitam honeste agit, non mandata solum sed etiam consilia evangelica servat, a necessitate poenas temporales subeundi liberari. Consilia evangelica exsequenter opera patrare, quae mandatorum postulata superent (supererogatoria). Quae opera, eis, a quibus fiunt, altiorem gradum beatitudinis aeternae affrentia, thesauro meritorum ecclesiae inseri, unde papa, ut caput ecclesiae, eis, qui propriis bonis operibus carent, suppeditare possit. Hinc indulgentiae ortae sunt. Indulgentiae sunt remissio vel mitigatio

poenarum peccatoris operibus supererogatoriis Deiparae et sanctorum a papa eis in rem suam conversis. Indulgentiae conceduntur vivis (qui liberantur a debito satisfaciendi iustitiae divinae) et defunctis (quibus spatium tormentorum in purgatorio imminuitur). Indulgentiae dantur dono vel pro peregrinationibus in sacra loca (Romam), pro utilibus communibus conatibus, pro meritis vel muniberibus, quibus papa iuvatur. Indulgentiae possunt esse plenae (pro tota vita, omnibus peccatis), vel non plenae (pro aliquot annis vel etiam diebus).

5. Sacra menta sunt conductores (provodniki), unde Christiani gratiam sine ulla ipsorum cura (sočustvie) hauriunt. Etiam qui de sacramento non credit, potest gratiam salvantem accipere.

6. Baptismus infusione (non immersione) perficitur, i. e. aqua infunditur capiti eius, qui baptizatur, dum proferuntur verba: baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus s.

7. Confirmatio non perficitur statim post baptismum, sed demum post septimum aetatis annum. Sacramentum hoc solus episcopus perficere potest, qui frontem confirmandi ungens dicit: Signo te signo crucis et confirmo chrismate salutis in nomine Patris et Filii et Spiritus s.

8. In Eucharistia (Pričaščenie): a) panis sine fermento loco fermentati; b) s. dona transsubstantiantur in Corpus et Sanguinem Christi in missa post verba Christi (Accipite et manducate . . . , bibite ex eo omnes); c) invocatio Spiritus s. omissa est; d) laici sub una panis specie ad communionem admittuntur; e) pueri ad hoc sacramentum accedere vetantur.

9. Poenitentia — est externum de peccatore iudicium. Confessarii nihil minus curant, quam emendationem confitentium. Confessio saepe est instrumentum ad cognoscenda secreta communia et particularia (tajn obščestvennyh i častnyh). Absolutio a peccatis non est plena: in peccatore debitum (dolg) aliquid remanet, pro quo homo iustitiae divinae satisfacere debet (epitimiae, indulgentiae).

10. Matrimonium insolubile est etiam in causa adulterii alterius trius coniugis.

11. In Ordine postulatur caelibatus. — Inter gradus hierarchicos occurunt cardinales, qui episcopi, presbyteri, diaconi esse possunt. Qui status adeo excellentem confert dignitatem, ut cardinalis diaconus altior sit episcopo non cardinali. Cardinales presbyteri ius habent ordinandi ad inferiores honores ecclesiasticos, id quod secundum canones solus episcopus facere potest. Soli cardinales papam eligunt, eumque ex suo numero.

12. Unctio infirmorum spectat ad aegrotum sublevandum in morbi incommodis et terroribus mortis (non ad aegrotum sanandum) et tantum iis aegrotis, qui iam morituri sunt, confertur, unde sacramentum morientium appellatur. Ius oleum consecrandi ad hoc sacramentum ad solum episcopum pertinet.

13. Doctrina de purgatorio. Ita peculiaris locus vocatur vel status purgationis, ubi animae defunctorum, qui qualiumcumque peccatorum remissionem vivi non obtinuerunt, vel temporales poenas non tulerunt, torquentur, donec a peccatis purgentur.

14. Timore ducti, ne sacra scriptura, penitus cognita et explorata fidelibus falsitatem catholicorum de papatu placitorum patetaceret, papae omnes laicos a bibliis legendis prohibuerunt et biblia verti vetuerunt.

Red.

Aliorum iudicia de nostro periodico.

Wissenschaftliche Beilage zur Germania. 1906. Nr. 21. S. 167. »Slavorum litterae theologicae.. Der erste Jahrgang dieser Zeitschrift liegt nunmehr vollendet vor. Aus dem dem letzten Hefte beigegebenen Inhaltsverzeichnisse ergibt sich so recht, welch ein Stück

Arbeit hier geleistet worden. Die theologische Literatur alle r Slavenstämm e ist von sachkundiger Feder einer Würdigung unterzogen worden. Den größten Umfang zeigen der böhmische und besonders der russische Teil. Durch obige Publikation wird es auch den des slavischen Idioms Unkundigen ermöglicht, die geistigen Strömungen unter den Nationen des Ostens zu verfolgen. Besonderer Zweck der Zeitschrift ist es, Missverständnisse zwischen dem Morgen- und dem Abendlande zu zerstreuen und einer Annäherung zwischen den beiden Kirchen die Wege zu ebnen. Die wissenschaftliche Erörterung der Unterscheidungslehren vermag dieses hohe Ziel zu fördern. Von Neujahr 1906 ab sind der Redaktion drei in slavischen Fragen rühmlichst bekannte Fachgelehrte beigetreten.


La Civiltà Cattolica. 1906. V. II. Pag. 462. — Questa nuova pubblicazione periodica si propone di rendere conto esatto e sollecito di tutto ciò che si va pubblicando in fatto di scienze ecclesiastiche tra' vari popoli slavi. Vuol essere dapprima un centro di studii comune tra loro; poi un facile mezzo di comunicazione con le altre dotte nazioni. Non si può invero negare che le difficoltà di una lingua, suddivisa in tanti dialetti diversi, ciascun dei quali ha letteratura sua propria, tengono quei popoli piuttosto separati dal resto del mondo scientifico, mentre pure abbondano qui vi ingegni non solo eccellenti, ma fervidi di zelo ed assai fecondi nel lavoro intellettuale. Particolarmente vanno tra loro rifiorendo in modo assai consolante gli studii ecclesiastici e teologici, e però sono degni di essere tenuti in gran conto, soprattutto perchè contribuiscono efficacemente a far cessare a poco a poco i malintesi tra' cattolici ed ortodossi ed a togliere od almeno diminuire le barriere che finora ci dividevano.

Le *Slavorum litterae* sono scritte in latino ed hanno forma di recensioni bibliografiche di tutto ciò che si va pubblicando in qualsivoglia delle lingue slave, sia in opere particolari, sia nella stampa periodica, che anche qui vi è molto ricca. Le recensioni talvolta sono ampie e discutono il merito delle dottrine sotto il punto di vista cattolico, non però in forma polemica, si piuttosto a modo di pacifica ricerca... L'appendice: *Quaedam de quibus teologi utriusque Ecclesia et dissentientia*, accoglie trattazioni svariate di controversia. Non mancano le *Miscellanea* di erudizione e la speciale rubrica: *Externa, res Slavorum spectantia*, dove si parla di ciò che nel resto del mondo si va pubblicando intorno le cose ecclesiastiche slave.

Percorrendo i fascicoli della prima annata, ogni lettore resterà pienamente soddisfatto delle materie proposte, della copia, esattezza e rapidità delle informazioni e dell' ottimo spirito che vi aleggia. La seconda annata continua col medesimo metodo. Ci congratuliamo con gli editori per felice loro pensiero d' aver creato un mezzo tanto prezioso di comunicazione tra tutti noi e l' oriente slavo e lo raccomandiamo vivamente agli studiosi.

Corrigenda in fascicolo II.

P.	123	infra	v.	1	loco	N. T.	lege	V. T.
"	128	supra		6	"	disceptabatur	"	disceptabatur"
"	131	"		28	"	IV. Esdrae	"	III. Esdrae
"	131	infra		10	"	Comill	"	Cornil
"	132	supra		1	"	N. T.	"	V. T.
"	145	"		20	"	decima	"	decima



Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák. Pragae.
J. Urban. Cracoviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Luc. Jelić. Jadrae.

Annus II. (1906)

Pragae Bohemorum.

Nr. 4.

BOHEMICA.

Dr. Vlastimil Kybal, M. Matěj z Janova. Jeho život, spisy a učení. (De M. Matthiae de Janow vita scriptis et doctrina.)

Titulus libri indicat primum fata M. M. d. Janow, qui inter praedecessores M. Ioannis Hus numeratur. Erat natus in pago quodam Janow, non sicut Tomek III. tomo Dějin Prahy pg. 351 asserit, in circulo Pontensi, sed alibi, verisimiliter in provincia olim Bechynensi, nunc circulo Taboriensi. Pater Venceslaus pauper erat cliens regius. Sed nec annus nativitatis eius certus est. Anno 1376 licentiatus in universitate Parisiensi factus est, unde colligitur eum annos viginti unum iam complesse et ideo ante a. 1355 natum fuisse.

Prima fundamenta scientiae ubi iecerit similiter nescitur. 1373 abiit Parisios, ibique novem annos moratus est usque a. 1381. Cognomentum vulgare Magister Parisiensis inde traxit. Deinde qua talis ad curiam papalem Aveniensem expectantiam et provisionem alicuius beneficii ecclesiastici petivit camque 1378 11. Maii qua reservationem papalem pro aliquo beneficio cum cura vel sine cura ad presentationem archiepiscopi, praepositi, decani et capituli Pragensis accepit. Eo ipso non praebendam, sed tantum expectantiam in capitulo nactus est. 1381 archiepiscopus fecit eum poenitentiarium ad s. Vitum. Deinde a. 1388 plebanus in Magna villa presentante Henrico de Duba et de Egerperk usque ad mortem a. 1393 permanxit. In codice I. 55. archivi capituli Pragensis a. 1394 in die s. Andreae ap. eum mortuum esse marginalis quaedam inscriptio significat. Sed nos ducti libro confirmationum, in quo a. 1393 successor eius die 5. Decembris 1393 ad presentationem supranominati domini Henrici de Duba confirmatur, annum 1394 falsum et 1393 verum declaramus coaevo fonti confirmationum libro magis innixi quam codici, qui exaratus esse videtur tempore posteriore. Sepultus est in templo divi Viti martyris.

Si scripta eius perpendimus, apparet eum fuisse zelatorem ecclesiae catholicae, sed mala, quae vidit et schisma ortum atque abominatione in loco sancto instigaverunt eum usque ad dictum, quod resonabat pluribus id temporis in locis, antichristum in ecclesiam advenisse. Scriptor huius libri dicit eum non fuisse sibi constantem, et animo debilem atque in se divisum, quamvis eum extollat laudibus, quas non meruit plene.

Ex omnibus tractatibus eius, qui supersunt: De passione Christi, De decem praeceptis, nonnulli sermones extantes, regulae veteris et novi testamenti totam doctrinam eius maxime dilucidant. In parte huius libri tertia doctrina M. nostri secundum synthesin et analysin exhibetur.

Doctrinam christianam atque ecclesiam Christi e sanctissima Trinitate deducit, sicut mos est scholasticis, in quibus ab eis non differt. Etiam ecclesiam definit esse congregationem sanctorum Dei, qui vivunt et aguntur spiritu et vita Iesu Christi, cuius unitas est pulcherrima et delectabilis.

Historicis aevi nostri aequum est respicere ad causas schismatis, quas affert: non tantum presbyteros saeculares, qui replent ecclesiam divitiis, voluptatibus et honoribus huius mundi, sed etiam tyrannidem principum, praelatorum, et nimiam auctoritatem atque iurisdictionem monachorum. Fas est applicare has causas ad huius temporis historicos eosque confutare nimio partium studio.

Animus M. Matthiae de Janow occupatur, ut mos erat omnibus aequalibus, reformatione ecclesiae, quam conspicit in purgatione eiusdem ab omnibus adinventionibus humanis, quae non concordant cum doctrina Iesu Christi, apostolorum et prophetarum. Et alio loco dicit: solus spiritus Iesu Christi potest comparare unitatem et pacem. Ad media huius unitatis pertinet, ut omnes regulae monasticae auferantur et ad clerum saecularem redeant, qui plebem communem labore animarum zeloso nutriant. Hanc reformationem secundum praestantissimos sanctissimosque viros presbyteris et verbi Dei seminatoribus esse prosequendam.

Secunda eaque maximi momenti pars doctrinae M. M. d. Janow est de venerabili sacramento eucharistiae. Eo tempore de communione vel quotidiana non tantum adulorum sed et infantium disceptatum est inter doctos. Janow pro quotidiana communione pugnat, quamquam synodi Pragenses celebratae usum ecclesiae statunnt atque luculenter definiunt. Quae communio quotidiana secundum auctorem nostrum connexa est cum husitismo vel ultraquismo saeculi XV. in hunc modum: intentionem M. Matthiae de Janow fuisse in quotidiana communione laicos faciendi similes vel aequales presbyteris, quod vero fecit M. de Janow consummavit ultraquismus et expressit, quum et laicis sub utraque specie sumendam eucharistiam esse assereret. Ad finem operis tenorem scripti sui auctor exprimit, esse historicas ineptias, si ponatur husitismum errores Wiclefiticos assumpsisse; sed inter praedecessores M. Ioannis Hus et ultraquismum saeculi XV. maxime vero M. Matthiae de Janow existere realem contactum, quamquam elementa wiclefistica husitismo non-nulla parte inhaerent.

Opinio haec auctoris nova argumentis nonnullis probatur, sed non est adeo liquida, quae multis dubitationibus non careat.

Franciscus Štědrý.

Dr. Ant. Kubíček, **Piaristé a jejich školy.** Zvláštní otisk z I. zprávy c. k. ústavu ku vzdělání učitelů v Kroměříži. (**Piaristae eorumque scholae.** Separata editio tractatus in I. programmate c. r. instituti ad praeparandos ludimagogistros Cremsirii in Moravia.)

Postquam de scriptoribus, qui hanc rem pertractarunt, auctor exposuit, mox de instituto resp. ordine Clericorum regularium pauperum Matris Dei scholarum piarum a s. Josepho Calasanctio fundato, sermone in instituit. Eiusdem initia atque divulgatio, imprimis per Moraviam, Bohemiam, Silesiam breviter innuuntur. Item de ordinis scopo, sociorum aggregatione eorumque officiis fit mentio. Scholarum, quae ab Ordinis membris diriguntur, fundatio atque directio exponitur. Demum de eiusdem ordinis collegiis in regionibus nostris erectis, de methodo in singulis classibus servata, de viris, qui de litteris, in lingua Bohemica conscribendis, optime meruerunt, breviter sed clare et sufficienter tractatur. — Libellum diligentissime elaboratum unicuique ex animo commendamus.

Dr. C. Kašpar.

Dr. Jaroslav V. Sedláček, Museum biblických starožitnosti.

Obsahuje: Popis předmětů a modelů biblického musea s přídavkem o svěcení biblických svátků u Židů. S třemi obrazy. V Praze 1906. Cena K 2·50. (**Musaeum antiquitatum biblicalium.** Continet: Descriptionem rerum et figurarum musaei biblii cum appendice, in qua deserbitur modus, quo Iudei hoc tempore festa biblica celebrant. Cum tribus imaginibus.) Pragae Bohemorum 1906. Bibliopola Fr. Řivnáč. Pag. 118 in 8^o. Prezium C. 2·50.

Clarissimus scriptor aliquoties in Palaestinam profectus est, ut cognosceret loca biblica et rationem vitae incolarum nunc ibi degentium. Quibus in itineribus cognovit incolas huius temporis fere sic vivere, ut vixerunt habitatores pristini. Ut autem etiam alii, qui non possunt tam longum iter suscipere, possent hunc modum vivendi cognoscere, attulit Pragam ex Terra Sancta multas res, alias in natura, alias in figuris et depositus eas in loculis, qui inveniuntur in aedibus seminarii archiepiscopalium.

Scriptor idem omnes res, quas collegit, descripsit in opere, cui titulus est „Musaeum antiquitatum biblicalium“ Cui operi addidit appendicem, in qua docet modum, quo Iudei his temporibus festa biblica celebrant. Hoc opus, quamquam non est archaeologia biblica sensu stricto sumpta, tamen valde eminent inter scripta huius generis, quia exhibet nobis ea, quae auctor ipse vidit, vel audivit, vel a probatissimis scriptoribus mutuatus est. Legenti statim patebit, ab eo conscriptum esse opus tum utile, tum iucundum. Omittens nonnulla menda impressoris puto corrigendos esse alios errores, non tamen magni momenti e. g. scorpio habet tantum unum aculeum, sed duas glandulas virulentas; non timenda sunt omnes scolopendrae, sed tantum scolopendrac maiores e. g. scolopendra morsitans.

His exceptis omnes res recte et clare descriptae sunt. Qui igitur intelligere vult ea, quae Scriptores Sacri e vita incolarum Terrae Sanctae depropnserunt, pervolvat hunc libellum.

Obořští prope Příbram. P. *Franciscus Reindl.* C. SS. R.

Hlídka 1905.

St. Souček: Paul Fredericq o účincích věrověstné činnosti Ríma a Byzance na literární rozvoj národní obrázených na křesťanství (De Pauli Fredericq sententiis, quomodo Roma et Constantinopolis in litteris populorum ad religionem christianam conversorum promovendis differant) 562—564; 634—638; 693—696.

Paulus Fredericq in oratione in regia Belgiae academia 9. Novem. 1903 habita exponebat litteras apud populos, Roma duce religionem christianam amplexos, et apud populos a fidei praeconibus Constantinopolitanis conversos diversa incrementa cepisse propter diversam linguae liturgicae usum.

Linguam Latinam in Occidente litteras Germanorum, Romanorum nec non Slavorum Romano-catholicorum cohibuisse. Lingua Latina evangelium annuntiabatur, ea omnia, quae in vitae societate magni sunt momenti exprimebantur, quo facto ordo eruditorum a plebe alienabatur, neque linguam eius fovebat. Orientalis autem Ecclesia patrias linguas in ritu adhibebat et promovebat.

Hic Fredericq partem controversiae inter scholam Moscoviensem (Ivan Vasilevič Kiréevskij, Homjakov, Lamanskij et a.) et laudatores occidentis attingit, utrum occidens an oriens magis ad hominum vitam excolendam valuerit.

Qua de re sententiae non concordant Alex. Brückner Polonus, linguae Slavicae in universitate Berolinensi professor, linguam liturgicam ad ingenium gentis moresque domesticos excolendos parum pertinere, immo Slavicam linguam liturgicam, vel »cyrillo-methodianismum« causam esse minoris Slavorum orientalium profectus existimat.

Fidei praecones Roma profecti, linguae Latinae assueti, in regionibus, ubi evangelium annuntiabant, liturgiam Latinam introduxerunt, quae consuetudine inveteravit, unitati quam firmissimae inter ecclesiae membra et caput (Romam) firmandae maxime idonea.

Concilium Tridentinum linguam Latina liturgiam astringendam esse non pronuntiavit, sed sententiam contra sermonis plebei usum protulit. Consuetudines discrepantes, si modo rebus gestis comprobatae erant, permissae, et veteres linguae liturgicae (graeca, syriaca, coptica aethiopica, armena, veteroslavica) conservatae sunt. Ecclesiae orientalis cum occidentali coniungendae gratia et ritus et linguae liturgicae varietas est admissa. Prosperi in evangelio annuntiando eventus causa lingua Slavica et Malabarica admissae sunt. Saeculo XVII. missionariis catholicis rogantibus permissa est lingua liturgica Sinensium; quamquam introducta non est. Utique concessiones hae summatim ad parvum fidelium numerum pertinent.

Lingua Latina in occidente Christiani in scriptis sola utebantur. Linguam hanc imperium illud Romanum, quod renovandum esse videbatur, poscebat; studia ascetica et supernaturalismus aetatis mediae animum scriptorum a discutiendis materiis, quae ad multos pertinerent retrahebant, studiis cogitationis in linguis domesticis deerant usitatae aptaeque voces. Ideo iniustum est dicere unicam causam exigui profectus litterarum domesticarum et vernacularum in occidente fuisse, quod linguae vernaculae ad liturgiam non adhiberentur.

Sententiae Pauli Fredericq de prospero effectu diversi usus in orientali ecclesia non sunt verae. In eadem sententia »Trilinguistarum« de non permittendis nisi tribus linguis liturgicis (hebraica, graeca, latina) pullulavit.

Quod ad Slavos attinet verum est apud gentes liturgiam Slavicam tenentes, litteraturam prius effloruisse, sed aliis ex causis. Apud Bulgarios (et de his agitur) ad litteras, e Moravia allatas, augendas commercium cum Constantinopoli multum contulit; apud Slavos occidentales et septentrionales aequa prospera rerum condicioe deerat.

Ipsa introductae liturgiae Slavicae laus non ecclesiae Graecae sed potius politicis Rostislavii studiis, universum imperium ad religionem christianam convertendi, et integra ac solida libertate donandi tribuenda est. Propria autem causa ingenium erat ss. fidei praecorum — praecipue Constantini, viri omni doctrina eruditii atque multarum linguarum scientissimi. — Labores eorum apostolici linguâ vernaculâ adhibitâ optabilem exitum habebant. A discipulis Methodii Bulgari, ab-

his Russiet Serbi Slavicam liturgiam acceperunt — quamquam omnes fidem a sacerdotibus Graecis acceperant.

K. Černocký: Psychologie bludů v dějinách církevních (Psychologia errorum in historia ecclesiastica occurrentium.) 449—454; 535—539; 610—612. *Mužný.*

Frant. Tischer, K dějinám sporu arcibiskupův pražských o právo metropolitní nad biskupy olomouckými XVI. stol. (Aliquid de controversia archiepiscopos pragenses inter et episcopos olomucenses quoad ius metropolitanum saeculo XVI.). Pragae 1905).

Auctor munere fungens archivarii archiepiscopi Pragensis documentis de archivio depromptis innixus demonstrat, archiepiscopis Pragensibus per bullam Clementis VI. metropolitanorum ius supra episcopum Olomucensem adiudicatum fuisse, quod quidem saepius exercebant. Apostasiā archiepiscopi Conradi de Vechta a fide catholica, sedes metropolitana Pragensis per 140 annos vacabat, dioecesim administrante inde ab anno 1434 capitulo metropolitanu Pragensi. Quo quidem tempore episcopi Olomucenses sensim sine sensu sese a iure metropolitanu archiepiscopi Pragensis exemerunt, reclamantibus utique archiepiscopis, postquam restituti sunt. Per bullam denique Pii VI. sede Olomucensi ad dignitatem archiepiscopalem evectā controversiis finis appositus est. Sequentur documenta latine conscripta, e quibus lector, etiam linguae bohemiae ignarus, intelliget, quonodo hic quaestionem hanc solvat. Opusculum magnā cum assiduitate elaboratum ipsum sese commendat.

Dr. Car. Kašpar.

Časopis katolického duchovenstva 1905.

B. Spáčil, Volba papežská a tak zvané právo exklusivity. (De summi pontificis electione et de iure quod vocatur »exclusivae«.)

Exposito modo, quo papae eligebantur et momento, quo potestas civilis ad eam rem tempore procedente fuerit (p. 54—8; 144—51; 246—252; 444—52; 562—5; 609—15) agitur de iure ipso. Primum e lege naturali aut ex similitudine cum aliis institutis nihil sequitur nisi, cum plurimum, electoribus cavendum esse, ne virum principibus adeo invisum eligant, ut ecclesia inde plus detriumenti quam emolumenti accipiat (616—620). Deinde ut non constat exclusivam legem aperte prohibitam esse, ita nec sancta est; verbis ac litteris legum non adversatur, sed repugnat voluntati et sententiae (620—2; 845—8). Tum consuetudine ius hoc acquiri non potuit, quia cardinales non propterea alios eligere exclusione facta solent, quod is, quem ipsi volebant exclusus est, sed ne temere pax cum principibus turbetur, deinde quia consensus etiam tacitus legum sanctoris deest, cum circuitione quadam exclusiva prohibita sit (maxime a Clemente XII. et Pio IX.), denique quia rationi consentaneum non est (848—853).

A. Podlaha, Rozhledy v umění křesťanském (Nonnulla de arte christiana). Inter alia docemur (p. 67—8) non certo structurae genere aedificium reddi ecclesiasticum et a profanis differre sed »elementorum cuiuslibet generis« usu monumentali (monumentálním užitím prvků slohových). Quamquam sunt, qui Gothicum genus ut aptissimum dignissimumque subtilibus rationibus commendent (Cf. Natur und Offenbarung VIII., 1—14). P. 724—5 laudantur novae ss. Cyrilli et Methodii statuae a Vinc. Vosmík factae et Klatovii collocatae.

A. I. Soldát, O uherském právu manželském (De iure matrimoniali in Hungaria). Historia legum de matrimonio in Hungaria nuper conditarum praemissa (p. 46—52; 155—6) ipsum ius matrimoniale ibi

servandum exponitur (p. 157—160; 322—9) secundum librum Camilli Henner, Uherské právo manželské (Pragae 1904, pag. 94).

A. Vršťál, Mravoučná literatura česká (De litteris Bohemorum theologiam moralem tractantibus), p. 313—322.

R. Zháněl, Z vojenské duchovní správy De cura animarum apud milites). Agitur de modo, quo rationes cleri militaris ordinatae sunt (p. 118—120), de ipsa animorum moderatione (p. 236—240), de matrimoniois militum (427—9), de matriculis militaribus (429—31).

F. Stejskal, Jerusalémsky chrám zničen Titem úmyslně (Templum Hierosolymitanum a Tito voluntate et iudicio deletum esse), p. 175—6.

PALAEOSLAVICA.

Dr. Lucas Jelić, *Fontes historici liturgiae glagolitico-romanae a XIII. ad XIX. saeculum*. Veglae 1906.

Animum hoc opus imaginem historicam praebet finium liturgiae glagoliticæ. Monumenta collecta sunt magna diligentia magnoque labore. Titulus solam partem argumenti prodit contineri in libro fontes liturgiae illius; sed praeter liturgica insunt etiam documenta palaeoslavice scripta iudicialia, item epitaphia, dictiones ecclesiarum et capellarum etc. Praeterea in singulis partibus indicatur, ubi et quando liturgia palaeoslavica in usu fuerit, quasque vexationes sacerdotes, qui ea ntebantur, passi sint. Frequentissime decreta afferuntur, quibus Romae liturgia palaeoslavica variis in conciliis confirmata est.

Historice certum esse amplissimos liturgiae glagolitico-romanae olim fuisse fines nemo hoc libro perlecto in dubium vocare potest. Hoc potissimum ut efficeret scriptor videtur intendisse.

Desiderari possunt — ad augendam libri utilitatem — notae, quae ad singulos fontes (missalia, responsoria, ritualia) addendae erant, quibus indicaretur, quo saeculo provenissent: non enim semper nec accurate haec facta sunt.

In universum aestimanti hoc libro haud mediocriter liturgia historica aucta est. Cum latine sit scriptus, usus eius omnibus harum rerum studiosis facilis est. Displicet magnus mendorum numerus ad quae accedunt nonnulla errata velut suburbium Cracoviense in archidioecesi Varsoviensi collocatum.*)

J. M. Černý.

Fontes historici Liturgiae Glagolito-Romanae a XIII. ad XIX. saec., collegit, digessit et Indice Analytico instruxit Dr. Lucas Jelić, professor Historiae Ecclesiasticae et Iuris Ecclesiastici in Seminario Theologico Centrali Jadrensi. Veglae 1906 (mag. 8⁰, pag. 502 et I.—XLVIII.). Sumptibus: „Academiae Palaeoslavicae Vegensis“, „Glagolitarum in Dalmatia“, „Societatis libris catholicis edendis Zagrabiae“ et „Slavorum Litterarum Theologicarum“, Pragae.

Negotium Liturgiae Glagolito-Romanae Slavorum animos triginta abhinc annis vehementer agitat. Inter praecipua studia historicæ cul-

*) His typis iam exscriptis ubiorem argumenti expositionem accepimus, quam una exhibemus.

turae Slavorum in genere, et inter primarias quaestiones religiosas Slavorum meridionalium in specie, principem locum procul dubio Liturgia Slavica iuxta Romanum Ritum obtinet. In hac materia enim lucta, quam peripheria Slavorum Occidentalium pro sua existentia et evolutione inde a medio saeculo praeterito sustinet, quasi personificatur. Nec mirum, quod praeter plurimos scriptores Slavicos, recentiore aetate etiam tot Galli (Leger, d'Avril, Lapôtre S. J.), Germanique (Friedrich, Nilles, Goetz) neenon Itali (Bartolini, Pesante, Brunelli, Salata, Benussi) historicis iuridicisque disquisitionibus Liturgiae Glagolito-Romanae operam navarunt; Slavique meridionales occasionem nacti sunt, nationale religiosumque suum esse cum accentu promuntiandi. Hinc factum est temporibus novissimis, ut supremae potestates civiles et ecclesiasticae hoc negotium ad forum suum traherent. Ex quo Liturgia Glagolito-Romana, per se quidem materia mere religiosa, evasit quaestio mixta eximii momenti et iam ad forum internationale deducta est.

In rebus religiosis, quae ad forum nationale et politicum trahuntur, serenitas obiectivae expositionis historicae obnubilatur partium studio et animorum agitatione, ita ut historia ipsa non parvum damnum patiatur. Idem obtigit historiae Liturgiae Glagolito-Romanae; cuius origo quidem Cyrillo-Methodiana praecipue a Ginzel, Jagié, Snopek, Pastrnek vera luce illustrata est; eius vero evolutio neenon posteriora fata inde a XIII. saeculo, vel neglecta vel obiter tantum a Ginzel, Prodan et Mlinović tractata sunt. Et hoc factum est illa de causa praecipue, quia perdifficile fuit, fontes historicos inde a XIII. saec. in unum colligere.

Quod opus revera arduum Jelić aggressus est, ut fundamenta historiae systematicae Liturgiae Glagolito-Romanae substrueret, id quod ex ipsa libri inscriptione patet. Universum conspectum totius operis optimus Index Analyticus (p. I.—XLVIII.) praebet, ut etiam ex summa recensione liquidum est.

I. Recensent Acta Synodalia de liturgia Glagolito-Romana agentia; canones concilii Lateranensis IV. et Tridentini: duorum conciliorum provincialium et plusquam viginti synodorum dioecesanarum statuta (pag. I.).

II. Registrant Acta Curiae Romanae Pontificum serie digesta, fere innumeratas relationes et decreta de Liturgia Glagolito-Romana triginta pontificum inde ab Innocentio III. ad feliciter regnante Pio XI. (p. I.—XIII.).

III. Proponunt Acta civilia Slavicarum et non Slavicarum rerum publicarum: documenta civilia Croatiae, Dalmatiae, Montis Nigri. Bohemiae, Poloniae, Venetiarum, Galliae et Austro-Hungariae (p. XIII.—XV.).

IV. Topographia historica liturgiae Glagolito-Romanae minutissime enumerat singulas ecclesias glagoliticas tam per omnes dioeceses Slavorum Meridionalium, quam Bohemiae, Poloniae, Italiae nec non religiosas communitates (p. XV.—XXXVII.).

V. Colligunt monumenta, cultus legendasque ss. Cyrilli et Methodii (p. XXXVII.—XXXVIII.).

V. Recensentur secundum classes libri ecclesiastici Slavica lingua,

codice manuscripti vel typis impressi, tam liturgici quam accessoriis (p. XXVIII.—XL.).

VI. Scriptores de Liturgia Glagolito-Romana agentes alphabetica serie referuntur (p. XL.—XLIII.).

VII. Uberrimo repertorio locali monumenta glagolitica alphabetica serie indicantur (p. XLIII.—XLVII.).

Materia vero annorum serie digesta et pro singulis saeculis seorsim distributa omnes fontes historicos complectitur: maxima ex parte hucusque neglectos spretosque: en cur tantae molis volumen plurima hucusque inedita offerat!

Membra haec dispersa neglectaque iam specimen systematicum historiae Liturgiae Glagolito-Romanae inde a XIII. saeculo primis lineis designant, legentiumque animos haud raro rerum novitate alliciunt; quae obiter tetigisse sufficiat. Decimo tertio saeculo sequentique Liturgia Glagolito-Romana una cum characteribus glagoliticis communis erat omnibus Slavis Meridionalibus; decimoquarto et decimoquinto saeculo inter Bohemos, Moravos Serbosque orientales iterum propagata, provinciam quam Cyrillo-Methodiana aetate habuerat, recuperavit. Repressione politica, persecutione Lutheranica, Ottomanica invasione, inopia librorum liturgicorum typis impressorum inde a XV. saeculo crisi obnoxia, ad Croatas Slovenosque maritos coaretatur; Tridentina tamen ratificatione et libris liturgicis a S. Congregatione Propagandae Fidei editis restaurata, usque ad medium saeculum XIX., si brevem repressionem Austriacam ineunte XIX. saeculo excipias, ad Croatas limitata pacifice ibi conservatur. Quum vero altera XIX. saeculi parte clerus glagoliticus Seminario Glagolitico Jadrensi et Spalatensi (Pisko) abolito a Gubernio Austriaco, cuius studium systematicum semper fuit, ut linguae palaeo-slavicae in Sacris Latinam substitueret, non minus deficeret, quam libri liturgici glagolitici, Pius papa IX., ut liturgiam Glagolito-Romanam conservaret S. Congregationem Propagandae Fidei anno 1868 libros sacros glagoliticos recudere iussit. Quod consilium Leo papa XIII. studiose prosequens, encyclicis „Grande Munus“ auctores ipsius Liturgiae Slavorum Apostolorum SS. Cyri et Methodii iure ac merito celebrans, in votis habuit, ut ex Liturgia Glagolito-Romana quasi pons unionis ecclesiasticae Slavorum praecipue meridionalium sterneretur. Sed quibus haec unio ex rationibus politicis invisa fuit, contra Liturgiam Glagolito-Romanam insurrexerunt, non tantum eius propagationi adversi, sed etiam ad eam extirpandam consilia ineuntes, praecipue inde ab anno 1887, quando Liturgia Glagolito-Romana in provincia Antibarensi, concordato inter S. Sedem et principatum Montis Nigri inito, restaurata est. Notissima sunt scandala diplomatica Russiae et Austro-Hungariae ob actionem huic Liturgiae contrariam; quapropter Slavorum oculi aperti sunt, ut in illo venerando monumento culturae suae religiosae palladium etiam nationale in dies magis conspicentes, contra repressionem politicam agerent. Gravis controversia, quae de conservatione et de propagatione Liturgiae Glagolito-Romanae apud Slavos Meridionales, ex illa reactione Slavica contra scandalosas tricas diplomaticas recentissimo tempore exorta est, adhuc sub indice est: et ex documentis

Jeliciana Sylloges omnino obiective usque ad annum 1900 nova luce illustratur.

Sylloge Jeliciana quaestio Liturgiae Glagolito-Romanae ad transillum forum scientificum reducitur; lectori iudicique incorrupto argumenta praebentur, quibus animo aequo atque obiectivo de hac quaestione indicare poterit.

Huic tanto monumento scientifico et practico Sylloges Jeliciana vix officiunt menda typographica, quae hinc inde irrepserunt, vel lacunae, quae ex additamentis per facile suppleri possunt.

Fontes historici Liturgiae Glagolito-Romanae ante XII. saeculum nec integre nec critice adhuc collecti sunt; Sylloge Jeliciana iustum vivumque desiderium inducit, ut Liturgia Glagolito-Romana, etiam hac ex parte, quam primum investigetur, ut tota eius evolutio atque historia in luce posita sit.

J.

POLONICA.

Ks. Władysław Szczęśniak: Obrządek słowiański w Polsce pierwotnej (De ritu Slavico in antiqua Polonia). Warszawa, 1904. Biblioteka dzieł chrześcijańskich. No 42. (Pag. 208, mag. 80.)

Celebris agitabatur ultimo saeculo quaestio de initiosis christianismi in Polonia. Multi scriptores historici, ut Friese, Maciejowski, Bielowski, Gąpielowicz alii pro certo habebant ritum slavicum in pristine Polonia extitisse, qui non sine certamine ritui latino locum cesserit. — Wł. Szczęśniak opiniones eorum omnium resumit et compleat, qui oppositam sententiam profitentur. Cap. III, IV et V (p. 55—208) omnia argumenta dissolvuntur, quibus existentia ritus slavici in Polonia antiqua fulciri solita erat: cap. I (p. 4—35) auctor enarrat quomodo opinio de Poloniae ritu slavico oriri potuerit. Caput hoc, nostro indicio, pro complemento positivo totius operis, quod censuram alienae sententiae exhibit, habendum est, ciusque locus proprius in fine libri esse debebat. Cap. II (p. 36—54) exponitur theoretice, in quo substantia ritus slavici consistat. — Liceat argumentum cap. I. breviter exponere. Nemo usque ad initium saec. XV quidquam de missionibus ss. Cyrilli et Methodii, sive aliorum ritus slavici missionariorum in Polonorum finibus sciebat. Saeculo demum XV ex Moravia et Bohemia simul cum libris liturgicis per monachos ordinis s. Benedicti ritus sl. allatis in Polonię quoque fama de his Slavorum apostolis venit. Cultus eorum labente tempore magis magisque angebatur ita ut Moraviae apostoli etiam apostoli Poloniae nominari coepti sint. Maxime hoc factum est, cum de unione ecclesiae ruthenicae ageretur. — Piasecki (saec. XVII) primus asseruit Polonus fidem christianam ab apostolis slavicis accepisse, seductus, ut videtur, officio in honorem ss. Cyrilli et Methodii instituto atque fama de slavico monasterio benedictino prope Cracoviam, quod tamen tantum per breve tempus sub finem XIV et initio XV saec. floruerat. Vestigiis Piasecki inhaerentes multi alii rerum scriptores, imprimis protestantes, Hussitis (Bohemis et Moravis) auctoribus, iam pro

re certissima habebant primam formam religionis christiana in Polonia fuisse slavicam sive graecam. Nonnulli, ut Gumplowicz, hypothesim hanc iam adhibebant ad solvendas varias difficultates in historia Polonorum: e. g. conflictum inter s. Stanislaum regemque Boleslaum ex antagonismo inter duos ritus illustrare conati sunt. — Noviores inquisitiones historicae usum ritus slavici in antiqua Polonia inter fabulas relegant.

β.

A. Parczewski: Początki chrystyanizmu w Polsce i misya Irlandzka (Initia religionis christiana in Polonia et missio irlandica), Poznań, 1902. Reimpressum ex annalibus posnaniensis societatis *φιλομαθῶν*, pag. 75. mag. 8⁰.

Cum dissertatio W. Szeześniak, de qua superius, negative quaestionem trahet, qui non sint missionarii terrarum Poloniae, opusculum A. Parczewski conatur eandem quaestionem positive illustrare. In initiosis fidei christiana in Polonia querendis, similitudine quadam ex aliis nationibus petita usi, debemus admittere, iam a plurimis annis in Polonia missionarios laborasse, antequam dux Mieszko officiali modo religionem catholicam profiteretur. Sententia de slavia origine missionariorum in Polonia reiecta, Parczewski ex parte vestigiis prof. Wojciechowski et prof. Abramam insistens, ex parte propriis studiis innexus primos missionarios Neo-Corbeia, Leodio, Fulda, Ratisbona et Colonia in Polonię advenisse demonstrat. Hypothesis haec magna illa auctoritate, quam ecclesiae illae in dioecesi Cracoviensi et tota Polonia etiam postea per duo saecula, licet minorem in dies, exercuerunt probatur. In Polonia vera fide imbuenda primas partes habuerunt missionarii ex Hibernia, ordinis s. Benedicti, quod vel ex nominibus monasticis, quae variis monumentis exhibentur manifestum est. Haec Hiberniae studia denum in secunda saec. XII parte extineta sunt, eum in Benedictinorum provineiam ordines Cisterciensium et Praemonstratensium ingressi sunt.

β.

Ks. Jan Rostworowski T. J.: Z nowych kierunków myśli katolickiej. (De recentioribus rationibus, quas mens catholica sequitur). Kraków, 1905, pag. 52 mag. 8⁰.

Idem: Liberalny katolicyzm (De catholicismo liberali). Kraków, 1906, pag. 60 mag. 8⁰.

Ambo libelli e commentationibus separatis editis, quae in opere periodico „Przegląd Powszelny” emissae erant, conflati sunt. Occasione cuiusdam libelli prof. Zdziechowski, qui inscribitur „Pestis perniciosa” data, Rostworowski primo libello defendit traditionalem methodum religionis christiana demonstrandae, valorem intellecutualis laboris in praeambulis fidei ostendit, de habitu inter philosophiam et theologiam disserit, ineptam esse illam apologeticae rationem quae „intellecutualismum” nimis deprimit vel principis neo-kantianismi innititur, demonstrat. — Altero libello idem initia „catholicismi liberalis” a Lamennais eiusque l’Avenir repetit, ulteriores vicissitudines liberalismi in Ecclesia describit eiusque relationes ad auctoritatem eccl-

siasticam. Deinde exhibentur postulata eorum „liberalium“ recentiorum qui foedus Ecclesiam inter et scientiam cultumque nostri temporis iniri volunt. In critica parte libelli ostenditur rationem praecipuam, cur Ecclesia cum „spiritu moderno“ non possit amicitiam conciliare e sententia „liberalium“, in hoc consistere, quod „spiritus hic modernus“ nimis deprimat, vel etiam omnino negligat in vita humana elementum supernaturale et divinum, quod Ecclesia pro officio suo custodire et promovere tenetur.

β.

RUSSICA.

Academia ecclesiastica Kazanensis, et polemica christiano-islamica.

Academia Kazanensis quae chronologice ultimum tenet locum inter quattuor russicas academias, disciplinis theologicis indesinenter vacantes tanquam sibi propriam tractandam provinciam suscepit apologiam religionis christiana contra Mahumetanos. Hoc sibi munus demandavit quia Kazanensis eparchia suos inter incolas 3 decies centena millia circiter recenset Islami sectatores. Pro viribus russici missionarii conati sunt ingentem hunc Mahumeti exercitum ad christianam fidem adducere, sed incassum laborarunt. In Russia, prout ubique, religio mohammedica christianam veritatem omnino abhorret. Academia Kazanensis, cuius origo repetenda est ab anno 1798, imperante Paulo I., ut huiusmodi missionarios fortiores redderet in certamine antiislamico. sibi proposuit peculiarem scholam condere, quae islamicae fidei studium prosequeretur. Optimus professor E. A. Malov mense martio 1872 Consilio Academiae exposuit miseram conditionem Tartarorum, qui a Russicis missionariis baptismum acceperant, et doluit, quod pauciores essent libri, quibus contra sectatores islami religio christiana defenderetur¹⁾. Consilium, disserentis rationibus permotus, statutum in lucem edere seriem operum, cui titulus communis *Collectio antiislamica* (Противо-мусульманскій Сборникъ), curamque commisit eidem ac docenti Ostrovimov, ut pararent et colligerent materiam aptam typis edendam. Hinc factum est, ut anno 1873 in lucem editum sit primum volumen pretiosi quidem *Sborniki*, quâ de serie, cum tota penitus nostros lateat de rebus islamicis scriptores, praesertim in eis quae christianam fidem attingunt, visum est mihi haud abs re quaedam adnotare. Primum volumen (1873) tres continent opellas. Tenet principem locum narratio E. A. Malovi de sectione ad missionarios educandos adiuncta Kazanensi academiae (Свѣдѣнія о миссіонерскомъ отѣлѣніи при Казанской духовной Академіи). Doctissimus quidem rerum islamiticarum scriptor, ut lapsu temporis nova et laboriosa opera eum prodiderunt, natus est in provincia Simbirsk, et magistri theologiae diploma obtinuit in academia Kazanensi die 2 septembbris anno 1863. Longum quidem esset scriptorum eius seriem imuere. Plura inseruit in Православный Соборъщникъ circa statutum religiosum Tartarorum, qui вар-

¹⁾ Терновский, Историческая записка о состоянии казанской духовной Академии после ее преобразования. Kazani, 1892, p. 51.

tissimum accepérant. et missiones russorum apud islamiticas tribus, et praesertim opus, in quo religio mosaica ad lucem sacrarum scripturarum et Corani analytice diuidicatur Монсеево законодательство по учению Библии и по учению Корана, Пр. Соб., 1889. III.; 1890. I., II., III. tomii). — Eadem volumini adnectuntur binae opellae, quae notitiarum congeriem ad Tartarorum qui baptizati fuerant religiosam conditionem rite noscendam continent: Primi titulus est: Методъ миссионерской полемики противъ татаръ-мухаммеданъ: secundi autem: Причины упорной привязанности татаръ-мухаммеданъ къ своей вѣрѣ: primi auctor est E. Vinogradov, alterius B. G. Petrov.

Tomus secundus lucem aspexit anno 1873 cum hoc titulo: Опытъ изложения мухамеданства по учению калифитовъ. — Scripsit hanc opellam A. G. Leopoldov. Clare, licet non semper eruditæ, doctrinam dogmaticam primum, deinde moralem exponit huius sectæ, quae puriorum apud Muhamedanos fidem profitetur. Adnotatiunculis fere omnino caret, ac plures in arabicis citatis reprehenduntur errores. Tomus tertius clarissimi viri continet dissertationem de integritate librorum Veteris et Novi Testamenti contra Muhamedanos, qui auctoritate Corani suffulti tenent christianos iudeosque scienter et callide e suis libris sacris prophetias Muhamedum spectantes expunxisse en titulus operis: „Доказательства неправедности книгъ Св.-Иисаия Ветхаго и Нового Завѣта, противъ мухамеданъ: idem inquirit subiectum in hoc volume. in eis quae ad vetus Testamentum pertinent, A. N. Filimonov: Доказательства неправедности книгъ Нового Завѣта, противъ Мухамеданъ, Kazani, 1874.

Tomus quartus auctorem habet N. P. Ostromov, nunc temporis πρωτοιερεὺς, et disserit de prophetis iuxta coranicam doctrinam: Критический разборъ мухамеданского учения о пророкахъ, Kazani, 1874. Generatim advertimus omnia, quae typis edidit cl. Nicolaus Petrovitch Ostromov, ortus in provincia Tambow, magni pretii habenda esse in litteratura polemica islamica. Peculiariter digna sunt, quae inseruit Прав. Соб. circa coranicam doctrinam de fine mundi, et de Christo, 1871, 11: de angelis, et de influxu Muhamedi in historiam totius generis humani, 1872, II., III.; de Ssma Trinitate et Spiritu Sancto, 1872, I., et praesertim de hodierno statu Islamismi in Russia, plurimae tractationes, in Прав. Соб., Журналъ мин. народн. просв., Турк. Вѣдом., Прав. Обозр., Странникъ, et Христіанское Чтеніе. Nuperrime edidit volumen de Religione islamica et civili progressu.

Tomus V. est opus A. Hrustalev, disserit de propagatione religionis christiana inter infideles Kazanensis provinciae: Очеркъ распространения христианства между иночѣрцами казанского края. Казань, 1871, et complectitur historicam narrationem de conatibus ecclesiae russae ad eos convertendos (Kazani 1874).

Reperiuntur in sexto considerationes Th. D. Kudicevskij circa essentiam ac spiritum, ut vocant, Corani: Главные мысли и духъ Корана, et versio russica operis Weil, Historico-kritische Einleitung in den Koran, quam Malov concinnavit.

Septimus exhibet eruditas investigationes A. G. Zaborovskij quoad dependentiam Korani a fide christiana in systemate theologico ac morali. Huic inest operi titulus sequens: Мысли А. Заборовского о Коране, заимствованные из христианства: adiungitur delectus locorum Corani, quibus fides christiana extollitur, ut facilius ad eam amplectendam trahantur muhammedani: Locos collegit I. Fortunatov. In eodem vertitur russice caput V. operis Arnoldi: Islam, its history, Character and relation to Christianity. Londini, 1874. — Lucem volumen aspergit anno 1875.

Continet octavus praeclarum quidem opus presbyteri A. I. Svetlakov, De historia iudaismi in Arabia deque eius influxu in formatione doctrinae coranicae, quem viri peritissimi, ut Nöldeke, maximum fuisse censem: Історія іудаїзма въ Арабії и віяніє его на учніе Корана. Kazani, 1875. Hac sibi meruit auctor diploma magistri theologiae in academia Kazanensi (Ternovskij, l. c., p. 77) et anno 1885 episcopus consecratus est Mojaisk, vicarius Mosquensis eparchiae. De influxu iudaismi in religionem coranicam dissernit etiam in Prav. Sobes., 1881, t. III.

Reperitur in nono tractatus polemicus P. Raev, cui titulus: Notae veritatis christianismi orthodoxi et falsitatis muhammedanismi Признаки истинности православного христианства и лживости мухаммеданства. Kazani, 1875. Demonstrat in primâ sectione quaenam sint notae tum internae tum externae verae religionis revelatae, easque fidei nostrae propria esse tutatur, coranicis vero doctrinis denegat. Caret tamen opus vi theologica et critica methodo.

Decimus tomus optime disserit de Matrimonio Muhammedorum comparatione instiuta cum matrimonio christiano, deque eius influxu in vitam domesticam et socialem hominis: Мухаммаданскій бракъ въ сравненіи съ христианскимъ бракомъ, въ отношеніи ихъ віяння на семейную и общественную жизнь человека, Kazani, 1876. Praeclaris argumentis probat doctissimus auctor islamicum matrimonium meram esse conventionem civilem, quae nulla fulcitur religiosa sanctione. ac mulieris conditionem miserrimam reddit. Michael Alexandrovic Mahanov, natus in provincia Tobolsk, meritam sibi famam acquisivit pro innumeris in lucem editis scriptis, quae islamicam fidem respiciunt. Anno 1885 diploma magistri obtinuit, cum typis vulgasset De vita Arabum tempore Muhammedi. In praesentiarum professor est in Academia kazanensi, docetque theologiam polemicam contra Muhammedanos. Recensenda plura de potestate suprema in Islamo, Prav. Sob., 1878; de cultu sanctorum apud Muhammedanos ib.; de monachis Muhammedanis, quos Derviš vocant, de conditione judaismi in regionibus Muhammedanorum etc.

De caeteris voluminibus huius syllogae alia vice agemus.

P. A. Palmieri.

Вѣра и Разумъ (Fides et Ratio). 1906, n. I., II., III.—IV.

Къ вопросу о Патриаршествѣ въ Россійской Церкви (Controversia de Patriarchatu in Rossica Ecclesia), I.—IV., p. 1—16; 70—94; 132—150:

Anonymous auctor fuse tractat de novo regimine, quod citius sperat in Rossicam ecclesiam introductum iri. Horum laudat sententiam, qui Patriarcham totius Ecclesiae caput statuendum censem, sublata synodo petropolitana. Iura Patriarchae determinat, cui munus competere debet non tantum ecclesiae regendae ut sit arbiter supremus, sed etiam eo spectare, ut mediator sit inter imperatorem et populum, quem ut pater in omnibus fovere debet. Munera etiam et compositionem synodi patriarchalis recenset, quae in regenda Ecclesia auxilium suum Patriarchae praestare teneretur. Cernitur ex hac praecleara scriptione necessitas pro ecclesia russica sibi eligendi caput, quo in praesentiarum ut acephalum corpus, caret.

D. Leonardo v, Теорія боговдохвішості Віблії въ александрийской школѣ (Theoria inspirationis Sacrarum Scripturarum in scola alexandrina). I.—IV., p. 17—30; 70—94; 132—150. Doctus auctor iam inde a superiori anno investigare coepit, quaenam in Ecclesia primitiva doctrina sit de divina Sacrarum Scripturarum inspiratione. Hic tractat de sententia Clementis Alexandrini breviterque enucleat historiam exegiticae scholae, quae hic floruit auspice Pantaeo. Moralem characterem Clementis delineat, eiusque eruditionem summis laudibus extollit. In primo capite exponit doctrinam clarissimi scriptoris ecclesiastici circa nomina Sanctorum Librorum, affirmat ipsum professum esse doctrinam, quae tenet auctores eorum sub influxu divinae inspirationis suos libros exarasse, deinde in tertio capite recenset libros inspiratos ex sententia Clementis, eorum proprietates et notas, exponit quid ipse senserit de canone Veteris Testamenti, et Novi, ed de inspiratione singulorum librorum. Eruditione ex optimis fontibus hausta scatet haec dissertatio, quae Patrologiam spectat.

S. Znamenskij, Сверхчеловѣкъ Ницше (De »super homine« Nietzschiiano). I., p. 1—19, 33—50; 67—79. (sectio II, philosophica). Breviter attingit characterem philosophiae Nietzsche, quae hisce temporibus influxum etiam in Russos habuit, eiusque obscuram doctrinam de superhomine praesertim ex famoso opere »Also sprach Zarathustra« exponit. Primum ad crism revocat eius doctrinam spectatis psychologiae notionibus, eamque ut absurdam et contradictionem involventem reicit: deinde eam logice et moraliter pravam esse demonstrat. Doctrina christiana, quae Deum hominem extollit longe praecellarior est doctrinâ Nietzschiанâ de Super homine quae ad atheismum ducit.

T. Prohorenko, Русская духовная миссия въ Японии (Religiosa missio Russorum apud Iapanenses). II.—IV., p. 61—69; 151—168. Pulcherrimam habet Tokio orthodoxam cathedralem quam Rossi magnis expensis erexerunt: ad 30,000 computari debent, qui fidem orthodoxam profitentur in hoc imperio. Iaponensium Apostolum orthodoxum, Russi vocant Nicolaum Kasaktin, aluminum academie ecclesiasticae petropolitanae, qui iam a 45 annis suam fidem Iaponensibus non sine successu praedicat, ac paucis abhinc mensibus titulo archiepiscopi est decoratus. Originem, vicissitudines, statum actualem huius missionis enarrat praefatus auctor, quae demonstrat zelum pro diffusione christiani nominis in Rossica ecclesia penitus non esse extinctum, quod prodolor! de graeca ecclesia sine veritatis iniuria affirmare licet.

A. Spasskij, Христіанство какъ релігія книжні и пеноалітівшиїся історії (Religio christiana considerata ut religio libri et perfectae historiae). II., p. 95—117. Differt religio christiana ab islamitica, quia haec est religio libri, mordicus inhaeret observantiae materiali praceptorum secundum litteram sine spiritu qui vivificat. Deinde notas moralemque sublimitatem religionis christianaе praesertim in certamine contra polytheismum depingit.

I. Brodov ič, Бібліографическая зам'ятка «Православная богословская энциклопедія» (Animadversiones bibliograficae in Encyclopaediam Theologicam orthodoxam). 2, p. 118—120. Loquitur de o. E. gine ency-

clopediae orthodoxae, quae in lucem prodiit ab anno 1900, auspice clarissimo viro A. Lopuhino († 1904). Post eius mortem, curam operis prosequendi suscepit Pr. N. Glubokovskij, qui id praestabit ut Encyclopaedia melius criticae ac scientiarum normis respondeat.

I. Galahov, Почему духовенство утратило свое влияние на общество (Quanam de causa cleris suum amiserit influxum socialem). III.—IV., p. 186—194. De reformatione russicae ecclesiae et cleri agit, discutiens sententias clarissimi sacri oratoris Petrov qui hoc thema in Russkoe Slovo evolvit. Petrov tardum, inertem, immobilem iudicat clerum, qui veteribus adhaeret praejudiciis, quin videat sociales conditiones penitus mutatas esse. Galahov censoria nota Petrov inurit, negatque influxum cleri in societatem civilem pessum datum esse. Innumera sunt loca, praesertim pagi, in quibus clerus pater ac dux fidelium censemur. Oppida, verum est, minus sentiunt sacerdotalem influxum; huius tamen rei causa ipsi clero imputanda non est, sed optimatum ac primorum coetui, qui perversis doctrinis imbutus, ab ecclesia abhorret. Procul dubio clerus indiget renovatione: haec tamen parum iuvabit, nisi exculti coetus materialismi principia relinquant, ad fidei placita revertentes. Ex responsione Galahovi eruitur quod diminutus influxus cleri in societatem civilem derivet ex falsa scientia, quae in russicis scholis grassatur: communior tamen sententia clerum ipsum religiosae indifferentiae indirecte favisse tenet, cum apostolico zelo et libertate, sub regimine synodali caruisset.

A. Palmieri.

Libri russici anno 1905 editi *).

- S. D. Babuškin, Cerkovno-prilodskaja obščina i zemskij sobor. (De conventu parochiali et concilio rei publicae.) Kazan' 1905. (IX. + 298.) 1·50 r.
- K. Cincadze, Avtokefalija Cerkvi Gruzinskoj. Istoricheskij očerk IV.—XI. v. (De ecclesiae Grusin. autocephalia). Tiflis 1905. 0·20 r.
- A. Ivanov-Platonov, O naših nравственных отношениях и обязанностях к сем'ё, школе, обществу, товарищам, начальникам, служивым и подчиненным, к своему народу и государству, к целому человечеству и св. церкви². (De officiis socialibus, politicis, cosmopoliticis, ecclesiasticis.) M. 1905 (61). 0·30 r.
- A. Ivanov-Platonov, O zapadnyh věroispovědanijah⁴. (De confessionibus occidentalibus). M. 1905 (156+2) 0·70 r.
- A. Jachimirovskij, Vozroždenie vizantijsko-bolgarskago religioznago mysticizma i slavjanskoj asketicheskoy literatury v XVIII. v. (De mysticismo byzantino-bulgarico et litteris asceticis Slavorum saec. XVIII. renatis.) Har'kov 1905 (De Paisio Veličkovskij; ex Sbornik statej v čest' prof. M. S. Drinova).
- N. Malickij, Istorija suzdal'skoj duhovnoj seminarii (1723—88 gg.) (Historia seminarii spiritualis suzd.) Vladimir 1905. 220 1 r.
- A. A. Nen, Cerkovnye sbory i povinnosti v Lifljandskoj gubernii. Valk 1905 (VIII.+398). 3·50 r.
- S. Nikol'skij, Istorija cerkvej Antiohijskoj i Konstantinopol'skoj za vremja sv. Ioanna Zlatoustu, po ego tvorenijam. (Historia eccl. Antioch. et Cp. temp. s. Io. Chrysost. secundum eiusdem opera). Otd. I. i II. Stavropol'-Kavkazskij 1905 (XXXV.+398) 3 r.

) Cf. supra, p. 53.

- V. V. Perepečin, Rimskaja liturgija, eja otličie ot pravoslavnoj i sravnitel'nyja preimjuščestva poslědnej. (*Liturgia Romana, quomodo ab orthodoxa differat eaque inferior sit*). Vitebsk 1905 (90).
- ep. Petr, Ukažanie puti k spaseniju. *Opyt asketiki* (*Dux viae ad salutem*)³ M. 1905 (p. 483).
- L. I. Petražickij, Vvedenie v izučenie prava i nравственности. Emocijal'naja psihologija (*Introductio in doctrinam de iure et moribus*). Spb. 1905 (XIII + 311). 2 r.
- S. Petrovskij, Antihrist. Razsuždenie po rukovodstvu svjašč. pisaniya i sv. otegov (*De Antichristo sec. s. scripturam et ss. patres*). Odessa 1905. (71).
- S. Petrovskij, Sokraščennoe izloženie istin pravoslavnoj hristianskoj věry, nadeždy i ljubvi² (*Brevis explicatio rationum et praceptorum orthodoxae christiana fidei, spei, caritatis.*). Odessa 1905. 0·85 r.
- N. Pokrovskij, Kratkij očerk cerkovno-istoričeskoj žizni pravoslavnoj Gruzii so vremenij pojavenija v nej hristianstva i do vstuplenija eja v poddanstvo Rossii (*Orthodoxae Grusiae historia adumbratur*). Tiflis 1905 (165). 0·50 r.
- P. Ponomarev, Učenie Thomy Akvinata o tainstvě evharystii (*Quid Thomas Aq. de sacr. eucharistiae docuerit.*) Kaz. 1905. 0·25 r.
- S. V. Protopopov, O hudožestvennom elemente v pravoslavnom cerkovnom pěnii. (*De artificio cantus ecclesiae orhodoxac.*) Spb. 1905 (98) 0·80 r.
- A. I. Razumiljin, Praktičeskoe rukovodstvo dlja pastyrej (*Enchiridion administrationis muneric pastoralis*). M. 1905.
- M. A. Rejsner, Gosudarstvo i věrujuščaja ličnost' (*Imperium et persona credens*). Spb. 1905 (3 + 423) 2·50 r.
- G. Skardanickij, Farisei i saddukei, kak vyraziteli sostojanija religioznoj žizni iudejstva pred javleniem Hrista. (*De Pharisaeis et Sadducaeis et expressa per eos condicione vitae religiosae Indaeorum ante Christi adventum*). Kiev 1905.
- P. I. Smirnov, Istorija hristianskoj pravoslavnoj cerkvi (*Historia ecclesiae christiana orthodoxae*)⁸ Spb. 1905 (277).
- P. Stroganov, Stavropigial'nyj Bězjukov monastyr i smolenskie episkopy. *De monasterio, quod Bězjukov dicitur, (sub ipsa s. synodo constituto) et episopis smolenskensibus.* M. 1905.
- P. Ja. Svetlov, Kurs apoletičeskago bogoslovija² (*Cursus theologiae apologeticae*) Kiev 1905 (460 + VI) 2 r.
- M. Tarëev, Istina i simvolы v oblasti duha (*Veritas et symbola in regione spiritus*). Serg. lavra 1905 (204) 1·30 r.
- arhim Theofan, Tetragramma ili vethozavětnoe Božestvennoe imja **תְּהָאָנָּה** Spb. 1905 (VII + 258).
- L. A. Tišomirov, Al'truizm i hristianskaja ljubov' (*De altruismo et christiana caritate*). Vyšnij-Voloček 1905. 0·15 r.
- D. I. Tišomirov, O reformě duhovnoj školy. (*De scholarum spiritualiam instituto emendando.*) Spb. 1905. 0·60 r.
- A. Vinogradov, Istorija kathedral'nago Uspenskago sobora v gubernskom gorodě Vladimire³. (*Historia ecclesiae cathedralis in urbe Vladimir*). Vladimir 1905.

- M. Višnevskij, *Protiv nepravil'no ponimajuščim glavnějšia istiny pravoslavnoj hristianskoj religii* (*Contra eos, qui perperam accipiunt summam eorum, quae ecclesia christiana orthodoxa docet*). Kiev 1905.
- protoier. Vladislavlev, *Objasnenie bogosluženija svjatoj pravoslavnoj cerkvi* (*Liturgia s. ecclesiae orthodoxae explicata*) ⁴ I. et II. Spb. 1905 (440) 150 r.
- S. N. Vvedenskij, *Materialy dlja istorii Voronežskoj eparhii* (*Materiae ad historiam dioeceseos Voron. pertinentes*). Voronež 1905.
- Pamjatniki slavjano-russkoj pis'mennosti izdan. Imp. arheografičeskoju kommisseju. I. Velikija Minei Četii, sobranyja Vserossijskim metropolitom Makarijem. (*Monumenta litterarum slav.-russicar. I. Magnae Vitae sanctorum*) Nojabr', den' 11. Vyp. 7. Spb. (XLII.+414).
- Pamjatniki pravoslavija i russkoj narodnosti v Zapadnoj Rossii v XVII—XVIII. vv. Tom. I. Akty po istorii zagraničnyh monastyréj Kievskoj eparhii XVII—XVIII. vv. (*Monumenta orthodoxiae et nominis russici in Russia occidentali s. XVII—XVIII. T. I. Acta spect. historiam monasteriorum externorum eparchiae kiovensis*). Kiev 1905 (č. I.: CLXIV+XXXIII+528; č. II.: XXXV—LXVI + 529 — 1136; č. III.: LXVII — XCVII + 1137 — 1771 + XCIX) 3 + 2 + 2 r.

Христіанське Чтеніє (Hristianskoe Čtenie), годъ LXXXV., 1905. С. Петербургъ.

N. N. Glubokovskij, Ученіе св. Апостола Павла и книги Премудрости Соломоновой о происхождении и характерѣ язычества. Съ общими замѣчаніями о взаимоотношеніяхъ св. Павла и псевдо-Соломона (кн. фебраль и апрель), р. 149—172; 445—465. *De origine et natura paganitatis quid stus Paulus teneat et quid liber Sap. Sal. Cum adnotationibus de communitate sti Pauli cum Pseudo-Salomone generatim.*

Hic doctissimus professor aggreditur defendere theologiam sti Pauli a periculis criticorum huius temporis conatibus, qui »geneticum paulinismi« praedicant, eorumque sententiam separatim in quaestione vocat, quae fert stum Paulum cum generatim tam in doctrina de origine et natura gentilitatis librum Sap. Sal. secutum esse eiusque helenismum sua horriditate (rigorismo) infecisse. Glubokovskij comparato in genere primum argumento libri Sap. cum sti Pauli doctrina de paganitate nullam demonstrat fuisse Paulo necessitatem scripti cuiuspam fontis. Nam sicuti Pseudo-Salomon ita omnia sine vanis rationibus sola experientia duce — neque neglectis praeceptis biblicis — pertractat, ut nihil supersit argumenti, quod ipso non auctore cognosci non possit, — similiter et Paulus scribit. Qua enim ratione ei libro Sap. opus fuerit in describenda paganitate, cum idem ipse optime nosset perditos illos mores, quos etiani alii auctores (Ovidius, Seneca, Iuvenalis etc.) scriptis nobis tradiderunt! Taedium autem paganitatis omnibus Iudeis fuit commune. Connexio igitur, eaque tantummodo litteralis possibilis appetet ea sola ratione, quod Apostolus non »chronica« gentilitatis scribit, sed historiae eius philosophiam, quippe quae in »evangelii« eius nervis inhaereat. Itaque duas paganitatis descriptiones eiusdem argumenti habemus, quae tamen inter se non continentur. Cum historica et psychologica — ut magnus iudaismi pathologus (Wellhausen) — veritate Paulus paganismi originem explicat congruenter cum s. scriptura, corruptos mores non curans nisi, ut eis medeatetur. Apud Pseudo-Sal. autem summa rerum sine ulla interpretatione subiectiva describitur.

Deinde Glubokovskij similitudines locorum ex utroque scriptore a criticis obiectas considerat. Sapientiam capite 13. cultum stellarum distinguere dicunt ab idolatria inferiore et zoolatria eiusque culpam minorem iudicare (ἐπὶ τούτοις ἔστιν μέρψις δλεῖη. Sap. 13, 6) quod idem et Paulum facere Gal. 4, 8—9; 1. Cor. 12, 2; Rom. 1, 23. 25. Quam congruentiam apud Apostolum Glubokovskij dubiam esse et explicatione Gal. 4, 3. 9 (τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου) contineri existimat, concedens ut plurimum ab utroque auctore eundem casum historicum narrari, in cuius aestimatione disparitas eorum emergat. Quod vero critici affirmant, et Paulum et Pseudo-Salomonem in cultus idolorum origine describenda elementariam Dei cognitionem unicuique patente tenere, Glubokovskij negat. Etenim Paulus in epist. ad Rom. gentilitatis originem explanans Deum naturaliter cognoscibilem dicit, contra Pseudo-Sal. hac de re nihil certi, quin etiam sententias inter se contrarias (Sap. 13, 1—13, 3. 4. 9), quae Dei cognitionem theoretice possibilem ad verum non perduci praeiudicant, promit. Ad hoc cum Apostolus tam plastice de paganitatis origine agat eamque a cognoscibili veritatis abiectione repetat, Pseudo-Sal. hanc veluti principalem quaestionem haud attingit ultra distinctionem historicarum eius cultus formarum non progrediens (Sap. 13, 1; 13, 10; 14, 15) — unde radicitus hac in re disiunguntur quae diversitas revera maior est quam nonnullae illae analogiae verborum raro occurrentes. Ceterum Glubokovskij Pseudo-Salomonem intimae subtilitatis psychologicae analysis expertem levitatem prodere et Pauli »evangelio« esse postponendum arbitratur.

Glubokovskij contra eosdem criticos maxime etiam differentiae in delineando naturam et sequelas paganitatis admonet. Sap. 13, 6. 9 ∽ Act. 17, 27 frustra inter se comparantur; adsunt et aliae partes discrepantes: Pseudo-Sal. praecipue ab ipsa potissimum idolatriae stultitia, originem tantae vitiositatis minime perscrutatus, abhorret. Paulus autem omnia ad illam usque abominationem evolvit, quando homo — »mutavit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium« (Rom. 1, 23. etc.). Simulacra deorum — de quibus in Sap. solum pronuntiatorum rerum gestarum ritu narratur, a Paulo psychologice explicantur (analogia igitur Act. 17, 29. ∽ Sap. 13, 10 inanis est) — sicuti et aliter ab hoc necessitas, qua pagani usque ad tantam pravitatem pervenerint explicatur. In enunerandis paganorum vitiis (Rom. 1, 24) Pauli proprietatem novitatemque Glubokovskij (contra O. Pfleiderer) defendit adductamque analogiam inter (1. Cor. 15, 32 et Sap. 2, 5—9 allegatis locis Rom. 1, 32 ∽ Sap. 14, 22 evertit.

Sic nec singulis locis illam vim Pseudo-Sal. in Apostolum habuisse, quam critici opinantur, probatur. Opinionem igitur a criticis positam. Pauli »evangelium« paulatim ab eo efformatum esse novis elementis acceptis abiectisque prioribus, ad quem »Paulinismi genetismum« probandum priorem rabbinismum (Rom. 1, 19. 21: γνώντες τὸν θεόν) posteriorem hellenismum (οὐκ εἰδότες θεόν; Gal. 4, 8) Pauli proferunt, Glubokovskij refutat, Apostoli fontem uberrimum solam christianam religionem fuisse edocens.

Cum autem ab utroque auctore comparato similia tractentur, a proprietate utriusque probata vocabulorum similitudo non abhorret, quae reapse inter Pseudo-Sal et Paulum omnino conceditur. Itaque hypercriticismum etiam conatus eiusmodi olent: »est-ce Paul qui philonise ou Philon paulinise?« (Salvador.) Pauli sermo et praedicatio non fuit in persuasilibus humanae sapientiae verbis orationis iudeo-hellenisticae, sed in virtute et Spiritu sto et in plenitudine multa cum illa incorrupta proprietate evangelii Iesu Christi obiective percepti, in quo vetera transierunt — ecce facta sunt omnia nova (2. Cor. 5, 17.)

Idem professor N. Glubokovskij in fasc. mensis Augusti »Хр. Чт.« de ulteriore quaestione tractat: »Благовѣстие св. Апостола Павла и эллинско-философская образованность со стороны возможности

зихъ взаимоотношениія. (Quid evangelium sti Pauli et philosophico-hellenisticus cultus atque humanitas inter se conferre potuerint). Etsi certum sit, Pauli »evangelium« tot tantisque praeceptis ac sententiis praegnans aliunde, quam ab hominibus originem accepisse, tamen ipsae eius divitiae ad assiduam fontium disquisitionem provocant. »Geneticisni« sectatores Palaestino-iudaica origine apostolicae doctrinae statuta, posteriorem eius faciem variis elementis infectam esse ponunt. Glubokovskij iis assentitur, qui opinioni, quae dicitur »panbabylonismus« cum in universum, tum in N. T. intercedunt; illam similitudinem, quae de idea Redemptoris proponitur (Messias ↗ Marduch.) omnino in dubium vocat. Silentio enim praetermissis aliis differentiis ipse monotheismus Israelis sufficiens exhibit testimonium eius proprietatis, etsi esse religiosam radicem omnium Orientalium communem non negetur. Hoc et de »parsismo« dixeris.

Ad hellenismum transiens varias affert criticorum sententias: Christologiae auctorem esse Paulum, qui ad ethnicorum fabulas imaginem Redemptoris depingat; ubertatem eius doctrinae e gnosticismo esse haustam, ex alexandrinismo ideam Sapientiae et Verbi depromptam esse; quae de altero Adamo leguntur, e fontibus immutati iudaismi desumpta, budhismum prodere. »Geneticismum paulinismi« defendunt omnes, qui religionem christianam ex diversis congestam esse putant. Nam hac concessa re logice concludendum est et Pauli theologiae externa elementa admixta esse.

F. Jemelka.

N. Lipskij, Психологические основы умственного и религиозного нравственного воспитания в дошкольный периодъ. Нѣжинъ 1905 (м. и. р. т.).

Tertiam partem libri inscribit auctor: Волевые процессы = actus volendi. Hos auctor ita describit: In anima, inquit, variae indigentiae sunt et desideria eis respondentia. Haec ante experientiam (i. e. ante primam assecutionem sui obiecti) caeca et indeterminata sunt (стремление = desiderium). Desiderium obiecti certi (quod iam semei saltem obtentum est) vocatur appetitus = желание. Appetitus distinguitur a »velle« eo, quod primum refertur ad obiectum (finem) tantum, alterum ad obiectum (finem) et media. In anima possunt oriri simul complures appetitus inter se pugnantes, e quibus ille, qui cetera superat, transit in actum voluntatis (хотѣніе, одержавшее первѣсть надъ другими, переходитъ въ реальность, фактъ воли, р. 154). Id, quod efficit unam repraesentationem vel sphærām repraesentationum praeter ceteras praevalentem, est earum nisus. Hic nisus est praecipuum signum voluntatis (р. 155: Это усилив затрачиваемое нами при выборѣ того или другого решения, есть главный признакъ того, что выборъ производится нами, нашей волей, что онъ свободенъ).

Voluntas, quae propria conscientia clare manifestatur nobis actibus suis tamquam facultas appetitiva intellectus cognitionem sequens, reducitur ab auctore fere ad vim et nisum, quem exercet anima circa repraesentationes intellectus, ideasque rationis et duplex distinguitur, intellectualis (разсудочная) et rationalis (разумная).

Ad libertatem voluntatis sufficit auctori, ut actus proveniat a me sine externa coactione, ut proficiatur a mea indole i. e. meis repraesentationibus р. 160. (ut possit aliquid esse nobis motivum ad actum liberum, debet prius nostrum internum motivum fieri i. e. nostra repraesentatio р. 161). Inde sequitur, nostras liberas actiones etiam aliqua ratione pendere a necessitate, quatenus pendent a nostra indole et ingenio (р. 161: отсюда слѣдуетъ, что до некоторой степени наше поведеніе обусловливается необходимостью, именно, оно зависитъ отъ нашего характера). Esse me liberum significat cognoscere me motiva ad actiones meas a nullo oriri, nisi a meipso (р. 161. Выть свободнымъ значитъ сознавать, что побужденіе къ дѣйствию не исходить ни отъ кого, ни отъ чего, кроме самого себя).

Verum quidem est, nos voluntatem nostram, eiusque libertatem in hac vita perfecte perspicere vix posse, hoc tamen nobis experientia interna certe constat, nos liberam voluntatem habere eamque non tantum, ut auctor dicit ab externo motivo cogente liberari, sed etiam ab interna necessitate i. e. nos habere voluntatem, quae in multis casibus vera indifferentia activa praedita est. Si habeo e. g. ante me duas novas pennas inter se perfecte similes, unam vel alteram conscientia teste eligere possum ita, ut rationem, cur hanc prae illa elegerim, neque in coactione externa, neque in educatione, neque in consuetudine, neque in qualitate pennarum, neque in mea representatione earum, neque in mea indole inveniam, sed unice in voluntatis libertate. Similiter in multis aliis casibus. Haec indifferentia activa voluntatis non semper adest (habet enim voluntas etiani actus necessarios), potest etiam minui vel externis, vel internis causis, in actibus vero vel perfecte vel plus minusve perfecte liberis proportionate perfecte etiam ipsa indifferentia activa voluntatis adesse debet.

Tantum talis libertas voluntatis (etiam ab interna coactione libera) sufficit ad responsabilitatem, quae vocatur, actionum. Quomodo enim possit quis laudari vel vituperari, praemiis donari vel puniri, si propter indolem suam aliter agere non possit, quam non cum libertate acquisivit? Huius difficultatis in sententia sua auctor sibi conscious, interrogat p. 163: »Num homo responsabilis dici possit de suis actionibus?« Respondet ita: »Quaestio de morali responsabilitate una e difficillimis est et solutionis eius copia non datur, nisi in doctrina christiana, qua imbutus homo cognoscit Deo similem, sublimem se habere finem propositum et ideo officium quoque ad hunc finem tendendi. Simul habet spem auxilii gratiae in pugna ad finem suum assequendum.

Verum quidem est, hominem sine auxilio divinae gratiae nihil supernaturaliter boni facere posse, ipsumque concursum gratiae divinae cum humana voluntate in hac terra mysterium nobis manere, hoc tamen evidens est, ad actiones homini imputabiles ex parte hominis non sufficere solam cognitionem boni sed praeterea in eo adesse debere activam potentiam etiam aliter agendi, atque agit. Potentia haec ea est, quae actus intellectus sequitur et vocatur libera voluntas. Intellectus enim solus (non sensus) plura bona diversa voluntati simul proponere potest, e quibus nullum hic et nunc necessario est ei appetendum et sic voluntatem in actu primo proximo in differenti constituere. Ratio ex parte hominis, cur in tali casu unum bonum prae altero eligat, est in libera eiusdem voluntate.

Recte affert auctor hac in parte, ut praecipuum regulam educationis moralis, ut liberorum bonae inclinationes magis magisque conformentur ac foveantur, ad malas vero reprimendas liberi certare assuefiant. Generatim in educatione semper attendendum est, ut potentiae liberorum harmonice evolvantur, inferioresque superioribus subiciantur.

In quarta libri parte ostendit auctor, maximam vim in educationem liberorum exercere: familiam, publicam opinionem, ecclesiam. Magni igitur interest, ut parentes bonum exemplum praebeant liberis, maxime sua vita et mutua inter se pace. Parentes a liberis semper maximi aestimentur oportet. Item debita inter parentes et liberos relatio est conservanda. Amare debent parentes liberos ut par est, non tamen inordinato amore, ita, ut eos velut pro re ludicra habeant, omniaque eis permittant, etiam ea, quae auctoritatem parentum laedunt. Videntur etiam, quales sint famuli et famulae, quibuscum liberi maximum temporis spatium transigunt. — Praemiorum et poenarum in educatione vim auctor iusto minoris aestimat (p. 187). Reprobandus quidem est earum nimius et imprudens usus, haud vero omnis usus. — Publica opinio, si mala est, non parvum afferre solet homini tempore educationis incommodum. Ideo ostendendum est liberis, talem

opinionem carere vero fundamento, eosque ab eiusdem influxu removet praestat.

Maxime religiosam educationem liberorum promovet ecclesia, eorum mater spiritualis. Per hanc enim spiritualiter renascuntur, in eadem auxilia recipiunt ad pugnandum contra improbas inclinationes. Ideo eorum, qui liberos educant, est animos eorum ecclesiae auctoritati subicere (191).

C. Jež.

De statu, qui nunc est, disciplinae iuris ecclesiastici in Russia quaedam animadversiones. (Pars II^a.)

III.

Duobus decretis, quorum primo a. 1835 paelectiones ex iure canonico in facultates iuridicas introductae, secundo autem a. 1863 independentes ibi cathedrae erectae sunt, positae sunt conditiones faventes huic florenti statui, ad quem scientia iuris canonici in Russia novissimis temporibus pervenit. Irrefragabile testimonium huius optimi status rerum sunt compluria opera systematica, cum necessario supponant campum scientiae etsi non totaliter certe tamen maiore ex parte paeuentibus laboribus excultum. De optimo statu testatur etiam conatus quorundam canonistarum eligendi et designandi patrem huius scientiae; si respiciatur ad breve tempus non excedens dimidiā saeculi evolutionis, procul dubio conamen hoc summam affert laudem tam evolutae scientiae iuris canonici quam eiusdem cultoribus.

N. Milaš, Kirchenrecht der morgenländ. Kirche. Czernowitz, 1897, p. 24 celebrat archimandritam Ioannem ut patrem iuris scientiae canonicae in Russia, qui a. 1851 incompletum cursum iuris ecclesiastici publicavit continentem introductionem et historiam codicis canonum ecclesiae orientalis cum adnexo commentario. Eodem tamen vel etiam potiore iure posset protopresbyter Skvorcov hanc dignitatem induere, qui quattuor annis ante arch. Ioannem a. 1848 edidit completum cursum per multos deinde annos pro optino libro habitum et usitatum (4 editiones). —

Hac occasione corrigendum est mendum, quod irrepsit in recensionem operum systematicorum apud Milaš, Kirchenrecht o. c., qui respiciens ad solam secundam editionem compendii a Skvorcov exarati collocat id post opus arch. Ioannis; hoc mendum coniungitur manifeste nexu causalī cum opinione auctoris de patre scientiae iuris canonici in Russia. Omnino autem imprudens eundem errorem commisit L. K. Goetz in opere suo: Kirchenrechtliche und kulturgeschichtliche Denkmäler Altrusslands nebst Geschichte des russischen Kirchenrechts (Kirchenrechtliche Abhandlungen herausgegeben von U. Stutz 18. und 19. Heft) Stuttgart, 1905 — p. 7. Iuvat haec pauca referre de hoc opere L. K. Goetz proposuit sibi suscipere et adimplere permagnū laborem scil. describere historiam christianismi et cultus in vetere Russia, nominatim in Russia Kioviensi seu Ukraina. Ad hoc paeeparat se necessariis studiis; quorum fructus sunt: Das Kiever Höhlenkloster als Kulturzentrum des vormongolischen Russlands, Passau, 1904. et opus, supra indicatum, quod constat ex duabus partibus: prima comprehendens 1—94 pag. præbet nobis historiam iuris ecclesiastici in

Russia. — Animadvertisendum est, secundum Pavlov, Cursus iuris ecclesiastici ed. a Gromoglasov (Курсъ церковнаго права А. С. Павлова, Свято-Троицкая Сергиева Лавра, 1902) pag. 109 sqq. duo in historia iuris ecclesiastici in Russia respicienda et consideranda esse, quae sunt: fata nomocanonis a Graecis accepti et formatio proprii-particularis iuris ecclesiastici. In historia huius formationis Pavlov distinguit tres periodos, quarum prima perdurabat inde ab initio christianismi in Russia usque ad descendens saec. XV., quo tempore Russica ecclesia autocephalos evasit. In hac periodo iacta erant fundamenta iuris proprii-particularis praeprimis externi, quo determinabantur mutuae relationes inter ecclesiam et civitatem idque secundum exemplar graeci nomocanonis simul tamen condicionibus et circumstantiis propriae gentis vitae maiorem vim habentibus. Documento existunt statuta Sti Vladimiri et Jaroslavi ex saec. XI., quae continent varia privilegia (decimarum, iudiciorum) hierarchiae concessa, statuta aliorum principum ex saec. XII., de quorum tamen auctoritate maxima ex parte dubitatur.

Extant etiam septem scripta chanorum seu principum Tatarorum ex saec. XIII. et XIV., quibus iura metropolitarum tuebantur vel nova privilegia concedebant. Iuris interni ecclesiastici in hac periodo varia sunt monumenta: complures litterae patriarcharum Constantinop. et nonnullae litterae imperatorum Byzantin. de rebus ecclesiasticis decernentes, praeprimis cum de erectione vel divisione metropoliarum vel dioecesum ageretur; ad peculiares fontes pertinent decreta quarundam synodorum, maxime vero responsa et litterae canonicae ecclesiasticorum antistitium; gravissimi momenti sunt responsa metrop. Ioannis II. ex saec. XI. et responsa episc. Niphontis ad interrogationes Cirici, Savvae et Eliae ex saec. XII. —

In periodo secunda — autocephaliae a saec. XV. usque ad Petrum Magnum — evolutio iuris proprii-particularis maxime per synodos promovebatur, quae eo tempore iam nihil amplius erant quam vice potestatis civilis, quia princeps Moscoviae ipse res in synodo tractandas earumque ordinem praescribebat.

Inde autem a reformationibus illius magni imperatoris stabilitum est hoc systema iuris ecclesiastici, quo hodie ecclesia Russica regitur. —

Praetermissa historia Graeci nomocanonis in Russia L. K. Goetz attendit ad solam historiam formationis iuris proprii-particularis, quae apud Pavlov o. c. continetur § 40—53 et accuratam versionem eorum capitum praebet.

Secunda pars libri (pag. 95—403) quaedam monumenta iuris ecclesiastici ex prima periodo eius evolutionis complectitur, nempe: canonica responsa metr. Ioannis II. deinde interrogationes Cirici cum responsis episc. Niphontis, denique monita archiep. Eliac-Ioannis, quorum verba et ipsa afferuntur et in Germanicum versa cum commentario exhibentur; praemittitur vero singulis his monumentis introductio de scriptore, fontibus, relatione ad disciplinam ecclesiae Graecae etc.

Sicuti prima pars ita secunda praecipue auctoritate Pavlovi innititur. Patet eam solam respondere consilio scriptoris, formandi sibi nobisque

suo tempore proponendi imaginem cultus et humanitatis primis saeculis Russiae conversae. Insignia huius cultus abunde sunt sparsa in his antiquissimis monumentis; propterea iam quaedam lineamenta eiusdem imaginis ope adnexi optimi commentarii clare conspiciuntur. Aptissime autem praemisit conspectum historicum formationis et evolutionis iuris ecclesiastici in Russia; eo enim modo in occidente desideratum complementum habetur operis editi a Mitrovits, Nomocanon der slavischen morgenländischen Kirche oder Kormčaja kniga. Wien-Leipzig, 1898. Haec ambo opera pandunt et praebent lectoribus totam historiam iuris canonici ecclesiae Russicae; mutuo se complementens in eo quoque conveniunt, quod sedulo fructus diuturni laboris celeberrimi Pavlovi colligunt et exhausti. Valor igitur utriusque operis summa auctoritate determinatur, quam meruit sibi Pavlov tam in patria sua quam, ut patet, extra patriam. —

A. C. Павловъ (A. S. Pavlov).

Spectatis spectandis Alexius Stephani Pavlov ille est, cui soli competit dignitas patris scientiae iuris canonici orthodoxae Russorum ecclesiae. Totam fere alteram dimidiam praeteriti saeculi partem cathedralm iuris canonici tenens — deinceps in universitatibus Kazaniensi, neorussica et moscovensi — plurimis operibus nomen suum celebravit id contendens, ut solida et spatiosa fundamenta scientiae iuris canonici poneret: quibus eo mortuo a. 1898 ab aliis splendidum aedificium superstruitur. Etiam N. Suvorov, acerrimus eius adversarius, qui post mortem eius primatum inter Russicos canonistas digne tenet eum vocare fundatorem in ambitu scientiae iuris canonici non cunctatur (Памяти А. С. Павлова. Птб. 1898, pag. 2.)

Perpetui valoris opus, quod Pavlov perfecit, est editio critica plurimorum fontium iuris ecclesiastici praecipue vero historia eorundem fontium; opus, quod his fundamentalibus laboribus praeparabat et cui perficiendo continuo operam dabat, est systema iuris canonici constructum methodo historico-dogmatica, cui ad finem optatum perducendo mors eius se opposuit. Inde eius „cursus iuris ecclesiastici“ demum post ipsius mortem editus est a Gromoglasov.

Iam d^a paucis referre libet eiusdem praecipua opera. —

Certum habetur, primos Graecos episcopos, qui tempore Sti Vladimiri in Russiam conversam venerunt, simul cum aliis libris etiam codicem canonum suae ecclesiae attulisse. Quo tempore in Graecia in usu erant nomocanon Ioannis Scholastici et nomocanon XIV. titulorum, quocum coniunctum erat syntagma canonum. Id quoque certum est inde ab a. 1262. in Russicac ecclesiae usum venisse codicem Slavicum: nam hoc anno Svjatoslav princeps Bulgarorum ad metrop. Cyrillum II. versionem Slavicam synopsis canonum cum commentario Aristenis misit, quam versionem St. Savva primus patriarcha Serborum adornavit. Quae stio erat, fuisse iam ante a. 1262 in usu Slavica versio nomocanonis, ad quam quaestionem affirmative respondens Pavlov definitive eam solvit opere: Первоначальный славяно-русскийnomocanonъ. Казань, 1869. (Primus Slavo-russicus nomocan. Kazan, 1869). Haec affert argumenta: brevi tempore post conversam Russiam sub Jaroslavo

I. medio saec. XI. plurimi antistites eccl. erant natione Russi licet igitur conieere illo tempore versionem Slavicam nomocanonis a Graecis allati provenisse. Expresso hoc testantur saec. XII.: 1) interrogationes Cyrici ex initio saec. XII., quae quosdam canones plene et accurate in Slavicium versos continent. 2) in inventario cuiusdam Graeci monasterii montis Athos, a. 1142 conscripto, inter alia etiam *δωσοικὰ βιβλία* notantur. manifeste a Russicis monachis allata; e quibus unus liber erat nomocanon. 3) saec. XVI. monachus Zenovius duo codices manuscriptos vidit, quorum unus — secundum eiusdem verba — erat nomocanon conscriptus in Novgorod sub Jaroslavo I., secundus nomocanon conscriptus sub Izaslavo. ex quo secundo a Zenovio quaedam etiam afferruntur. 4) exstant manuscripta Slavici nomocanonis. quae lingua et compositione haud dubie ad prima saecula post conversionem Russorum et generatim Slavorum referuntur et versionem nomocanonis Ioan. Scholastici et nomoc. XIV. tit. cum syntagmate canonum continent. Prototypos versionis nomoc. Ioan. Scholastici erat originis Bulgaricae huius autem nomoc. XIV. tit. originis Russicae: proximum vero est sub Jaroslavo I. id esse exaratum. — Praeterea origo et mutua relatio duorum generum explicatur, in quae omnes codices manuscripti nomocanonis Slavici inde a saec. XIII. usque ad medium saec. XVII. recte dividi possunt idque hoc modo: Kormčaja, quam accepit Cyrillus II. a 1262 a Svjatoslavo facta est mater magni numeri vel potius omnium sequentium, quorum complures codices manuscripti exstant. Qui distinguuntur eo, quod alia eorum nihil amplius praebent quam apographon Kormčej Cyrilli II. sine ulla Russicis additamentis. cum alia ex dnobus fontibus. ex Kormčaja Cyrilli II. et ex nomocanone Russico, qui iam ante Cyrrillum in usu erat et in quem tempore procedente etiam Russica additamenta iuris eccl. et civilis ut statutum Sti Vladimiri etc. inserta sunt, coaluerint.. Antiquissimum exemplar prioris generis scriptum est a. 1284 in Rjazan alterius autem a. 1280 in Novgorod inde prius genus rjazanense (рязанская) vocatur, alterum sophiense (софиіська) propterea, quod antiquissimus codex manuscriptus in ecclesia Sophiae Novgorodii asservatur. Rectius Pavlov prius genus Serbicum alterum Russicum vocat propter geneticum eiusdem nexum cum primo Slavorussico nomocanone. — Nihilominus annis 1649 et deinde 1653 officiales editiones Kormčej knigi procuratae sunt non ad exemplar generis Russici sed Serbici.

D. Jaremkо.

Вопросы Философии и Психологии. Издание московского психологоческого общества при содѣйствіи С.-Петербургскаго философскаго общества, подъ редакціей кн. С. Н. Трубецкого и Л. М. Лопатина. Москва. 1905. **Quaestiones philosophicae et psychologicae.** Editio Moscoviensis psychologicae societatis simul cum Petropolitana philosophica societate; cuius adornandae curam gerit S. N. Trubeckoj¹⁾ et L. M. Lopatin. Moscoviae 1905. 5 fasciculi per annum; 776 pag.

Programma huius philosophici operis est: 1. Logica et theoria cognitionis, ethica et philosophia iuris, historia philosophiae, metaphysica, philosophia scientiarum, empirica psychologia, physiologia,

1) С. Н. Трубецкой anno 1905 mortuus est.

psychopathologia. 2. Labores critici operum philosophicorum et psychologicorum Europae occidentalis. 3. Conspectus litteraturae huc pertinentis. Eorum, qui commentationes in hoc periodico opere edunt, sententiae non in unum congruant sed plura genera dissentientium philosophorum alia ab aliis defenduntur (cf. pag. 335, ubi Lopatin mentionem facit suaे disputationis cum professore Vernadskij in No 65. et 71.)

Attentione summa dignus est ipse qui editioni praeest L. Lopatin, qui a. 1905. tres commentationes scripsit: No 76, Ученіе Канта о познанії, (Doctrina Kant de cognitione). No 79, Паміти князя С. Н. Трубецкого. No 80, Аксіомы Філософії. Quae L. Lopatin, (* a. 1855) professor philosophiae in universitate Moscoviensi et celeberrimus psychologus et scriptor Russiae scripsit, ad philosophiam atque omne doctrinæ genus summi pretii sunt. Obiectum eorum praecipuum sunt metaphysica, ut fundamentum philosophiae et logica, imprimis obiectivus valor nostræ cognitionis, ut fundamentum omnis scientiae. In articulo »Аксіомы Філософії« optimis argumentis demonstrat, veritates universales, quas principia metaphysica vocamus (principium identitatis: omnis res est id, quod est et non quicquam aliud; principium causalitatis: omnis actio habet causam et omnis causa se manifestat actione; principium substantialitatis: omni actione, phaenomeno, mutatione aliquid agit, se manifestat, mutatur; principium obiectivi valoris nostræ cognitionis: perfectiones, quae physica necessitate in obiecto cognoscuntur, etiam in ordine reali tales in obiecto sunt) habere obiectivum valorem. Negatis his ipse intellectus negaretur. Adversariorum sententias utpote omni arguento, quin etiam omni fundamento in natura intellectus carentes, non solum ostendit esse fuitiles, sed ex ipsis ex parte adversa propositis et argumenta sumit, quibus suam sententiam confirmat.

Loquens de Kant, eiusque doctrina de cognitione (Ученіе Канта о познанії p. 1.) subiectivismum eius, quo impossibilem iudicat cognitionem rerum in se, cognitionem Dei etc., et qui in metaphysicis tegulam nullam relinquit, reprobat, ipsumque Kant in hoc fundamento non permansisse, nec permanere potuisse, dicit (p. 12). Nihilominus operam eius magni aestimat. Kant enim opinione sua de cognitione impossibilem ostendit sententiam spatium et tempus esse realitates absolutas rebus omnibus praeexistentes, idem opinione sua de unitate cognitionis unitatem proprii »Ego« salvavit, idem demonstravit cognitionem doctrinarum propriam impossibilem esse, si sola experientia consulatur, sed ad eam necessarias esse etiam veritates universales ab empiria non dependentes. Lopatin censet, Kantium hac opinione de cognoscendi natura positivismum radicitus impossibilem fecisse, etsi vera non est, quatenus ad subiectivismum ducit. Quamquam positivismus et aliae falsae rationes iam ante Kantium reiectae erant et refutatae.

Vere gratulandum est Russis, quod tempore, quo plurimi universitatum professores ipsa fundamenta sani intellectus evertere moluntur, philosophum nacti sunt celeberrimum, cuius opera »philosophia perennis« restituitur, qui in sublimi scientiae fastigio etiam supernaturalem animi oculum apertum habet profundam fidem. C. Jež.

Velehradii.

Episcopus Arsenij, *Изслѣдованія и монографіи по исторіи Молдавской церкви. (Quae de rebus ecclesiae Moldaviensis scripta sint.)* С.-Петербургъ. 1904. I.—XXII. + 583. 3 руб.

Ep. Arsenius (Stadinskij) inde ab a. 1886 rebus historicis, maxime vero Bessarabiae et Romaniae ecclesiae dilucidandæ et illustrandæ studet. Prae ceteris eius operibus: „Гаврілъ Бану. єпеко-Бодони, зазархъ Молдо-Влахійскій (1808—1812 г.) и митрополитъ Кип-

шиневский (1813—1821 г.). Кишиневъ. 1894^а, pro quo opere anno 1894 magistri gradum obtinuit. In dies indefessa opera nova documenta ad Rumenorum ecclesiam spectantia perlustrans, eaque partim in variis commentariis periodicis publicans, optime in ecclesiae Rumenicae historia versatus est. Quae documenta tum edita tum non edita sinnul in unum colligens et in ordinem redigens separato in libro a. 1904 edidit; — pro eodem labore a. 1904 ab Academia Kioviensi doctoratus laurea decoratus est.

Auctor in sua disquisitione maxime Rumenicis operibus et documentis usus est. Quibus nominatum opus tum Russorum tum Rumenorum de hac re tractantium operibus praestat, haec sunt imprimis cum historia Rumenorum valde intricata sit, is, qui melius et clarius rem enarrat et explanat, maiore laude dignus est. Secundo Russos quod attinet, eorum opera partim iam antiquata (ut opus a Golubinskij editum) sunt, partim speciales periodos vel ecclesias spectant, et quod maxime notandum est, haec opera non ipsiis documentis Rumenicis innituntur (Idem dic de opere a. 1904 a Kurganov edito licet ceteroquin solido). Rumeni vero, cum ob Phanariotarum ingum de Graecis, ob Bessarabiae praesertim cum Russico imperio coniunctionem de Russis deque lingua slavica sinistre sentiant, mirum esse non debet, quod non semper hisce in quaestionibus iudicium, quod vocant obiectivum proferant.

Totum auctoris opus in duas divisum est partes: in prima parte dioecesum metropolis Moldaviensis earumque episcoporum historia a dueatus constitutione usque ad hoc tempus proponitur; in secunda parte „главные моменты и важнейшие дѣятели Румынской церковной жизни въ XIX. вѣкѣ (maiores res gestae et insigniores viri Rumenicae ecclesiae saec. XIX.) desribuntur.

Opus hoc primum tomum constituit historiae ecclesiae Rumenorum, quam auctor integrum enarrare intendit. I. tomus de ecclesia Moldaviensi agit, — II. tomus, quem auctor promittit (cfr. p. XXI.), de Valachica metropoli tractaturus est.

In praefatione auctor de Rumenorum origine quaestioni nondum solutae suum calculum adicit. Duplex nempe exsistit sententia de Rumenorum sedibus. Cum enim in fine saec. II. et initio III. Rumeni e suis sedibus profligati essent, e suis regionibus emigrarunt secundum alios trans Danubium, in Mysiam seu Aureliani Daciam, in Haemi regiones (theoria „Balcanensis“), — secundum alios in montes Sarmaticos et in Transsilvaniam (theoria „Carpathensis“). Posterior theoria post A. Xenopol, optimi Rumenorum historici (Itoria românilor din Dacia Trajana), studia communior evasit eamque etiam ep. Arsenius tenet. Secundum ipsum Rumeni a saec. XIII. ad sua pristina domicilia reversi duos crearunt ducatus, Valachiensem et Moldaviensem, qui tamen a Turcis brevi occupati, saec. XIX^о demum in unum regnum uniti sunt (cf. p. XIII. sqq.).

Primae parti, quae sex capitibus constat (p. 1—132) pauca de christianaе religionis apud Rumenos origine deque episcoporum Dacieа usque ad ducatus constitutionem ad ecclesiam Romanam et Graecam, dein ad Primae Iustinianae, Ochridae et Constantinopolis praesules

relationibus praemittit (p. 1—10). Relatis variis de christianismi apud Rumenos origine opinionibus, opinionem de Christi fide iam saec. II. hisce in terris propagata, argumentis allatis defendit. Documentis, quae de ecclesiae hisce in terris constitutione habentur, perlustratis, eam non fuisse perfecte (не вполнѣ) temperatam concludit (p. 10).

In primo capite (p. 11—66) metropolis Moldaviensis (ut dioecesis Mold.) historiam enarrat. Cum descendente saec. XIV. ducatus Moldaviensis constitutus esset, etiam ecclesia temperanda erat. Praecedenti tempore metr. Moldaviensis ab Achridae episcopo dependebat, — at cum Achrida a Serbis occupata esset, id occasionem Moldavis praebuit, ut ab Achrida sese avellerent (p. 14 sq.). Verum ne patriarchatui Constp., qui in dies suam auctoritatem etiam super hanc ecclesiam extendere conabatur, eorum ecclesia subiceretur, Rumeni ad metropolitam Haličensem, ut ipsis episcopos constitueret, sese converterunt, et quod optabant impetrarunt. At patriarcha Constantinopolitanus id aegre ferens, episcopos Meletium et Iosephum, excommunicationi tradidit, donec tandem hac via Moldaviensem ecclesiam sibi subiecit. Res eo composita est, quod a. 1401 metropolis Moldaviensis constituta et Josephus metropolita agnitus est (p. 16 sqq.). Quod patriarcharum Constantinopolitanorum studium A. cum Golubinskij contra Kurganov statuit defenditque. Ut enim patriarchis Constantinopolitanis super Moldavorum ecclesiam iurisdictio tribuatur, canonicas rationes adesse necesse est; quae tamen desunt (Во всякомъ случаѣ, для такой юрисдикціи нѣть строго-каноническихъ оснований) (cf. p. 16).

Metropolita residebat ad a. 1564 in Sučava, inde vero Iassiis (p. 33 sq.). Tota metropolitae Moldaviensis ex patriarcha Constantinopolitano dependentia nominalis tantum erat, in eoque consistebat, quod metropolita Moldaviensis recens ab electione a patriarcha Constantinopolitano benedictionem petebat; immo non raro patriarcham de sua electione tantum certiorem reddebat (p. 36).

Idem patriarcha nequaquam metropolitam Moldaviensem gradu movere potuit; — ideoque metropolita ut liber atque immunis patriarchae nihil (*κοινότιος καὶ βοήθειας*) solvebat (p. 37). Post Florentinam synodus Achridae et Ipek episcopis Rumeni eadem ratione subiacebant. Tempore Phanariotarum dependentia ecclesiastica a patriarchis Constantinopolitanis licet nominalis tantum permanserit (?), procedente tempore magis angebatur (p. 38). Immo et in rebus fidei, patriarcha Constantinopolitano prius certiore facto, ipsi metropolitae diiudicabant, — chrisma tantum e Constantinopoli soluta pro eo pecunia, accipere tenebantur (p. 38).

Etiam metropolitae potestas civilis usque ad unionem ducatum in unum regnum sub Al. Cusa peractam magna erat (p. 39).

Historia metropolis descripta episcoporum catalogum in chronologico ordine enumerat insigniorumque de ecclesia et gubernio merita eorumque momentum adnotat operaque, quae de hac quaestione agunt, adducit.

Eodem modo (— ne dicta repetamus —) sequentibus quoque capitibus procedit: descripta nempe huius vel illius dioecesis historia,

episcoporum eius catalogum usque ad nostrum tempus excurrentem tradit, illustriumque virorum gesta narrat, litteraturam affert. Quod metropolitarum Moldaviensium catalogos attinet, eos tum a Russicis tum a Rumenicis historicis confuse et inaccurate tradi dicit (p. 40). Cuius rei rationem in eo cernit, quod historici non attendant primis temporibus in Moldavia duas fuisse metropoles Sočavjensem et Romanensem (p. 41). Ideo A. snum praebet catalogum.

Simili modo et alterum „mixtum compositum“ (Grigoriu) solvere studet, quisnam nempe ex metr. Moldaviensibus in conc. Florentino adfuerit. Qua in re revera unusquisque historicus suum proponit metropolitam. Huius implicationis causa fuit terrae Moldaviensis inter duos Alexandri filios divisio. Utriusque partis episcopus sese metropolitam Moldaviensem et ecclesiae Moldaviensis personam gerentem ducebat. Et licet neuter in concilio Flor. fuerit, historici aliud asserunt. Secundum Stephanum Logophet fuit in concilio metr. Iosephus cum monacho Gregorio Camblak; — secundum acta synodalia metr. Damianus: secundum Vaillantium metr. Iosephus-Metrophanes: etiam Fotino Metrophanem significat: secundum Golubinskij Auphimus; secundum Philaretum Scriban (sicut acta conc.) Damianus fuit, qui postea crimen a se commissum luere volens, monachus factus est et Davidis nomen assumpsit. Secundum documentum Ur'ěke ab Alexandro bono missus est Gregorius Camblak. Secundum episc. Arsenium ex septem, quibus titulus metropolitae Moldaviensis inditus est, de facto (по правѣ) solum duo legitimi metropolitae Moldavienses fuerunt; in conc. Florentino solum Damianus fuisse videtur, ipse tamen nequaquam metropolita Moldaviensis fuit, sed Constantinopoli tantum hunc in finem electus est (?). Ut legitimi metropolitae Moldavienses secundum A. solum Gregorius Camblak, metr. Romanensis (cf. a Jacimirskij, Григорій Цамблакъ. Petropoli 1904) et Iosephus II., metr. Sočavjensis in quaestionem venire possunt (cf. p. 43 sqq.).

Inter metropolitas, quorum catalogos texit, notandi videntur: 1. Barlaami (1632—54). Sub eius regimine a. 1642 celebris synodus habita est, in qua Confessio Mogilae approbata est (cf. 51 sq.); 2. Dositheus (1671—73, 1675—91), qui eo notus factus est, quod libros liturgicos in Rumenicam linguam transtulit (cf. 52 sqq.); 3. Benjamin Kostaki: de quo infra.

In secundo capite (p. 67—86) Romanensis dioecesis historia exponitur. Haec dioecesis a. 1401 constituta est. Episcopus usque ad diuidium saec. XVII. metropolitae titulum gerebat (p. 68). Ipse, sicut Sočavjensis, sui iuris fuit: uterque principe regionis petente, et metropolita ex Ochrida bene precante sedem episcopalem adipiscebatur (p. 68 sq.). Procedente tempore fere omnia ep. Romanensis privilegia sublata sunt.

In tertio capite dioecesis Radonensis (p. 87—93); in quarto dioecesis Hušensis (p. 94—117); in quinto Proilabensis (p. 118—130); in sexto Inferioris-Danubii dioecesis (131—132) historia proponitur. Dioecesis Radonensis a. 1402 constituta est. A. 1777 imperio Austriaco adiuncta est, a. 1782 sedes

in Černiovice translata est (p. 87 sq.). Verum non tota dioecesis ad Bukovinam transiit; territorium enim Chocin simul cum circumiacente regione remansit, ex quibus specialis dioecesis efformata est, donec a. 1812 cum Russia iuncta est et dioecesis ab urbibus Kišinev et Chocin denominata, constituta est. (pag. 93). Dioecesis Hušensis, urbs Hussii, Husulu, Husch, Χουσίων, probabiliter a secta I. Hus appellata, a. 1592 erecta est. Ep. Metrophane III. auctore s. scriptura in Rumenicum a. 1688 versa est (p. 103). Dioecesis Proilabensis quo tempore fundata sit, ignoratur (p. 118). Ipsa a. 1829 sublata est. Inferioris Danubii dioecesis a. 1864 erecta est. Episcopus ad annum 1879 in Ismael, inde in Galatz residebat. Secundus ep. fuit Iosephus Gergiau, ab 1886 metr. Bucharestini; tertius fuit Parthenius Klinčan, ab 1902 metr. Moldaviensis.

Alter pars (p. 133—570), similiter sex capitibus constans, principales eventus et illustres viros saec. XIX. describit. Quae sex capita inter se coniunguntur idea unionis et renovationis et ecclesiae et ducatum.

Primo capite (p. 135—210) de cleri Rumenici saec. XIX. statu oeconomico et eruditione narratur. Hoc caput operibus ep. Melchisedec (*synodalia acta*) et *commentationibus*, quae in *commentariis periodicis Rumenorum editae sunt*, innititur. Haec autem de cleri conditione tradit: Cum seminaria neque bene temperata sint, et a ministro cultus, non ab episcopo, regantur, neque ad pietatem in iuvenibus excolendam multum attendatur cumque omnia in seminario praeter theologiam tradantur, nec doctrinae nec virtutis incrementa esse magna per se intelligitur. Immo nec post a. 1884, quo Bucharestini facultas theologica condita est, educatio cleri ad doctrinam aucta est. Effectus huius fontis scientiarum initio valde dubii erant; maior enim professorum numerus Germani (protestantes) erant, vel, qui in Germanicis universitatibus studuerant, quod quantopere ad fidem orthodoxam conservandam pertineat vel potius id impedit, omnibus notum est, ita ut nec hoc tempore facultatem theologicam ad rectum statum, qui fructus afferat, reducere possint (p. 155).

Quod clerum, ipsum, attinet, nec episcopi nec inferior clerus magno honestatis gradu excellebant. Saec. XIX. simonia commune vitium erat (156 sqq.). Sicut Constantinopoli post a. 1453, ita apud Rumenos nominato saeculo gradus episcopalis emebatur; omnes ab infimo clero ad episcopum simoniae labe polluti erant (p. 157). Praeter simoniam ebrietas inter clerum longe lateque diffusa erat (*ibid.*). Quid plura? Teste ep. Melchisedec, „жизнь большинства скорѣе можетъ служить соблазномъ, чѣмъ добрымъ примѣромъ для пасомыхъ“ (*plurium sacerdotum vita scandalo potius quam bono exemplo gregi est*) (p. 158). Quin etiam „священники не рѣдко судятся за различные проступки, особенно за пьянство и распутную жизнь“ (*Sacerdotes non raro ob diversa delicta, maxime ob ebrietatem et malam vitam iudicantur*) (p. 157). Clerus ritus sacros sine mente ac ratione perficit; raro orationes sacras habet; a docenda catechesi etiam in scholis elementaribus remotus est: ideo quanta vis sit cleri in populum facile patet (cf. p. 159 sq.). — Sed oeco-

nomice quoque misera in conditione fuit: in multis enim regionibus usque ad a. 1893 cleri pensio e communitatibus pendebat; — communitas ipsa pro lubitu pensionem designabat, nec raro ob communitatum praepositorum et scribarum malitiam non omnem designatam pensionem cleris accipiebat. Inde dissidia, litesque cum parochianis orta (pag. 163 sqq.). Lege demum a. 1893 lata gubernium tristi huic cleri conditioni multum consuluit. Huius legis maximum meritum in eo positum est, quod parochias constituit temperavitque: tamen in hoc probari nequit, quod clerus potestati civili nimis subiecit. Et licet tempore procedente lex modificata fuerit (v. g. 1902), vis tamen potestatis civilis in res ecclesiasticas fere eadem mansit (p. 175 sqq.). Per hanc eandem legem redditus cleri auctus est; seminariorum numerus autem ad tria, unum Iassii, duo Bucharestini redactus est (178 sqq.).

In fine capitinis ipsa lex a. 1893 in Russicum versa in extenso adducitur.

In secundo capite de monasteriorum, maxime Neamitzu (Нямецкій) saecularizatione agit (p. 211—334). A. non totam monasterii historiam tradere intendit, sed annotatis eius momento et dignitate, ultima tempora, imprimis bona monasterii profana redditu et auctoritatem amissam describit. Quae descriptio ad vitam Rumenorum ecclesiasticam et religiosam illustrandam aptissima est. Et revera monasterium saec. XV. fundatum multum ad cleri educationem, ad populi pietatem augendam et conservandam contulit. Eiusdem auctoritas fere eundem gradum assecuta est atque in Russia monasteriorum, quorum nomina sunt: Trojce-Sergieva et Kievo-Pečerskaja Lavra. Penes ipsum erat vis vitae religiosae, turbidis vero temporibus etiam politicae. Immo cum monasterium multa bona temporalia possideret, etiam ad miseriam levandam multum succurrebat (cf. 211 sqq.). In fine nonnulla documenta ad monasterii historiam spectantia adduntur (p. 319 sqq.). Hic annotandum est: scriptorem hunc monasteriorum (Neamitzu) bonorum saecularizationem clarius quam alios exposuisse; qua in re ei testis oculati, arch. Andronici († 1893), manuscripta non parum profuerunt.

In sequentibus capitibus insigniorum episcoporum vitam et gesta describit: in tertio capite de metropolita moldaviensi Benj. Kostaki (335—394), in quarto de episcoporum Neophyti et Philareti Seribani (p. 395—457), in quinto de episcopi Melchisedec (p. 458—560), in sexto (561—570) de episcopi Ҳуžskij vita et gestis agit.

Benjamin Kostaki, natus a. 1768, ep. factus a. 1792, metr. Moldaviensis 1803—8, 1812—42. Eius meritum in eo positum est, quod ipse ducatum in regnum unum coniunctionem praeparavit et ad populi cultum atque humanitatem augendam eamque naturae gentis insitae consentaneam multum contulit (p. 371 sqq.). Ipse quoque seminarium iuxta lassios in mouasterio Sokol erexit.

A. metropolitam Benj. Kostaki a. 1808 non propter metrop. Gabriel Banulesko artes et machinationes sede episcopali cedere coactum esse opinatur. Probabilius tamen videtur esse aliter rem se habere (cf. V. Čeховскij. Кіевскій митрополітъ Гавріїлъ Банулецко-Бодони in Труды Кіев. Д. Акад. 1904 II., p. 515 sqq.). A. 1842 Kostaki

cum bonorum ecclesiasticorum saecularizationi assentiri nollet, cathedra episcopali se abdicavit. Opus a Benj. Kostaki inceptum duo viri in Rumenorum ecclesia celebres continuarunt: fratres Neophytus et Philaretus Skriban. Neofit (nat. 1803, † 1873) episcopus tit. Edessensis et Filaret (nat. 1811, † 1884) ep. titul. Stauropolitanus duabus ex causis illustres facti sunt. Cum enim a. 1856 foedere Parisensi ad Rumenos uniendo consensus datus esset, ambo fratres omnibus viribus cum civilem tum ecclesiasticam unionem propagabant (p. 418 sqq.). Multum quoque ut professores et rectores in seminario Sokolensi prope Iassios ad studia inter clerum promovenda adlaborarunt (p. 399, 407 sqq.). Cum autem Al. Cusa promulgata Rumenicae ecclesiae a patriarcha Constp. independentia ipsam potestati civili subicere vellet, fratres ei et verbo et scriptura restiterunt (p. 424 sqq.). Ipsorum cura et studiis, immo ipsis adornantibus lex Alexandri Cusa ex a. 1865 alii legi 1872 locum cessit. Quae lex, licet ad principia iuris canonici Orientalium non omnino quadret, tamen melior quam lex ab Al. Cusa proposita simpliciter censenda est (p. 452 sq.). Quas ob causas ipsi et orthodoxiae defensorum et optimorum civium nomine insigniti sunt.

Melchisedec Stefansku (* 1823) factus est a. 1861 minister cultus, 1862 ep. tit. ab a. 1879—1892 episcopus in dioecesi Roman. Is quoque unionistarum conamina quam maxime adiuvabat. Per longum tempus ipse princeps erat synodi generalis agendae; ipse multas ad ecclesiam reformatam propositiones in synodi sessionibus praelegit (p. 466 sq.); etiam, cum patriarcha Const. ob chrismatis consecrationem 25. martii a. 1882 a Rumenorum episcopis peractam iratus, in eos animadvertisset, Melchisedec responsum composuit (p. 468 sqq.). Contra catholicismum quoque et protestantismum varias commentationes edidit. In eius responso ad patr. Const. duo notanda sunt: 1. ad eius opinionem ecclesiam particularem nationis finibus circumscribendam esse; 2. historia teste patriarcham Const. contra canones iuris sui terminos ad Rumenorum ecclesiam promovere conatum esse (p. 469 sqq.).

Quae in ecclesia catholica vituperat, a theologo et historico pro-lata, prorsus singularia videntur (cf. p. 476 sqq.).

Vitam episcopi Melchisedec describens, suminis laudibus eius scientiae agitationem effert. Et revera, licet ipse non fuerit primae notae ingenio donatus, eius tamen opera nequaquam reicienda sunt. Quod vero scriptorum copiam attinet, Arsenius iam 30 tomos typis exscriptos esse dicit, 10 manuscriptos exscribendos edendosque restare (p. 513). Id unum episcopo Melchisedec dedecori verti potest, quod temporum homo fuit. Ipse enim in bonis ecclesiasticis in profana mutandis brachium saeculare etiam agendo adiuvabat („принялъ дѣятельное участіе въ этомъ грабежѣ“) (p. 535); item, cum de episcopis a solo principe eligendis ageretur, reprehensione dignum se praebuit (p. 535 sqq.).

Silvester Balanesku natus 1838 episcopus factus est a. 1879, a. 1886 episcopus in dioecesi Hužsk. Per plures annos curam commentarii periodici „Biserica ortodoxă Română“ gerebat, ubi multa publicavit. Ipse strenue ecclesiae iura tuebatur ac defendebat.

In fine quaedam annotanda videntur esse: A. meritum in eo potissimum positum est, quod eius historia ipsis documentis innititur, et quod cum ipse Rumenus non esset, quae in Rumenorum ad Graecos et Slavos relationibus a Rumenis historicis depravantur illustravit. De ea quoque re bene meruit, quod metropolitarum Mold. catalogos sine discrepantiis texuit, et in quaestione, quisnam e Rumenis fuerit in concilio Florentino, sat verisimilem viam (etsi non certam) commonistravit. Nonnullis in quaestionibus etiam Rumenorum historicorum sententiam corrigit atque ut non probabilem reicit.

At quaedam animadvertenda sunt: primum iniuriā contra Golubinskij metropolitam Georgium V. Mogila coniunctioni cum catholica ecclesia favisce negat; hanc enim Georgii voluntatem fuisse nuntiorum relationes testantur (cf. p. 50 sq.). Deinde relationis, quam auctor (p. XXI.) pollicitus est, Rumenorum ad Russicam ecclesiam descriptio plenior ac perfectior desideratur. Tum quomodo haec duo: α) Православіе румынъ — исконная ихъ религія (p. XVIII.); et β) certum est (несомнѣнныиъ) Rumenos a colonis Romanis originem ducere (p. XIII. et 1 sqq.) inter se congruant, manifestum non est.

Denique, quomodo in II. tomo repetitionem eorum, quae iam I. t. dixit, evitaturus sit, videbimus. Priore enim tomo ecclesia Moldaviensis sola tractanda erat; verum iam in 2. parte quaedam de metropolis Valachiensis rebus traduntur; quibus de rebus II^o tomo agere eidem scriptori propositum est.

M. Haluščynskij.

Богословскій Вѣстникъ (Muntius theologicus). September—December. 1905.

S. Smirnov, Ісповѣдь мірянъ предъ старцами, p. 1—38. (*Confessio laicorum senibus facta*). Laici et clerici in saeculo degentes aeo IV.—VIII. in Oriente monachos natu maiores adire solebant, qui ipsis peccata confessis poenitentiam ut spirituale remedium imponebant. Num absolutionem quoque tribuerint, deficientibus fontibus certo affirmari non potest. Non tamen caret fundamento opinio, eiusmodi confessioni coram monacho (non sacerdote) factae vim absolutioni sacramentali similem tributam esse. Inde quaedam animarum pastoralis cura extra monasterii muros a monachis suscipi coepta est. Quaestio, cur monachi hac in re sacerdotibus saecularibus neglectis adiri consueverint, maiore favore monachorum, ipsorum charismatis maioreque rei spiritualis usu et vitae sanctitate explicatur.

M. Muretov, Йуда предатель (Iuda traditor), p. 39—68. Huius commentationis partis prioris mentio iam est facta (*Slavorum litterae theologicae*, annus II. N. 1, pag. 52). —

A. Golubcov, О причинахъ и времени замѣны гласнаго чтенія литургійныхъ молитвъ тайнымъ, p. 69—75 (*Cur et quo tempore preicationibus in missae sacrificio quondam magna voce pronuntiatis secreta ipsarum lectio substituta sit?*). Inter causas, quae hancce substitutionem effecerunt, liturgiae contrahendae studium, disciplina arcana, rarer in dies communio fidelium enuinerantur. Substitutio haec, temporibus antiquioribus paulatim praeparata, saeculo V. evenit.

A. A., Въ шатрахъ символьныхъ, p. 76—94. Ex diurnis adnotationibus Sinensis missionarii. —

I. Kant, Физическая монадология, p. 95—127 (*Naturalis monadologia*). Latina dissertatio Im. Kantii, anno 1756 in universitate Regiomontana habita in Russicum translata a P. Florenskij.

P. Tihomirov, Состояніе філософії къ началу ХХ. столѣтія, р. 128—134 (*Status philosophiae initio saec. XX*). Materia porro tractatur. —

A. Вѣльяевъ, Профессоръ Московской Духовной Академіи П. С. Казинскій и его переписка съ архіепископомъ Костромскимъ Платономъ, р. 135—168 et 236—253. (P. S. Kazanskij, professor spiritualis academiae Moscoviensis, eiusque cum Platone archiepiscopo Kostromensi litterarum commercium).

Dim. Silin, Къ вопросу объ оживленіи церковно-общественной дѣятельности, р. 169—190. (*De augenda industria ecclesiastico-sociali*). Haec commentatio profundâ evangelicâque munera ecclesiastici consideratione inspirata, cuius sententiis quibusdam ii, qui periodicis litteris Б. В. edendis praesunt, assentiri recusant, ansam dedit alii in menstruo fasciculo Novembris edendae, quae inscribitur »По поводу статьи свящ. Дим. Силина: Къ вопросу объ оживленіи церковно-общественной дѣятельности« р. 463—473 (а V. Myscun conscriptae). —

Episcopus Nikodim, О святѣйшемъ сънодѣ, р. 191—211. (De s. synodo). Commentatio episcopi Jenisejensis eparchia a. 1874 mortui, iam pridem tradita Bogosl. Вѣstnik, nunc demum, cum de vita ecclesiastica radicitus emendanda ab ipsis spiritualibus administratoribus ecclesiae deliberatur, foras datur. Reprehenditur insolens titulus Synodi »sanctissimae«, quae a Petro Magno imperatore laesâ ecclesiae libertate constituta est, proponiturque alius: Synodus ecclesiastica, spiritualis vel orthodoxa; reformatribus occidentalibus accommodata ratio s Synodi ecclesiastico-politica probari non potest. Ecclesia sui iuris est. Caput eius Christus, lex eius evangelium. In rebus spiritualibus imperator ecclesiae filius est. Ut filius habeat suam partem in ecclesiae administratione, non tamen acsi eius gubernator esset. Hoc tempore Synodus constituunt sex archiepiscopi (Petropolitanus, Kijoviensis, Moscoviensis, archiepiscopus Uniatorum, Vilnensis et Tulensis) duoque protoierei. Synodi, cuius membra ecclesiastica auctoritatem suam fere amiserunt, solus dominus supremus procurator est, imperatori tamen subiectus. Quae ad administrationem spectant maxima ex parte in cancellariis ab hominibus saecularibus decernuntur et membris spiritualibus ad subnotandum dumtaxat proponuntur. Subscriptionem recusare id quod ad contemptum auctoritatis procuratoris accipitur quotusquisque animum inducit! Quomodo res mutandae sint adumbratur: Synodi corpus ex solis membris spiritualibus constet; Synodo principales tantum partes administrativa et legislativa administrationis ecclesiasticae attribuantur, cetera omnia episcopis diocesanis relinquuntur, ne omnia in unum conferantur. Synodi negotia duas in partes distribuantur: negotia ecclesiastico-spiritualia et ecclesiastico-politica. Illa a solis personis ecclesiasticis decernantur, in hisce exequendis et potestas saecularis in consilium adhibeat. Synodi sententias et decreta sistere vel commutare soli imperatori ab ipsis membris synodi informando reservetur. Cancellaria synodi, in quam officiales saeculares possunt admitti, ab episcopo dirigatur. Synodus de rebus in qualibet sessione agendis antea instruatur. Procurator et secretarii synodi clerici sunt etc.

Th. M. Il'inskij, Митрополитъ Зосима и дьякъ Федоръ Васильевичъ Курицынъ, р. 212—235. (De Zosima metropolita et F. V. Kuricyn diacono.) In tractatu historico, cuius materia in libellis posterioribus porro tractatur, Zosima, metropolita Moscoviensis qui sub fine saec. XV. floruit, in suspicionem haereseos iudaizantium a pr. Iosifo vocatus purgatur.

A. Spasskij, Изъ новыхъ открытій въ области древней церковной исторіи, р. 266—293 et 394—411. (Ex eis quae nuper inventa sunt ad antiquam historiam ecclesiasticam spectantia.) Duo libelli Graeci tempore persecutionis Decianae (249—251) ab exactoribus imperialibus per urbes et vicos constitutis, iis, qui a fide christiana recesserant — lapsis

— exhibiti, quorum alter in thesauro manuscriptorum Brueteriano per Krebs inventus modo in imperatorio musaeo Germanico Berolini asservatur (editus in *Sitzungsberichte der k. preussischen Akademie der Wissenschaften*, No 2, 1894 et descriptus per Harnack in *Theologische Literaturzeitung* 1894 No 2, p. 38—41), alter, in manuscriptorum thesauro archiducis Rhenani repertus est, (editus per Wessely in *SAB. phil.-hist. Klasse*, 3. Jan. 1894 et descriptus per Harnack in *ThLz.* 1894, p. 162—163). Haec sunt verba eius: *Sacrificiorum exactoribus in pago Philadelphia. Ab Aurelio Syro et Pasvio fratre atque a Dimitriade et Sarapiade uxoribus legitimis. Nos semper diis immolavimus et nunc vobis praesentibus secundum legem libationes perfecimus et de epulis sacrificialibus edimus, huiusque facti testimonium precainur. Avete. Praestiterunt Aurelius Syrus et Pasvius.* Scripsi ego Isidorus pro illis litterarum iusciis 3. *Litterae Psenosirici presbyteri ad Apollonium presbyterum. Documentum hoc, loco quodam inter vastas solitudines aegyptiacas sito inter alias litteras detectum, in musaeo Britanico asservatur et a prof. Diessmann (Tübingen und Leipzig 1902) editum et descriptum est. In tractatu Mommseni »Zweisprachige (Graeca et Latina) Inschrift aus Aricanda«, in comment. period. »Archaeologisch-epigraphische Mitteilungen aus Oesterreich-Ungarn Jahrg. XVI., Wien 1893, typis exscriptum est. 4. »Vestigia christianae religionis in Graecis insulis«. Detectarum nuper inscriptionum in coemeteriis quarundam insularum maris Aegaei, in opere Hilleri »Corpus inscriptionum Graecarum insularum maris Aegaei« editarum, doctus Achelis in ZNW. (1900, I, pag. 87—100) maiorem partem magna cum eruditione recenset.*

S. Bratkov, Религиозное образование и периодическая печать римско-католического клира въ Италии, р. 305—323. (*De religiosa eruditione et litteris periodicis cleri romano-catholici in Italia*). Materia porro tractatur. (V. Sl. lit. th. II., 53.). *De Civiltà Cattolica et restituta scholastica philosophia Thomae Aquinatis.*

A. Orlov, Лютеръ и Цвингли, р 366—393 (*De Luthero et Zwinglio*). Comparantur eorum rationes theologicae. Rara sunt historiae exempla, ut aetate aequales defensores eiusdem propositi (restituendi pristinam vitam christianam [?]) tantas inimicitias inter se gesserint, quantas Lutherus et Zwinglius. Orlov diversas eorum vias ad idem propositum assequendum a diversitate naturalis ipsorum dispositionis et diversitate educationis domesticae et institutionis ex parte repetit. Uterque catholicani iustificationis doctrinam reiciens, rigidum determinisnum statuebat. Cum autem in Luthero scholastica theologia monachi aetatis mediae facile cognoscatur, Zwinglius potius e philosophica schola antiquae Romae, antiqui stoicismi exiit. Doctrinae eius causalis, geneticus nexus cum illa indubius est. Lutherus liberum arbitrium negat, ut individualitatem tollat; non ita Zwinglius. Negat quidem is quoque liberum arbitrium, verum ex alia ratione; ad stoicorum rationem reversus, etiam malo suum locum rationemque esse in mundi harmonia et universo rerum ordine, in ipsaque voluntate divina ponit. Secundum Lutherum lex homini est data, ut eum in continuo metu culpaeque conscientia contineat. Secundum Zwinglium peccatum non est nisi efficiens vel adiuvans morum hominis perficiendorum. Sapientia huius divini consilii maxime e revelatione Christi apparuit. E Christi vita et cruce non solum magnum pretium boni manifestum est, sed etiam necessitas mali a Deo praedestinati, effectus ipsius voluntatis eius consilia divini ordinis non turbans. Hominem sola fide iustificari, docuit Lutherus. Deus propter Christi merita modo forensi iustificat, licet homo revera improbus maneat. Haec fides non est caritate formata; est tantum fiducia salutis in Christo adipiscendae. Etiam secundum Zwinglium sola fides iustificat, alio tamen sensu. Fidem non in illa passiva, intellectuali tantum fiducia Lutheri, a caritate separata ponit, sed vivam, moralem vim spiritus, omnem substantiam hominis moventem praedicat. Fides et caritas unum et idem sunt. Hinc et operibus

bonis in salute hominis constituenda quandam vim concedit: qui opera fidei facit, iustificatus est et filius Dei; vita christiana in continuo motu poenitentiae consistit, consideratione Christi Dei procreatae et spei in eum ut pignus ultimi triumphi boni de malo firmatae. Extra eam solum peccatum et sui aestimatio restant. Verum causa certaminis utriusque doctoris non iustificatio est sed ea, quibus iustificatio efficitur, et quaestio de Eucharistia. Secundum Lutherum solum instrumentum salutis est sacra vis verbi evangelici. Secundum Zwinglium salus in incrementis illorum bonorum elementorum et seminum, quae a Deo hominibus ad salutem praedestinatis insita sunt, consistit. Secundum Lutherum christianus in Eucharistia accipit Christum reapse in, cum et sub pane praesentem; secundum Zwinglium percipere corpus Christi non est nisi credere, Christum pro nobis esse mortuum.

S. Glagolev, Задачи русской Богословской школы, р. 412—448.
(*De partibus Russicae scholae theologicae.*)

Archimandrita Thaddej, По поводу статьи »Рабъ Йеговы (Исаия 40—66)« въ Бог. В. за Іюль-Августъ 1905 г., р. 448—457. (*Ad commen-tationem »De servo Domini« Isaiae 40—66.*) Polemicae adnotationes archimandritae Thaddaei, qui conscripsit librum »Единство книги пр. Іллайзии«, ad tractatum »Servus Jahve« in Nuntii theologici fasciculis menstruis (Iul.-Aug.) emissum, cuius mentio iam est facta (Myšcyn, Sl. lit. theol. a. II., p. 52).

Quas subsequitur responsum (eiusdem) Myšcyn, p. 458—462. »Dixisti aliquando, occidentales theologos exegetas consulto veritatem corrumpere ac studiose mentiri«, scribit Myšcyn Thaddaeo archimandritae. »Iam tunc probavi tibi, hoc criminе accusari eos non potuisse nisi ab homine caeco furore, et iam tunc praemonui te, ut caveas eiusmodi a proposito legis Christianae abhorrentem affectum. —

S. Šumov, Наглядность и ся применение въ духовной школѣ, р. 474—483. (*De disciplinis sensibus et oculis subiciendis in scholis spiritualibus et experimentis eo pertinentibus.*) Multum abest, ut desiderata Am. Comenii, ut res quae adolescentibus exponuntur sensibus et oculis eorum subiciantur, in scholis et seminariis spiritualibus, ubi facile ea methodo paedagogica, didactica, historia, historia biblica aliaeque disciplinae tractari possunt, iam ad effectum adducta sint. Qua ratione et quibus conditionibus methodo huic maior in scholas aditus patet fieri possit, Šumov paucis exponit. —

L. Sokolov, О сокращеніи дѣлопроизводства въ духовныхъ учебныхъ заведеніяхъ, р. 484—500 (*De amputandis negotiis rei administrandae in spiritualibus scholis.*)

N. Kapterev, Къ вопросу о церковной реформѣ, р. 506—524. (*Ad quaestionem de rebus ecclesiasticis in melius restituendis.*) Pars ab I. V. Preobraženskij in corpore suo (de quo Sl. l. th. I., 279 s.) relicta, quo inter 66 litteras periodicas 4 tantum ecclesiasticae comprehenduntur, aptis supplementis expletur fervorque cleri in gravi hoc negotio tractando iure laudatur.

A. Orlov, Сущность и историческое значение такъ называемаго »Культуркамфа« въ Германии, р. 588—624. (*Vis et ratio historica sic dicti »Kulturkampf« in Germania.*) Vexatio ecclesiae in Germania e conflictu duarum rationum orta est: rationis in Syllabo pronuntiatae ecclesiam esse societatem veram, perfectam et plane liberam, cuius iura non liceat potestati saeculari circumscribere vel determinare (Syl. 19 n.) et rationis quae naturalistica vocatur (secundum papae terminologiam) extra ecclesiae et papae auctoritatem nuper ortae, qua vita ecclesiae catholicae imperiali administrationi subicitur. Eventus anni 1870—71 ad infestum animum alendum contulerunt. Gallia victa, imperium Germanorum cum protestantium Borussorum rege principatus locum tenente, diffidentiam Romae, — Borussiae suspicionem promulgatio dogmatis de papae infallibilitate, cuius limites super iustum modum exaggerabantur, nutriverunt. In imperio parem fere partem

catholicorum et protestantium continente protestantici imperatoris studium eo tendebat, ut fracta clericalum vi politica, postpositoque Romae influxu tam catholica quam evangelica subditorum pars in unum assimilaretur. His expositis ipsa nova persecutio Diocletiana quam catholici vocabant describitur. Utraque parte fatigata cum Pio IX. mortuo quietus et pacis amans Leo XIII. cathedralm Petri ascendisset, et in senatu imperio Germanico alii adversarii nascerentur, aequationis bonorum studiosi, Bismarek signum receptui dedit et pax vel saltem induitiae initiae sunt. Enumerantur pacti conditiones. Nec papa nec gubernium nec recentioris cultus humani civilisque propugnatores ab institutis suis abducti sunt. Compromissum factum est, sed quaestio mutuus novos exitus exspectat. Hic est tamen certaminis indubius effectus: papa motus est, ut in re civili tractanda ex angustis suis limitibus in latiorem provinciam politico-socialem exiret.

N. Zaozerskij. Основыя начала желательного для русской церкви учреждения патриаршества. pag. 625—657. (Quibus nitatur rationibus constitutio patriarchatus ab ecclesia Russica desiderata.) Materia porro tractatur. Est nunc universale desiderium ecclesiae Russicae, ut in ea dignitas patriarchalis restituatur. Sed quid sit patriarcha, quae sit eius iurisdictionis et quomodo eo constituto temperanda sit Russica ecclesia, de hac quaestione in Russica societate vagae et perplexae sententiae circumferuntur. Hanc ob rem Zaozerskij quomodo restitutio dignitatis patriarchalis et ad fundamenta iuris canonici et ad temporum nostrorum rationem pertineat exponit. Commentationem suam in duas partes dividit: in prima quaestionem illustrat, quid sit patriarcha et quale sit ecclesiasticum eius officium et munus. Iura et iurisdictionis patriarchae, modus adhibendi iurisdictionem, eius electio et remotio tractantur. In altera parte consilium temperandi totam ecclesiam Russicam adumbratur.

M. Taréev. Жизнь языка. p. 658—681. (Animae vivae.) Hic professor theologiae moralis in Academia Moscoviensi morales vires Russiae aequalis nostrae aetatis delineat

N. Ревизії духовно-учебныхъ заведений. p. 682—697 (De inspiciendis disciplinis spiritualibus). Curam disciplinarum spiritualium, quae tribus tantum exactoribus committitur, omnium rerum tradendarum non semper sat gñaris, quae non raro per decem annos negligitur, non esse iustum ostenditur, quaedamque consilia huc spectantia proponuntur. Inspectio doctrinae per viros in re cognoscenda bene versatos (in seminariis aptissime per academiarum professores) facienda ab inspectione artis educandi et bonorum administrationis separetur. Exactorum numerus augeatur, seminaria et scholae spirituales proprios habeant.

Episcopus Antonius, Первая отвѣтная докладная записка Св. Правительствующему Синоду, p. 698—710. (Primum rescriptum S. Synodo). Rescriptum Antonii, episcopi Volyniensis et Žitomiriensis ad quaestionem »De compositione exspectatae universalis synodi Russicae«, quo e canonibus et usu ecclesiae episcoporum proprium esse ius universalis synodus constituendi defenditur.

Contra haec N. P. Aksakov sub titulo »Всеперковый Соборъ и выборное начало въ Церкви« p. 711 777 (Universalis synodus et eligendi ratio in ecclesia) iussu partis »32 sacerdotum Petropolitanorum contendit non solis episcopis sed et sacerdotibus et laicis locum esse in universalis synodo

N. Popov, Объ отнosiеніи пастыря церкви къ современнымъ общественнымъ движениямъ. p. 778—815. (De relatione pastoris ecclesiae ad praesentes motus sociales.) Quid sit ecclesiae pastorum? Ab hisce conaminibus et motibus socialibus abstinere an ipsa attingere et in eis versari? Inter ecclesiae Russicae pastores utraque opinio suos habet defensores. Popov a parte posteriore stat. Dr. L. Petr.

Церковный Вѣстникъ, издаваемый при с. петербургской духовной Академіи. 1905. № 16—32.

Graves tristesve eventus, quibus Russia praesenti tempore agitatur, innumeris fere consiliis reformandorum diversorum modorum vitae ecclesiasticae ansam dant, quorum alia certe in reformationibus perficiendis adhibebuntur, alia tamen, eaque plura, tamquam privatae opiniones singulorum praeter meritum bonae voluntatis haud aliud effectum creabunt. Cum angustiarum loci causa omnia consilia hic explicari non possint, nihil aliud superest, nisi ut solus conspectus commentationum hue spectantium secundum materiam reformandam ordinatus hic notetur. Tractatum tamen graviorum in parenthesi breve argumentum ponitur.

Ecclesiae status de integro imperatio tractatur hisce: P. Kudrjavcev, По поводу реформы церковного управления. Col. 482. (Parata reformatio ecclesiasticae administrationis positivum faustumque effectum non habebit, nisi in convocando concilio ecclesiastico non episcopi soli sed etiam cleris curatus et quidam parochiani partem habebunt, et nisi reformatio et parochias et dioeceses respiciet) — N. C., Объ институтѣ благочинныхъ. Col. 496. (Auctor abrogationem status propriorum rectorum ac moderatorum cleri (благочинныхъ) lege institutorum, quorum est vitia cleri sui districtus annuntiare, petit. Clerus quoad suos defectus ad suam auctoritatem penes parochianos tuendam peculiari iudicio spirituali subsit ex electis clericis constanti, cum admissione publicae causae dictionis et defensionis) — N. Aksakov, Капошъ и свобода. Col. 522, 552. (Ecclesia orthodoxa ea ex causa non est libera et eam ob rem e participatione in vita populi est exclusa, quia de fundamento suo canonico deiecta, organismus non canonicus effecta est. Forma ecclesiastici regiminis nec monarchia nec oligarchia est. Potestas ecclesiastica non est igitur penes monarcham vel hierarchas, cuiuscunque gradus sint, sed penes ecclesiam ipsam, neque potest nisi a synodis canonice exerceri, quae ita ordinentur, ut synodi inferiores et latiores moderationi ac regimini synodorum superiorum subiciantur.) — Aгb. Mihail (Арх. Михаилъ), »Первосявитель« или »первоприсутствующий?« Col. 587. (De concilio generali, quod ex voluntate imperatoris prorogatum est.) — Нетребность въ общепархиальныхъ и окружныхъ настырскихъ собранияхъ. Col. 598. — О составѣ церковного собора. Col. 641. — Изъ мнѣній объ ожидаемой церковной реформѣ. 675. — Религіозныя послѣдствія приходской реформы. 677. — О подготовленіи къ собору. 709. — Правящій соборъ. 713. — Церковный соборъ и словесная рознь въ Церкви. Col. 803. — A. Mihail, Объ областномъ управлении въ Церкви. Col. 808. (Petitur, ut collata in unum ecclesiae potestas aliquatenus laxetur. Episcopis maior auctoritas suo iure agendi sit adiudicanda, quae tamen dioecesanis synodis ad modum pristinarum, quae quotannis agebantur, definiatur.) — Aгb. Mihail, Епископъ и епархиальные съѣззы. 832 — A. Il'enkov (А. Ильенковъ), Старый вопросъ. 918. (Qua ratione provideri possit indigentissimi cleri) — Aгb. Mihail, Епархиальные и благочиннические съѣззы. Col. 1025. (De amplianda autonomia dioecesanarum synodorum.)

Lege de tolerantia et libertate confessionis 17 Aprili 1905 promulgata occupantur: 17-е априля для православной Церкви. Col. 513. (Laeto cum animo lex 17. Apr. de tolerantia annuntiatur, ex qua libertas ipsius ecclesiae orthodoxae, quae modo republica in omnia, quae ad illam pertinent, importune se ingerente impedita ac veluti constricta est, promittitur. — De eadem materia tractat О послѣдствіяхъ указа 17. априля для православія. Col. 737. (Libertas confessionis non tali modo potest concipi, ut gubernium indifferens maneat ad conamina studii alterius confessionis, praesertim catholicae, quoscumque ad suas partes subdole adiungendi. Commentatio ea alii polemicae, a sacerdote catholico scriptae ansam dedit (Голосъ католика, col. 746): Unio agnitione romani Pon-

tificis continetur. Confessio orthodoxa libere suam liturgiam poterit retinere. Catholicismus cum ritu latino non est pro eodem habendus. Hinc unio tamquam titulus certaminis contra religionem catholicam in iste adhiberi non potest. — R. Кимов (Р. Кумовъ), Призывъ. Col. 811. (Respectu novarum conditionum libertate confessionis et censurae creatarum orthodoxi ad strenuum et intentum certainem vocantur.) — Къ вопросу о свободѣ вѣроисповѣданія, вѣротерпимости и индифферентизму. 869. — Свобода совѣсти и старообраѧцы. 908.

Reformando de libris edendis iudicio dedicati sunt tractatus: A. Котовиѣ (А.И. Котовичъ), Чѣмъ живѣть Церковъ. 515. — P. Svѣtlov (П. Свѣтловъ), Какъ же быть безъ духовной цензуры? Col. 682, 718, 778. (In rebus, quae directe ecclesiam tangunt, censura necessaria est, spirituali naturae ecclesiae utique respondens.)

Necessitas reformationis seminariorum et institutorum spiritualium agnoscitur in articulis: Потребность въ реформѣ духовной школы. 404. — Истинная причина бѣгства семинаристовъ. Col. 493. (Aditus ad altiora studia amplioremque eruditionem in academiis sacerdotibus omnibus pateat. Numerus clausus, ex quo nimius rigor examinum et omissiones in examine approbatorum nascuntur, item exclusio sacerdotum, qui uxores duxerunt, tollantur) — Къ реформѣ духовно-учебныхъ заведений. Col. 545. (Auctor ad seminaria reformanda convocationem collegiorum e praepositis seminariorum libere electorum commendat. In hisce causae tristis status seminariorum deliberentur.) — Толки о духовно-учебной реформѣ. Col. 583. — Къ съѣзду преподавателей. Col. 679. — Къ вопросу о реформѣ духовной школы: желательный преобразованія, школа и жизнь. Col. 836. — Ant. Grineviѣ (Антонь Гриневичъ), Къ реформѣ духовной школы. Col. 840. — Къ духовно-учебной реформѣ: проектъ преобразованія семинарій въ высшія школы. 929. — Прошлое и настоящее. 961. —

Reformandam liturgiam spectant tractatus: Объ упорядоченіи церковной службы. Col. 501. (Auctor duplex praeprimis malum amovendum suadet: contractiones liturgiae modo consuetas et indiligentiam in sacris agendis.) — Th. Bogos (Ѳ. Богословъ), О церковномъ чтеніи. Col. 685. (Ex articulo »О чемъ говорить на съѣздахъ« in No 13 Церк. Вѣстнику publicato thema de lectione in ecclesiis eligitur modusque legendi maioris partis psalmistarum tamquam praeceps, mechanicus et fere inarticulatus improbatur.) — О проповѣдничествѣ. Col. 930. (De oratione sacra. Ecclesia orthodoxa ad imitandum exemplum catholicorum et evangelicorum commonebit, apud quos orationes sacrae pro substantiali parte liturgiae habentur, cum in ecclesia orthodoxa raro habeantur. Suadetur, ut sacerdotes ad orationes sacras habendas obligentur.)

Ius matrimoniale tractant: О раздѣльномъ жительствѣ супруговъ. 673, ubi revisio legislationis de divortio petitur. — О каноническихъ основаніяхъ къ разводу. 801. (Ex pristina praxi doctrinae scii Basilii et codicis Iustiniani innixa, complures legitimae causae divortii admittebantur, quarum sex enumerantur. Anno 1809, principis Galicyn, S. Synodi procuratoris opera, sola fornicatio ut sufficiens causa divortii admissa est. Cum in imperiali Consilio (Госуд. Совѣтѣ) causa divortii discutienda exspectetur, reditus ad mitiorem praxin pristinam commendatur.)

Лѣтопись церковой и общественной жизни за границей. (Annales vitae ecclesiasticae et politicae extra Russiam.) — Significatio fit periculi orthodoxiae in Galicia et Bucovina imminentis, ubi praeter Polonos et sodales Societatis Iesu Ukrainiani, qui vocantur, subsidio Romae innixi populo uniendo ecclesiae catholicae operam dant. (509.) — Mentio fit encyclicae Pii X. de 15/4 1905. (Acerbo nimis) de doctrina christiana altius accuratiusque tractanda, de erigendis in qualibet parochia congregationibus doctrinae christianaе et de continuanda instructione religiosa iuventutis ad scholam iam non pertinentis. (Col. 542.) — Recensetur opus »Pio X.

Suo atti e Suoi intendimenti, cuius auctor persona papae proxima(?), damna et detimenta ecclesiasticae vitae in Italia inquirit et varios ea emendandi modos urget: maiorem simplicitatem apparatus palatii papalis, diminutionem numeri ordinum religiosorum reformationemque congregationum, seminariorum, ubi libertas sui iudicij opprimitur et simulatio alitur, purgationem cultus; cardinales non secundum dignitates hierarchicas sed secundum merita creentur etc. Col. 667. — Deliberationes episcoporum Dalmatiae et Istriae Romae habitae gesta de restituenda vel conservanda Slavica lingua liturgica narrantur spesque restorationis huius iuris fere nulla promittitur. Col. 699. — Iterum eadem materia in forma epistolae Romae scriptae et »Папское славянофильство« intitulatae aequali cum diffidentia tractatur. Col. 775. — Recensetur encyclica Pii X. ad episcopos Italiae, qua Leonis XIII. prohibitio participationis catholicorum in politica ac legislativa actione Italiae abrogatur. Col. 79⁵. — Secundum opus Dris Verguni de periculo pangermanismi deliberatur ostenditurque, quomodo certamen cum pangermanismo non solum ad Slavos occidentales sed et ad ipsos Russos pertineat. Col. 830. — Deseribitur XVI. Congressus ss. Eucharistiae adoratorum Romae 1 6 Iunii 1905 habitus. Col. 923. — И зъ Прагы. (Litterae Praga missae.) Veterocatholici, quorum nonnulli quibusdam concessionibus acceptis (v. gr. communis confessionis) in ecclesiam orthodoxam nuper ingressi sunt, paucis hebdomadibus elapsis iam declararunt se nil commune cum ecclesia orthodoxa amplius habere. Episcopus Zadrensis, caput ecclesiae orthodoxae in Austria ex postulato gubernii ius veterocatholicos in ecclesiam orthodoxam recipiendi iisque functiones parochiales exhibendi orthodoxo clero Pragensi admetit. Auctor epistolae munus orthodoxae ecclesiae Pragensis expendit et persuasum habet illud non in proselytismo sed in »slavjanofil'styo« consistere. Suadet simul, ut sacra divina Pragae sinisi modo ut in Russia absque contractione ritus celebrentur. Repraesentationem orthodoxiae Pragae sufficientem esse negat. Quo meliore habitu orthodoxa ecclesia Pragensis ornata erit, eo maiore vi ea, quae antiquitus per ss. Cyrillum et Methodium tradita sunt, Pragae resuscitabuntur, eoque maior spes erit Bohemos ad ecclesiam orthodoxam reducendi. Qui conatus non initium sed finem industriae orthodoxiae Pragensis expleat, necesse est.

Praeterea tractatus notentur: Добре начаю. Col. 705. (Translatio Scripturae sacrae in linguam Russiae parvae ut bonum initium grate accipitur) — II. К-д-цевъ, Будда или Христосъ. Col. 709. (Quod in quadam ephemeride Germanica legitur in bello cum Japonia Christum a Budha fuisse victimum, falsum esse ostenditur, cum in hoc bello controversia Budhae cum Christo non sit acta.) — А. М. Ч., Странное требование. Col. 814. (Impugnatur votum Theodori, ut excommunicatio comitis L. N. Tolstoj tollatur. Quid mali comiti Tolstoj evenit? Quod ecclesiae praesules pronuntiarunt, non est nisi: Doctrina Leonis Tolstoj doctrinæ ecclesiae orthodoxae adversatur; nos pastores doctrinam eius erroneam pronuntiamus, et cum Tolstoj ipse declarat, se ecclesiae orthodoxae membrum non esse, nec ecclesia eum membrum suum iudicat, donec ipse ad eam redire voluerit.) — V. Vedenskij, Епископство и монашество. Col. 865. (Censura tractatus »Episcopi et monachi« iam anno 1863 in Прав. Собесѣдникъ publicati, modo in proprio libello editi. Tractatus polemicus adversus opiniones epheimeridis Денъ, ac si canonibus electio episcoporum e solis monachis admittatur. Ostenditur, canonibus, postremo in synodo Trullana, nihil aliud postulari, nisi ut episcopi electi coniuges suas dimittant.) — A. R. M. I. h. a. i. l, Епископъ и Консисторія. Col. 897. (Consistorium, quod in Russia a S. Synodo nominatur et fere sui iuris praesidium episcopo non concedit, malum esse exponit, desideraturque ut in sacerdotiale consiliarium collegium episcopi immutetur.) — E. A. k. v. l. o. n. o. v, Пам'яды надъ иновѣрцами. Col. 970. (Exprimitur desiderium, ut quaestio,

num licitum sit orthodoxis sacerdotibus militaribus super non orthodoxis mortuis, ubi ipsorum sacerdos desit, panichidam agere, auctoritate ecclesiastica definitive solvatur. Akvilonov suam opinionem profert, prioribus decisionibus quorundam episcoporum et synodorum particularium imixam, hanc participationem in sacris non esse licitam.)

Dr. Lub. Petr.

A. P. Lebedev, Исторія вселенскихъ соборовъ, часть II.
Вселенские соборы VI., VII. и VIII. вѣковъ. (**Historia conciliorum oecumenicorum.** Pars II.) Peterburg 1904. Pag. 343, rubl. 2.—.

Titulus partis huius eadem determinatione restringendus est, quae primae parti apposita est, cum auctor fere exclusive haeresiologiam saec. VI.—VIII. prosequatur. Tractatio reipsa per tres partes procedit, quae tres haereses spectant.

Quarum prima de monophysitismo est. Initio describit auctor monophysitismi post Chalcedonense fata sequendo ordinem patriarchatum orientalium Hieros., Alex. et Antiocheni. Deinde ad ecclesiam Cplniam transit, de tribus capitulis disserit, singulorum in utramque partem disputabilitatem exponit et defendit. denique conc. V. oec. gesta enarrat. Auctori propositum quidem non erat, historiam ecclesiasticam illius aetatis scribere, quae omnibus gestis occuparetur. Nihilo minus intra fines operis huius quaedam non erant omittenda. Sic e. gr. in primo articulo sectionis huius fere unice imperatorum de rebus fidei sollicitudinem secundum Euagrium et Theodorum lectorem recenset in ea, quae ecclesiarum praesules, quaesierint et paraverint, remedia non inquirens (Cf. ep. archimanditarum et monachorum Syriae secundae ad Hormisdam ep. 19 ed. Thiel; commonit. Gelasii I. papae ad Faustum ep. 10 item ep. 26. apud M. 136.) In Justinianum auctor nimis bene affectus videtur, cum presumtionem illam, qua anathema episcopis nondum ab ecclesia iudicatis impingere attentavit, nulla censura notet; Vigilium violentiae cedentem continuo tamquam hominem ingenii instabilis sugillat. Attentione digna est nota quaedam auctoris de episcoporum orientalium protestatione, qua declarant, se subscriptiones exhibere dependenter a R. P., quam relationem monet se tantum referre, utrum autem ipsi credendum sit nec ne, indicare se non posse, cum apud solos scriptores occidentales sit conservata.

Ex parte altera auctoris de Honorio mentio praeteriri non potest. Itaque Lebedev Honorum haeresis reum ex litteris eiusdem arguisse sibi videtur. Honori etiam alio loco meminit. Dum de Sophronio refert, qui Romae auxilium invocavit, monet diu conamina eius successu prospero caruisse „quia inter papas ipsos haeretici erant e. gr. Honorius.“ Secus de Honorio in libro Lebedev sermo non recurrit. Ceterum Lebedev monet Honorum deceptum esse. „Sergius, ita I., tanto artificio rem cum Honorio gessit, ut iste facile in haeretica retia se intricaverit, quae ei a patriarcha Cplno posita erant.“

Iam vero assentiendum esse videtur Lebedev, quatenus difficultatem contra Honorum e litteris eius, non e damnatione ipsius a. 860 facta petendam esse censem. Rationes tamen seu textus, quibus rem evincere studet, prorsus sunt inefficaces. Prima enim („unus operans“)

nulla est. Altera autem „confitemur in D. Iesu unam voluntatem“ recte intelligitur e contextu, e quo patet unitatem nil aliud esse quam absentiam contrarietatis, quam homines lapsi in membris suis experiuntur. Ceterum Lebedev, qui scripta illius periodi apprinie cognita habet, auctoritates externas s. Maximi et Ioannis abbatis causam Honorii inexpugnabilem reddere poterit animadvertere. Quae quidem ecclesiae latinae nequaquam amice scripta minime nostrum est, auctori in malam explicare partem, cum vel catholici scriptores diversas, immo oppositas in hac controversia sententias tulerint.

Sectio tertia iconoclasmi historiam exhibit, quaenam fuerint a saec. IV. haeresis initia et prima germina, quibus rationibus propagata sit haec „despotica civilis potestatis invasio in ecclesiae rationes“, quomodo a viris ecclesiasticis suppressa, ab aulicis et militibus recocta sit, ac tandem defecerit. Enarratio fidelem et veram haeresis imaginem exhibit. haud semel et pietate non ficta splendet, quae libri virtutes librum valde commendant eique et ultra scholae fines aditum comparant.

Verm popularitati nonnumquam etiam distinctior dictio et expressio multum prodesse potest, cum prima omnis historiae lex sit, „ne quid veri dicere non audeat.“ Sic e. gr. quaestio gravissima, unde concilio nota occumenicitatis accedat, e libro colligi nequit, adeo ut vere necessarium sit dicendum illud „дѣло по собору“ quod in Russia agi audivimus. Concilium V. dicitur oecumenicum inde ab initio quanvis Occidens nullatenus repraesentatus fuisse agnoscatur. Rationes gravissimae, ob quas canones Trullani approbati a Romano Pontifice non sunt, sedis Cplnae elevatio ibi decreta (c. 36) atque postulatorum R. Pontificis repulsa antea facta non commemorantur.

In appendice addidit L. brevia complementa ad quattuor concilia priora. „Le 1. Concile de Nicée d'après les textes Koptes,“ tomi duo, quae a concilio ipso descendere, Revillout, inventor et editor documenti, putavit; Lebedev impugnat opinionem octo argumentis. Verhandlungen der Kirchenversammlung zu Ephesus am XXII. August 449. aus einer Syrischen Handschrift übersetzt von Dr. Hofmann, Kiel 1873. Postremo narrantur gesta IV. concilii a. 451. secundum acta propria.

Lebedev ut verus historicus sobrie omnia pertractat, laudem bene meritam neque Pontificibus R. denegat et systematica compositione styloque populari excellens summi pretii opera seribit.

Car. Večerja.

SERBICA.

Istočnik 1906, nr. 1—6.

Po šljedice razvoda braka zbog preljube (De sequelis divortii propter adulterium permissi), 5—9.

Ecclesia orientalis separata admittit divortium ob adulterium; iuxta canones suos parti innocentii novum matrimonium permittit, at nocenti iuxta canones novum matrimonium vix potest permitti. Ob causas graves crimen excusantes canones viro nocenti quidem matrimonium novum permittunt, sed nunquam mulieri nocenti. Experientia teste maior pars talium dissolutorum, si a novo matrimonio

arcetur, in fornicationem incidit, magno fidelium scandalo. Quapropter multi episcopi parti nocenti magis indulgentes saepius novum matrimonium permittunt; quae consuetudo in singulis ecclesiis »autocephalis« iam valorem iuridicum obtinuit. Ut per totam ecclesiam orientalem hac in re uniformitas quaedam obtineretur, Antonius metropolita Metropolitanus a. 1903 omnium ecclesiarum autocephalarum anti-stites de eorum procedendi modo interrogavit. Ioachim patriarcha Constantinopolitanus respondit in ecclesia sua iam diu vigore consuetudinem parti nocenti matrimonium novum concedendi, ne aliquin in fornicationem incidat. In eccl. Hierosolymitanâ iuxta responsum patriarchae divortia ob adulterium rarissima sunt; potestas ecclesiastica coniuges litigantes placare studet. Sin autem divortium impediri non potest, mulier tunc tantum a novo matrimonio arcetur, cum ipsa reconciliationem impossibilem reddidit. Ecclesia Antiochenâ et Graeco hellena mulieri nocenti novum matrimonium nunquam permittunt. In Serbia ad arbitrium singulorum episcoporum proceditur cum nulla vigeat consuetudo legitima. In Romania (Rumunia) causae matrimoniales legibus civilibus subiectae sunt; potestas ecclesiastica his in causis nulla est. In Bosnia-Herzegovina et Crnagora severius quidem proceditur, tamen utriusque parti matrimonium novum conceditur. — Patet igitur errorem in re dogmatica et iuridica de matrimonio omnibus ecclesiis separatis magnas parare difficultates sequelasque tristissimas habere pro societate humana.

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIUSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT.

VI.

Doctrina Russorum de canone Veteris Testamenti.

Concinnavit Ad. Jašek.

Verum, cum Lutherus et sectam eius secuti pro libertate illa, quam praedicabant, quaecumque ipsis apta non esse videbantur traditionis divinae vi sublata a librorum sacrorum numero segregassent, Russorum theologi tempore procedente de canone V. T. secus sentire coeperunt et protestantium decreta approbabant. Sed haec ratio erat, non usus, quia difficile erat prorsus novum usum statim inducere et aliam auctoritatem vel fortasse nullam tribuere libris, qui ab initio in russicis sacrarum litterarum corporibus sine discrimine auctoritatis cum aliis commixti erant; haec sane erat Sacra Scriptura, in qua non solum pia et utilis lectio continebatur, sed ex qua etiam doctrina ecclesiae hauriebatur. Qua de causa primi conatus novam doctrinam in Russiam inducendi sunt incerti et pavidi. Immo etiam nostris annis Alekséj Speranskij primus theoreticus propugnator, ut ita dicam, in Russia novae doctrinae de auctoritate librorum deuterocanonicorum queritnr, quod ea doctrina, quam ipse propugnat ac tuetnr, hucusque in ecclesia russica non sit satis explorata, absolute certa, quae in controversiam vocari non possit. Adducam ipsissima eius verba, quibus primo loco praesentem sententiam scriptorum russicorum exprimit⁵⁹⁾: „Nostra or-

⁵⁹⁾ Алексей Сперанский, Краткий исторический очерк судьбы не-каноническихъ книгъ Ветхаго Завѣта. Христіанское Чтеніе. СПБ. 1881, р. 387—404. Auctor pertractat originem deuterocanonicorum

thodoxa et patria ecclesia in hoc capite explicando (sc. in quaestione de libris non canoniciis) libera est ab immoderatis et quasi curtis sententiis. Quamquam enim non eundem valorem iis tribuit ac libris canoniciis, tamen eos a bibliis non relegat, quippe qui ad pietatem excitandam et ad docendum aptissimi sint; in nostris editionibus bibliorum et slavica et russica hucusque inter canonicos libros collocantur. Aptitudinis eorum ad sanctitatem alendam habita ratione nostra ecclesia lectiones ex nonnullis non canoniciis libris in publico cultu proponit (ex Sapientia Salomonis, cantico trium puerorum, oratione Manassis). Haec orthodoxae ecclesiae doctrina apud nos nondum plene explicata nec applicata est in commentationibus de his libris.

Sed tamen iam saec. XVIII. invenimus vestigia doctrinae prorsus alienae a Petri Mogilae de canone librorum ss. V. T. sententia. Theophanes Prokopowicz, professor in academia Kijoviensi (1712—16) in preelectionibus⁶⁰⁾ de canonicitate singulorum librorum tractans provocat ad ss. patres, quorum auctoritate rem definiri iudicat: „Est vero gravissima quaestio“⁶¹⁾, docet auctor, „quinam sint illi libri certo nomine et numero canonici: nam licet sint plures extra controversiam positi, et de quibus numquam dubitatum inter christianos est, quod sint sacri et divini: sunt tamen nonnulli, qui vocantur in dubium. Causa dubitationis est, quod cum certis sacris libris in eodem volumine ab imperitis olim alii quoque libri positi fuerint, et nunc etiam simul typis imprimantur. Quaestio, inquam, haec gravissima et cum propter acerimas inter plurimos heterodoxos theologos (forte etiam inter orthodoxos aliquos) lites, tum maxime propter rei ipsius gravitatem. Nam si non aliunde, nisi ex canoniciis Sacrae Scripturae libris de rebus divinis

librorum. ad eosdem relationem Iudeorum Palaestinensium, Iesu Christi et apostolorum, breviter percurrit sententias ss. patrum usque ad reformationem, demonstrat doctrinam primorum protestantium aliam fuisse atque eorum, qui nunc sunt, eamque proxime accessisse ad doctrinam Russorum, perscribit evolutionem canonis V. T. in ecclesia catholica et praesentem statum Catholicorum, Protestantium et Russorum doctrinae de libris deuterocanonicis. Р. 403: «Наша православная отечественная церковь въ этомъ пункте стоитъ на высотѣ пониманія, свободной отъ крайнихъ и одностороннихъ воззрѣй. Она не усвояетъ этимъ книгамъ значенія однаковаго съ каноническими, но въ тоже время и не исключаетъ ихъ изъ Библіи, какъ глубоко позидательныя и поучительныя произведения; въ нашихъ изданіяхъ Библіи славянскомъ и русскомъ, онъ досежъ занимаетъ мѣсто между каноническими книгами. А памѧ въ виду назидательность содержанія ихъ, наша церковь предлагаеть чтенія изъ иѣкоторыхъ неканоническихъ книгъ при общественномъ богослуженіи (изъ Премудрости Соломоновой, пѣсни трехъ отроковъ и молитву Манассіи). Это православно-церковное воззрѣніе еще не получило у насъ вполнѣ своего развитія и приложенія въ научныхъ исследованіяхъ обѣ этихъ книгахъ».

⁶⁰⁾ Theophanes Prokopowicz, Christiana Orthodoxa theologia. Ex officina Breitkopfia Lipsiae 1792. Loci afferuntur sec. Alex. Dombrovski in Revue biblique, 1901, I. c

⁶¹⁾ Idem, I. c., § 185, p. 164—165.

doceri nos oporteat: si non aliumde probanda vera dogmata. haereses confutandae. omnis denique controversia finienda sit: agitur utique de salute aeterna, cum de certitudine canonis istius agitur. Si enim non discernas inter canonicos et non canonicos, poteris non canonicum pro canonico suscipere et illi tamquam Verbo Dei credere, quod est verbum mere humanum; sic facile impinges in falsum, quod tibi videbitur verissimum. utpote ipso auctore Deo prolatum. En quale et quantum periculum . Porro non est dubium, non omnes, qui in volumine, quod vocant Biblia, continentur, canonicos libros esse⁶²⁾. In inquirenda canonicitate singulorum librorum testimonia ss. patrum in contrarias partes affert. „Esther librum Origenes quidem numerat inter canonicos apud Eusebium citato loco; numerat et Damascenus et Cyrillus Hierosolymitanus et Hieronymus et Augustinus et citatus canon Apostolicus et concilium Laodicenum et Carthaginense et fere omnes alii. Tres tamen refragantur: Athanasius et Nazianzenus locis citatis: Nazianzenus quidem dubitando loquitur: Sunt quidam inquit qui non numerant etc. Athanasius vero extra canonem ponit: et tertius Melito apud Eusebium citato loco non memorat. Plura igitur pro se, quam contra se Esther habet testimonia. Pars tamen eius extrema (quae in vulgatis Bibliis habetur) stare nequit et illa forte integrum etiam librum vocaverat apud quosdam in dubium⁶³⁾: Hac nova methodo, quam, in enumenrandis ad utramque partem latis sanctorum Patrum sententiis unice consistere videmus, Prokopovič omnes libros deuterocanonicos V. T. facili negotio inter apocryphas scripturas detrudit. En eius definitivae de singulis libris in Iudeorum canone non exstantibus sententiae: De libro Iudith: „Tot igitur et tanta documenta plane evincunt librum Iudith inter canonicos referendum non esse⁶⁴⁾. De libro Tobiae „neque nos infitiamur bonum esse ac proinde lato modo sacrum et citari posse. Hinc tamen non sequitur esse canonicum. Citamus et sancta dicimus opera Patrum; licet etiam late loquendo appellare divinitus inspirata: numquid tamen inter canonica scripta numerabimus?⁶⁵⁾.

De libro Sapientiae: „Liber Sapientiae Salomonis dictus sane praeclarus est et suo nomine dignus et dignus, qui Panaretus quasi omni virtutum genere plenus (ut ait Damascenus) appelletur: pro Dei tamen verbo haberi et in canone Scripturae numerari non potest. Et ratio: quia plures contra dicunt⁶⁶⁾.

De libro Ecclesiastici: „Ecclesiasticus, qui et Syracides dicitur, nunquam satis laudari potest: neque tamen potest haberi pro canonico. Non fuit enim pro tali habitus a veteri Ecclesia, ut nemo ambigit⁶⁷⁾.

De libris Machabaeorum: „Similiter librum tertium et quartum Maccabaeorum arcet ille (sc. Bellarminus) a canone, non obstante, quod

⁶²⁾ Idem, op. c., § 189, p. 167.

⁶³⁾ Idem, op. c., § 190, p. 171.

⁶⁴⁾ Idem, op. c., § 192, p. 175.

⁶⁵⁾ Idem, op. c., § 193, p. 176.

⁶⁶⁾ Idem, op. c., § 194, p. 176.

citantur a Patribus; neque ergo nobis hoc nocet, quia primum et secundum a canone arcemus“⁶⁷⁾.

De libro Baruch: „Et nos fatemur egregium scriptum esse, inter canonica tamen ponere non audemus“⁶⁸⁾.

Simili modo loquitur idem auctor orthodoxus etiam de partibus deuterocanonicis librorum protocanonicorum prouti Esther, Danielis. Inde patet iuxta Theophanem Prokopovič libros V. T. dividendos esse in canonicos et apocryphos; canonicos continere in se Verbum Dei, apocryphos esse scripta mere humana, utilia quidem ad legendum in ecclesia ac laude dignissima, minime tamen divinitus inspirata⁶⁹⁾.

Sed ne hierarchae quidem servabant distinctionem librorum V. T., quam Prokopovič in Praelectionibus tuebatur. Mullen⁷⁰⁾ adducit librum e Russico in Anglicum versum sub titulo „The doctrine of the Russian Church, by the Rev. R. W. Blackmore, B. A., formerly at Merton College, Oxford, Chaplain to the Russian Company at Cronstadt. Aberdeen 1845“. In quo libro ab archiepiscopo Georgio Konickij (1795). membro S. Synodi, est conscripta commentatio „de officiis parochorum“, ubi ad confirmandam doctrinam proto- et deuterocanonici libri adhibentur loco eodem atque aliae partes Sacrae Scripturae, sine discriminé auctoritatis; ex denterocanonicis allegantur Ecclesiasticus 1, 23; 2, 11 in cap. XXXIII. (p. 220), Tobias 8, 7 in c. XXIX. (p. 235), Ecclesiasticus 25, 17 in c. XIII. (p. 269), Baruch 3, 4. 5 in c. XVI. (part. II., p. 281), II. Macc. 12, 41—46.

Tempore procedente autem praevaluit sententia protestantica. Professores in academiis libros protestanticos consulentes imbuebantur eorum doctrina de canone, quam et ex cathedris et in scriptis propagabant.

Eadē atque Prokopovič saec. XVIII. etiam archimandrita Silvester docuit, qui ut libri V. T. extra canonem positi facilius memoria continerentur, sequentes versus composuit⁷¹⁾:

„Judith, Tobias, Sirach, Sapientia, Baruch,
Tertius et quartus codex, qui fingitur Esdrae,
Et quae gesta refert Machabaeae historia gentis,
Senaque cauda Esther, Danieli subdita bina,
Unde ode Psalms augens, supplexque Manasses
Non possunt merito divina oracula dici“.

Eandem doctrinam defendit ignotus scriptor operis „Orthodoxae Orientalis Ecclesiae Dogmata“⁷²⁾. Moscoviae 1783.

Quod hi separatim docebant, hoc systematice in fidem ecclesiae orthodoxae ad pracepta revocatam demum Philaretus introduxit hac

⁶⁷⁾ Idem, op. c., § 195, p. 184.

⁶⁸⁾ Idem, op. c., § 201, p. 200.

⁶⁹⁾ Alex. Dombrovski in Revue biblique 1901, p. 271.

⁷⁰⁾ Tob. Mullen, The Canon p. 230—232.

⁷¹⁾ Archimandrita Silvester, Compendium Theologiae Classicum. Sacrarum Scripturarum auctoritate confirmatum Petropoli 1799, p. 31. Vide Alex. Dombrovski, Revue biblique 1901, p. 272.

⁷²⁾ Vide infra. Cfr. Alex. Dombrovski, Revue biblique, 1901, 272 et seq.

doctrina in catechismo⁷³⁾ eiusdem ecclesiae auctoritate edito inserta. Sed etiam ipse in hoc catechismo a sententia sua discedit. De precibus agens pro mortuis adhibendis, auctoritate II. Macc. 12, 43 utitur, de specialibus officiis liberorum erga parentes allegat II. Macc. 12, 43—44⁷⁴⁾. In sermonibus suis⁷⁵⁾ Ecclesiastici 38, 4 verba vocat divina. Immo adeo immemor sententiae suae Philaretus fuit, ut nonnullis locis deuterocanonicos libros inspiratos esse a Spiritu Sancto, atque praecelta et regulas fidei et morum continere sensisse videatur. Cum ad ipsum pars curationis ecclesiasticarum academiarum delata esset, materiam theologiarum doctrinarum definivit, quae in academiis tradetur. Explicata auctoritate Sacrae Scripturae et ratione lectionis Sacrae Scripturae designata pergit: „Libri V. T. plerumque dividuntur in historicos, didacticos et propheticos“. Pertractatis libris Moysis scribit⁷⁶⁾: „In ceteris historicis libris legendis: Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdrae, Nehemiae, Esther et Maccabaeorum, celerius progrediantur oportet. Libris historicis legendis destinatur spatium semestre. In altera anni parte libri didactici legantur. Doctrinam fidei et morum alias placuit Spiritui Sancto explanare in historia ut in libris supra adductis alias separatim in certis praescriptis. Illic fides et mores concorporati sunt in sanctis viris eorumque rebus gestis, hic docendo inculcantur“.

„Excellentes regulae fidei et morum in Proverbiis Salomonis, in libro Ecclesiastae, Canticō Canticorum, Sapientia Salomonis et Sapientia Iesu, filii Sirach continentur“. Quibus

⁷³⁾ Vide eius titulum et catalogum librorum canoniconum V. T. supra.

⁷⁴⁾ Muller ornat suum tractatum (The Canon, p. 234—30) de canone V. T. apud Russos his verbis: „So far, therefore, as a conclusion can be drawn from the use made of the deutero books by the Russian theologians, it cannot reasonably be denied, that the canonicity of the books is admitted by them“.

⁷⁵⁾ Изъясненія пѣкоторыхъ мѣстъ св. Писанія, собранныя изъ словъ Высокопреосвященнѣйшаго Филарета митрополита московскаго. Чтенія въ обществѣ любителей духовнаго просвѣщенія. Москва 1872. IV., p. 266.

⁷⁶⁾ Обозрѣніе богословскихъ наукъ въ отношеніи къ преподаванию ихъ въ вышихъ духовныхъ училищахъ, составленное Высокопреосвященнымъ Митрополитомъ Филаретомъ. Составлено въ то время, когда онъ, въ санѣ архимандрита былъ членомъ Комиссии Духовныхъ Училищъ. Стениа въ обѣществѣ Іюбитељ duховнаго просвѣщенія. Moskva 1872. III. p. 44: Прочія Историческая книги, какъ-то: Іисуса Навина, Судей, Руѣ, Царствъ, Паралипоменонъ, Ездры, Несмії, Есопъ, и Маккабейскія, можно пройти чтеніемъ скорымъ... для чтенія Историческихъ книгъ назначается полгода. Другую половину года пусть продолжается чтеніе книгъ Учителльныхъ. Ученіе вѣры и правдивости иногда угодно было Духу Святому излагать въ исторіи, какъ въ выше упомянутыхъ книгахъ иногда отдельно, въ извѣстныхъ правилахъ. Тамъ вѣра и правдивость олицетворены въ святыхъ мужахъ и ихъ дѣяніяхъ; здѣсь винчашются чрезъ поученія».

«Планы правила вѣры и правдивости заключены въ Притчахъ Соломоновыхъ, въ книгѣ Екклесіаста, Пѣни Пѣсней, Премудрости Соломоновой и Премудрости Іисуса сына Сирахова.»

verbis clare doctrina priscae ecclesiae exprimitur. Illinc etiam in libris Esther, qui continet fragmenta deuterocanonica in Slavicum (vel Russicum) versa, et Maccabaeorum placuit Spiritui Sancto doctrinam fidei et morum explanare seu, ut aliter rem exprimam, etiam eos libros esse inspiratos agnoscitur, hinc Sapientiam Salomonis et Sapientiam Iesu, filii Sirach, easdem paeclaras fidei et morum regulas continere atque ceteros libros ad idem genus pertinentes scribitur. Quadecausa Mullen⁷⁷⁾ illud tenet Philaretum fortasse non docuisse deuterocanonicos libros minoris aestimandos esse quam protocanonicos, allata dumtaxat s. Cybilli Hierosolymitani, Athanasii etc. doctrina, adnotatione nulla adiecta⁷⁸⁾. Quae opinio etiam inde suadetur, quod Philaretus Petri Mogilae Catechismum magni faciebat.

Sed Philaretus in paelectionibus suis diserte et numerum et auctoritatem librorum apocryphorum definivit⁷⁹⁾: § 1. Introductio. Praeter libros V. T., qui in Hebraicis codicibus Sacrae Scripturae inveniuntur, et in Graecis et in aliis antiquis exemplaribus integri libri et nonnulla fragmenta adiuncta sunt ad libros inspiratos. Quos protestantes apocryphos, deuterocanonicos catholici appellant. § 2. De numero librorum apocryphorum. Qui libri sunt: Baruch, Tobias, Iudith, Sapientia filii Sirach, Sapientia Salomonis, Maccabaeorum I., II., III., Esdrae II., III., secundum Vulgatam autem III., IV., fragmenta: Additamenta ad librum Esther 10, 4—16, 24, additamenta ad librum Danielis, Psalmus 11; oratio Manassis. Adnotatio: Ex Scriptura nulla ecclesia habet inspiratos hos: Maccabeorum III., Esdrae II. et III., Psalmum 11, orationem Manassis, quos ecclesia Romana proprie apocryphos appellat[“]. Mullen potuit opinionem illam proferre, cum non omnia opera Philareti cognovisset.

Si igitur inter se omnia ea comparaimus, quibus Philaretus doctrinam librorum deuterocanonicorum attigit, paecepta eius cum usu discrepare cognoscimus. Doctrinae protestantium favens non potuit tamen negare, quod ab initio ecclesia professa erat. Theologi qui post eius

⁷⁷⁾ The Canon of the O. T. p. 232—33.

⁷⁸⁾ Vide cupra p. 127.

⁷⁹⁾ О книгахъ такъ называемыхъ апокрифическихъ. Изъ академическихъ членій Филарета митрополита Московскаго. Стенія въ Обществѣ любителей духовнаго просвѣщенія. Москва 1876 «§ 1. Вступленіе. Сверхъ книгъ Ветхаго Завѣта, находящихся въ еврейскомъ составѣ Св. Писанія, есть еще целыя книги и нѣкоторые отрывки, присоединенные къ книгамъ, богоуношеннемъ въ греческомъ и другихъ древнихъ спискахъ. Ихъ называютъ апокрифическими (протестанты) и второканоническими (католики). § 2. Исчисление книгъ апокрифическихъ. Сіи книги суть слѣдующія: Варухъ, Тобитъ, Іудеъ, Премудрость сына Сирахова, Премудрость Саломонова, Маккавейскія I., II., III., Ездры II., III., а по Вулгатѣ III., IV; отрывки: прибавленія къ книгѣ, Есопу X. 4—XVI. 24; прибавленіе къ книгѣ Даніила; псаломъ 11-й; молитва Манассіи. Примѣч. Изъ числа писаній сихъ никакая церковь не признаетъ богоуношеннемъ: Маккавейской III., Ездры II. и III., псалма 11 и молитвы Манассіи, и ихъ то римская церковь собственно называетъ апокрифическими.»

actatem scripserunt Catechismum eiusdem approbatum a S. Synodo seu normam secuti sunt.

Consentientiae omnes Russorum theologi de numero librorum apocryphorum⁸⁰⁾ cum Philareto? Silvestro archimandritae⁸¹⁾ apocryphi V. T. videntur esse libri: Tobiae cap. XIV., Iudith cap. XVI., Baruch cap. V., I. Maccabaeorum cap. XVI., II. Maccabaeorum cap. XV., III. Maccabaeorum cap. VII., III. Esdrae cap. IX., IV. Esdrae cap. XVI., Sapientiae cap. XIX., Ecclesiastici sive Siracidae cap. LI. Et haec de libris integris; praeterea autem nonnullorum canonicorum librorum quasdam partes seu potius additamenta non canonica, neque ab eodem scriptore composita, sed aliunde inserta ideoque apocrypha esse docet quattuor: 1. Psalmum, qui in fine Psalterii extra CL. adicitur. 2. Sex capita libri Esther in vulgata editione adiecta et decem versiculos ad decimum caput post tertium versum additos. 3. Duo capita ultima Danielis, et praeterea tertio capite canonico Hymnum trium puerorum inserunt. 4. Manassis Regis orationem.

Makarij⁸²⁾ in libro, qui introductio in orthodoxam theologiam inscribitur, enumeratis canonicis libratis hos non canonicos nominat: 1. librum Tobiae, 2. Iudith, 3. Sapientiam Salomonis, 4. Sapientiam Iesu, filii Sirach, 5. secundum et tertium librum Esdrae, 6. omnes tres libros Maccabaeorum. Eosdem libros ad non canonicos etiam Uspenskij⁸³⁾ rescrit. Epistolas Ieremiae et Baruch Makarij⁸⁴⁾ inter canonicos relinquere videtur. Etiam in formam seminariorum Russicorum usque ad annum 1896 (!) haec sententia epistolas Ieremiae et Baruch canonicas esse recepta erat. A quo anno nova forma statuta in libros non canonicos transcriptae sunt^{85).}

Professor A. Olesnickij⁸⁶⁾ de libratis non canonicis haec docet: „Ceteri libri, qui in corpore nostro litterarum sanctarum inveniuntur, non recensiti a Melitone in V. T. libratis, qui sunt: tres octavae partes historicorum libratorum (II. I. Esdrae, Tobias, Iudith, Esther, tres libri Maccabaeorum, III. I. Esdrae), liber Sapientiae Salomonis, Iesu, filii Sirach, liber Baruch sunt libri non canonici: usitati ii sunt et utiles,

⁸⁰⁾ Numerum libratorum canonicorum V. T. apud Russos v. in p. 127.

⁸¹⁾ Compend. p. 25—28. Vide supra eius versiculos.

⁸²⁾ A. Makarij, Введеніе въ православное богословіе. Спб. 1847. § 124. p. 481.

⁸³⁾ Uspenskij Evg., Обличительное Богословіе. p. 17—19.

⁸⁴⁾ Ita P. Jungerov iudicat, O. i—k. vved. p. 207—208.— Alexij Speranskij (Краткий исторический очеркъ судьбы неканоническихъ книгъ Ветхаго Завѣта in Hrist. Ctenie. 1881. сентябрь — окт. p. 387—88) hos libros non canonicos adducit: „Tobiam, Iudith, Sapientiam Salomonis, Sapientiam Iesu Sirach, II. et III. Esdrae, I., II., III. Maccabaeorum, librum Baruch; orationem Manassis, partes libri Esther, canticum trium puerorum, in libro Danielis, historiam Susannaе, et de Bel dracone“. Cfr. etiam Ivan Korsunskij, Переводъ LXX. M. 1897. p. 533.

⁸⁵⁾ Jungerov, O. i—k. vved. p. 208: «Колебание архим. Макария и семинарской программы, относящихъ Варуха и Послание Иеремии къ каноническимъ книгамъ, справедливо устраивается единогласиемъ новыхъ академическихъ программъ (за 1896-й г.) относящихъ ихъ къ неканоническимъ книгамъ.»

⁸⁶⁾ op. cit. p. 207.

verum numero agnitorum ab omnibus non sunt inserti, neque in arca Foederis repositi erant“. Notandum est scriptorem hunc etiam librum Esther legare inter non canonicos.

Jungerov⁸⁶⁾ hoc ordine et numero libros non canonicos enumerat: „historici: 2. Esdrae, Tobias, Iudith, 1., 2. et 3. Maccabaeorum; didacticī: Sapientia Salomonis et Sapientia Iesu, filii Sirach; propheticī: Epistola Ieremiae, Baruch et 3. Esdrae. Non canonicis annumeranda sunt fragmenta: CLI. Psalmus, oratio Manassis (in fine II. Paralip.), 3, 25—95 et 13 et 14 Danielis et ex libro Esther 1, 1; 2, 13; 3, 17; 4, 1; 8, 13; 10, 3 — fragmenta, quae non inveniuntur in textu Hebraico“. Quae doctrina de numero librorum non canonicorum hoc tempore in ecclesia Russica praevaluit.

Antiquiores Russorum scriptores ecclesiastici negata canonica enumeratorum librorum auctoritate eos apocryphos appellabant (апокрифы, книги апокрифической), recentiores autem omnes eos non canonicos nominant (книги, писанія неканонической) et quos theologi catholici, eosdem libros etiam Russi apocryphos appellant exceptis Psalmo CLI., III. l. Macc., oratione Manassis, III. et IV. l. Esdrae, quos catholici apocryphos, Russorum theologi non canonicos vocant; quae vocabula etiam nos retinemus, ubi de canone Russorum loquimur.

Quo loco et numero libri non canonici apud Russos sunt? Cum nec quantum simpliciter et ex sua vi nec quantum collatione canonorum libri non canonici valeant auctoritate ecclesiastica hucusque definitum sit, sententias singulorum theologorum audiamus, priusquam concludamus.

Sententiam Th. Prokopovič supra exposuimus. In libro, qui „Orthodoxae Orientalis eccl. Dogm.“⁸⁸⁾ inscribitur, sine nomine vulgato enumeratis omnibus libris utriusque Testamenti prout in Bibliis Graecis poni solent, ita res exponitur: „Quamvis omnes isti libri hactenus a nobis commemorati, qui a diversis scriptoribus diversisque temporibus prodierunt, ab iis, quibus tradebantur diligenter collecti, sancte asservati et in unum sistema coacti sint: nemo tamen dubitat omnes hos libros ab iis, qui religionem suam in illis fundarunt, non pari pietatis affectu receptos neque eiusdem auctoritatis indicatos esse. Hinc patet discrimen inter libros canonicos et apocryphos [quos

⁸⁷⁾ Руководственный о Священномъ Писаниі Ветхаго и Нового Завѣта свѣдѣнія изъ твореній св. Отцовъ и учителей Церкви. С. Пб. 1894 р. 11: Остальныя-же книги изъ находящихся въ составѣ нашей Библии, неопытанные Мелитономъ между ветхозавѣтными книгами, именно все третье осьмикнижие историческихъ книгъ, (2-я кн. Ездры, Тобитъ-Иудиевъ, Есопъ, три книги Маккавейскія и 3-я Ездры), кн. Прему, дрости Саломона, Иисуса с. Сираха и кн. Варуха, суть книги неканоническая, т. е. хотя употребительныя и полезныя, но въ число признанныхъ всѣмъ не внесенные, и не бывшія въ ковчегѣ.“

⁸⁸⁾ Orthodoxae Orientalis Ecclesiae Dogmata seu Doctrina christiana de credendis, usibus eorum, qui studio theologico sese consecrarent addixeruntque adornata accommodataque. Mosquae. Typis Sanctissimae Synodi. 1831. p. 55—56. Cf. Alex. Dombrovski, Revue biblique 1901. p. 273.

nos non canonicos nominamus]. Canonici sunt, quos ecclesia iudaica pro divinis semper habuit et quos christiana a Iudeis sibi traditos accepisse testatur Canonici autem vocantur propter illam scripturae perfectionem, qua pleno, certissimo et indubitato omnium assensu quoad singulas partes digni fiunt. Quosdam autem libros apocryphos denominari, Patres ecclesiae hanc reddunt rationem quia sunt occultae originis et auctoritatis, quamvis cum fructu legantur in ecclesia. Nos quoque in discernendis apocryphis hunc significatum sequimur: Fatemur enim commendandos esse libros istos, et non sine magna utilitate legi in ecclesia, sed eiusdem auctoritatis eos esse, cuius sunt canonici id est, quod negamus". Philaretus⁸⁹⁾ formam ecclesiasticarum academiarum describens, de libris non canonicis hanc sententiam proponit: „Libri apocryphi [non canonici], qui sunt tales, quorun prima origo occulta est, multas et sanctas gravesque continent veritates ideoque non sine causa numero librorum sacrorum sunt inserti et pleno respectu digni“. In Praelectionibus⁹⁰⁾ auctoritatem et dignitatem eorum pertractans ita rem explicat: „Quamquam constat eos libros [non canonicos] in canone ecclesiae Iudaicae, quae in Palaestina erat, non fuisse et prorsus dubium est apostolos cum ecclesiae translationem Alexandrinam in manus darent, etiam eos tradidisse ut inspiratos: nihilominus eos in ecclesia Palaestinensi diligentissime observatos esse scimus“. Allegatis e Iosepho Flavio, Maimonide, Patribus christianis locis, qui eius sententiam fulcire videntur, pergit: „Ex omnibus his testimoniis manifestum est libros qui apocryphi vocantur, et qui legantur et qui respiquantur dignos esse atque omnium in ecclesia pietatem alere posse“.

Makarij in sua Introductione⁹¹⁾ traditione secundum causam doctrinae Russicae usus etiam contrarios locos conciliare ei intendit:

⁸⁹⁾ Čtenija v obščestvě ljubitelej duhovnago prosvěščenija 1872 III, otd.III. p. 42: »Апокрифические книги, то есть, такія, которыхъ вышнее происхождение закрыто, заключаются въ себѣ многія чистыя и важныя истины, а потому не безъ причины внесены въ число книгъ священныхъ, и достойны полагаю вниманія.«

⁹⁰⁾ Idem Čtenija... 1876 мѣсяць май: »§ 4 Важность и достоинство апокрифическихъ книгъ. Хотя известно, что спѣхъ книгъ не было въ канонѣ іудейской церкви, находившейся въ Палестинѣ, и весьма сомнительно, чтобы апостолы, оставляя первенствующей церкви переводъ александрийской, передали съ инымъ и сіи книги за богоухвовенные: однако-жъ мы знаемъ, что іудейская палестинская церковь имѣла ихъ въ великомъ уваженіи. Пзъ всѣхъ спѣхъ свидѣтельствъ видно, что книги, такъ называемыя апокрифическая, полезны, достойны нашего чтенія и вниманія и могутъ служить въ назиданіе всѣхъ вообще членовъ Церкви«. Cf. Nestor Dagaev, Istorija vet ozavětnago kanona, p. 262—263, qui auctor in opere suo nonnullas sententias Russorum theologorum de dignitate et auctoritate librorum non canoniconum collegit.

⁹¹⁾ A. Makarij, Vvedenie p. 322—26: »Если же въ 85 правилѣ Апостольскомъ наряду съ книгами каноническими упоминаются и иѣкоторыя неканоническія, именно 3 книги Макавейскія, книга Премудрости Иисуса с. Сираха: то подобно знать, что въ этомъ правилахъ идетъ рѣчь о книгахъ чтимыхъ и святыхъ, а не о книгахъ кано-

„Si in 85. canone Constit. Apostol.“ — inquit — „una cum libris canonici etiam nonnulli non canonici commemorantur, nominatim tres libri Maccabaeorum, liber Sapientiae Iesu filii Sirach: sciendum est in hoc canone agi de libris venerandis et sacris et non de libris canonici; venerandis et sacri nominari et libri canonici pariter potuerunt et non canonici quin etiam nonnulli alii a Christianis magni aestimati“. Explicatis aliis quoque locis viam planiorem ac tritam ingreditur: „Denique, ut in aliquibus priscis corporibus Sacrae Scripturae conversae e gr. in Italico libri canonici cum non canonici permisceantur necne nihil interest; eodem enim modo adhuc in ecclesia orthodoxa in unum confunduntur, quae tamen differentiam eorum statuit, quos eo consilio adiungit, ut uno corpore comprehendat omnes libros et inspiratos et eos, qui etsi eandem auctoritatem non habent, nihilominus antiquitus omnibus libris humanis pluris aestimabantur atque ab ecclesia ut legentium animos ad pietatem excitent ut libri boni atque utiles recepti sunt.“ Postquam de singulis libris non canonici explicavit, his verbis rem persequitur⁹²⁾: „Non magis certum est hos libros nec apud Iudeos nec apud Christianos in eadem atque canonicos auctoritate putatos esse quam dignum quod credatur, eos apud hos et illos semper maxima fuisse auctoritate. Ceterum etsi orthodoxa ecclesia libros non canonicos neque contempsit neque contemnit, obliviscendum non est eam a libris canonici eos semper distinxisse. Cuius discriminis ratio est, quod hi quidem — ut ecclesiae doctrina est — inspirante Spiritu Sancto scripti sunt et in proprio sensu Scripturam divinitus inspirata continent, sed illi hac excellentia carentes Sacrae

ническихъ; чтимыми же и святыми равно могли называться и каноническая и неканоническая книги Свящ. Писания, и даже иѣкоторыя другія уважаемыя христіанами“ »На конецъ, уже совершенно не важно то, что въ иѣкоторыхъ древнихъ переводахъ Свящ. Писания, напр. Италійскомъ, совокуплены вмѣстѣ и книги канонической и кн. неканонической; такъ совокупляется онѣ доселѣ въ Церкви православной, которая однако-же разлѣпаетъ ихъ, совокупляясь съ тою цѣллю, чтобы въ одномъ сборнике имѣть всѣ книги, п. богоухновенныя, и тѣ, которые хотя не имѣютъ такой важности, однако-же издревле были уважаемы Церковю болѣе всѣхъ книжъ человѣческихъ, и приняты ею для назидательного чтенія вѣрующими, какъ книги добрая и полезныя«.

⁹²⁾ «Сколько несомнѣнно, что эти книги ни у іудеевъ, ни у христіанъ не считались наравнѣ съ книгами каноническими, столько-же достовѣрна и другая мысль, что у тѣхъ и другихъ онѣ всегда пользовались большимъ уваженiemъ. Впрочемъ, какъ ни уважала и исп. уважаетъ православная Церковь книгъ неканоническихъ, не должно забывать, что она всегда и отличала ихъ отъ книгъ каноническихъ. Отличие это въ томъ, что послѣднія, какъ учить она, написаны по вдохновенію отъ Духа Святаго, и въ собственномъ смыслѣ составляютъ Писание богоухновенное, а первыя этого важнаго преимущества не имѣютъ и служать только въ видѣ прибавленія къ богоухновенному Писанию, какъ книги добрая, назидательныя, священныя». Cf. Dagaev Istorija vet. ozavѣtnago kanona p. 263—265.

Scripturae additi librorum bonorum, pios sensus excitantum, sacerorum munere funguntur."

G. Smirnov-Platonov⁹³⁾ discriminine facto inter libros canonicos et non canonicos verbis „Orthodoxa ecclesia duo librorum bibliorum V. T. genera distinguit: canonicos et non canonicos — illi proprie dici possunt Scriptura divinitus inspirata — hi Scripturae inspiratae supplementum, sunt ab ecclesia propter argumenti sanctitatem et salubritatem magnificiunt, eorum auctoritatem persequitur⁹⁴⁾ „Ex adductis (priscae ecclesiae testimonii) patet ecclesiam christianam cum libros canonicos ab aliis in canone V. T. ignotis sed in librorum sacerorum corpus receptis hos non canonicos libros maxima observantia asservasse et semper ad legis Christianae studiosos salubriter monendos adhibuisse. Ne commisceantur cum libris apocryphis auctoritatem huius vel illius propter temporum et locorum condicionem firmandam esse rata ecclesia nonnunquam etiam non canonicos libros suis canonibus comprprehendebat.... Eodem loco erant in usu ecclesiae: ut nonnullae partes librorum non canonicorum in ritu ecclesiastico leguntur, in his versus ex libro Sapientiae, preces trium puerorum; item ex libris non canonice multae orationes et cantica ecclesiastica composita sunt, argumentum ad sacras imagines hauriebatur et adhuc hauritur.“

A. N. Speranskij⁹⁵⁾ „testimonia palaeo-orthodoxae ecclesiae de non canonice libris Veteris Testamenti eorumque vi his testimonii confirmata historico-critice,“ exposuit. Sententiis patrum apostolicorum et scriptorum ecclesiasticorum saec. II. et III., dein canonibus conciliorum et patrum saec. IV. et V. indicio ecclesiae Russicae opportunis

⁹³⁾ »Неканоническая книги Ветхого Завета« in Pravosl. Obozrenie a. 1862 t. IX. p. 1. et seq.: »Православная Церковь различает въ составѣ библейскихъ книгъ Ветхаго Завѣта два рода книгъ: каноническая и неканоническая, — первыя, какъ въ собственномъ смыслѣ Боговохновенные, — вторыя какъ дополненія къ Писаніямъ богохновеннымъ, какъ книги читимые по ихъ священному содержанію и назидательности«.

⁹⁴⁾ Idem p. 20—21: »Этихъ данныхъ (sc. свидѣтельствъ древней церкви) достаточно для того, чтобы видѣть, что церковь христіанская, отличающая каноническую книгу отъ другихъ, неизвѣстныхъ въ канонѣ Ветхаго Завѣта, по принятыхъ въ составъ Библии, съ величайшимъ уваженiemъ хранила эти неканонические книги и всегда пользовалась ими къ назиданію вѣрующихъ. Заботясь, предотвратить смѣщеніе ихъ съ книгами апокрифическими, находя нужныхъ по временемъ и мѣстнымъ обстоятельствамъ успѣть уваженіе христіанъ къ той или другой неканонической библейской книгѣ, иногда Церковь перечисляла даже неканоническую книгу въ своихъ правилахъ..... Тоже уваженіе обозначалось и въ церковной практикѣ: такъ нѣкоторыя части книгъ неканоническихъ читаются на церковномъ богослуженіи, напримѣръ пареміи изъ книги Премудрости, или молитва трехъ отроковъ; изъ книгъ неканоническихъ составлены также многія молитвы и пѣснопѣнія церковная, заимствовалось и доселъ заимствуется содержаніе для священныхъ живописныхъ изображеній. Nestor Dagaev, Istorija vethozavetnago kanona. Р. 267—68.

⁹⁵⁾ Свидѣтельства древне-православной церкви о неканоническихъ книгахъ Ветхаго Завѣта и значеніе ихъ на основаніи этихъ свидѣтельствъ. Christianskoe Ctenie. СПб. 1882. Январь—Февраль. р. 28—65.

congestis ipse fatetur primis ecclesiac saeculis nulla inveniri testimonia id quod Russi hoc tempore de non canoniciis libris tenent exprimentia vel saltem eis suffragantia: „illo tempore invenimus locos ex omnibus non canoniciis libris ad idem adhibitos et eadem forma allegatos atque locos qui ex libris canoniciis afferuntur“⁹⁶). Tempore procedente demum doctrina haec clarior evasit seque aperuit. Commentationis suaе, in qua non omnibus ad eandem materiam pertinentibus testimoniis locum praebuit, hisce verbis finem facit⁹⁷): „Sicut orientales ita etiam occidentales patres et theologi sexti et posteriorum saeculorum usque ad ecclesiae discidium solis viginti duobus libris Hebraici canonis summam canonicanam auctoritatem addicunt eosque divinos existimant; nonnulli eorum praeterea graviter et severe libros canonicos a nostris non canoniciis secernunt hosque utiles ad lectionem habent, sed argumenta inde non ducunt. Itaque omnium antiquae orthodoxae ecclesiae testimoniorum, quas attulimus, summa haec est: Ecclesia Christi prima aetate libros non canonicos V. T. mirifice colebat eisque eodem modo atque canonici utebatur sed quae aetionem num ad canone pertinenter non decidebat. Exeunte quarto et ineunte quinto saeculo simul et canon circumscriptus est et quanta, collatione aliorum aestimata, librorum

⁹⁶) l. c. p. 33.

⁹⁷) l. c. p. 63—65: „Какъ восточные, такъ и западные отцы и богословы шестаго и слѣду щихъ вѣковъ до раздѣленія церквей только двадцати двумъ книгамъ еврейскаго канона усвояютъ всеобщее каноническое значение и считаютъ ихъ за божественныя; нѣкоторые же изъ нихъ кромъ того строго отлѣчаютъ каноническія книги отъ нашихъ неканоническихъ и считаютъ послѣднія лишь полезными для чтенія, но не приводятъ изъ нихъ мѣстъ въ видѣ доказательствъ.

Сводя къ единству всѣ представленныя нами свидѣтельства древней православной церкви, мы приходимъ къ слѣдующему результату. Церковь Христова въ первые вѣка своего существованія питала большое уваженіе къ неканоническимъ книгамъ Ветхаго Завѣта и пользовалась ими паравиѣ съ каноническими книгами, но не рѣшила вопроса объ отношеніи ихъ къ канону. Въ концѣ четвертаго и началѣ пятаго вѣка вмѣстѣ съ опредѣленіемъ объема канона было опредѣлено относительное достоинство неканоническихъ книгъ. Общимъ сужденіемъ всей вселенской церкви неканоническія книги были выдѣлены изъ списка книгъ каноническихъ въ точномъ смыслѣ слова — Богодухновенныхъ и признаны „полезными для чтенія, — особенно оглашаемыми и нововступающими въ церковь, назидательными, благотворными и добрыми.“ Въ отличіе отъ каноническихъ книгъ, признанныхъ единственою нормою вѣры и благочестія, неканоническія получили значеніе церковное, но отнюдь не догматическое, такъ что изъ нихъ запрещено было заимствовать доказательства для подтверждения догматовъ вѣры. Съ другой стороны неканоническія книги были выдѣлены изъ класса апокрифовъ, къ которымъ отнесены были лишь еретическія произведения. Это сужденіе вселенской церкви опирается на принятыхъ еще со временъ Мелитона и Оригена началахъ на единогласныхъ свидѣтельствахъ знаменитѣйшихъ представителей восточной и западной церкви, подтверждено на вселенскихъ сavorахъ, руководимыхъ Духомъ Святымъ... Церковь пребыла вѣрою древнему преданію — іудейскому и христіанскому и послѣдовательною, совершенно ясно и правильно рѣшивъ вопросъ объ относительномъ, достоинѣ тѣхъ неканоническихъ книгъ.“

non canonicorum sit dignitas definitum. Communi totius oecumenicae ecclesiae iudicio libri non canonici ex indice librorum proprie canonorum — divinitus inspiratorum exempti sunt et utiles ad legendum — praecepue a catechumenis et a Christianis noviciis, pii, salutares ac boni agniti sunt. Secus atque ii libri qui canonici probati sunt, ad quorum normam solam fides et sanctitas dirigenda est, non canonici libri auctoritate ecclesiastica distincti nequaquam dogmaticam vim habent neque, ut ex eis argumenta ad dogmata fidei confirmanda hauriantur, permittitur. Rursus libri non canonici ex numero apocryphorum exempti sunt, in quem tantum opera haeretica relata sunt. Quod oecumenicae ecclesiae iudicium regulis iam temporibus Melitonis et Origenis positis atque receptis conspirantibus maximorum orientalis et occidentalnis ecclesiae columnum testimoniis innixum in oecumenicis conciliis per Spiritum Sanctum directis confirmatum est. Ecclesia in accepta antiquitus opinione Iudeorum et christianorum permanens quam clarissime et iustissime quaestionem de librorum non canoniconum dignitate relativa decidit.“

Idem scriptor eandem sententiam in alia commentatione⁹⁸⁾ profert, in qua patrum testimonia catholicam de canone doctrinam confirmantia hoc modo explicare conatur: „Nonnulli occidentalium thoologorum, qui a regula antiquitus accepta sanctum Augustinum, qui exempli primi Veteris Testamenti rationem non habebat secuti deflexerunt, inter canonicos et non canonicos libros discrimine omni sublato eodem modo utrosque adhibebant, cui usui latina Itala, quam in manibus habebant, e LXX versa, non modice suffragabatur.

Scriptor, qui primis litteris M. G. nomen subnotavit, in Voskresnoe Čtenie⁹⁹⁾ agens de Sacrae Scripturae compositione, de

⁹⁸⁾ Краткий исторический очеркъ... Чтеніе 1881. р. 395—97. Summa totius commentationis in fine p. 403—404., ubi breviter doctrina Russorum tractatur. Plenius de s. Augustini sententia de canone Veteris Testamenti idem tractat in commentatione: Свидѣтельства древне православной церкви etc. in 1 рист. Чт. 1882, I. р. 58—62. Dagaev, Istorija... р. 232—36.

⁹⁹⁾ Воскресное Чтеніе 1861—62 т. XXV. р. 892—903.: „Отцы христіанской церкви IV. вѣка совсѣмъ читать только книги, издавна и всѣми признанныя за священныя. Такимъ книгамъ Отцы признавали книги еврейской библіи, и называли ихъ каноническими (другія книги, называются неканоническими потому, что они не вездѣ были внесены въ церковные списки священныхъ книгъ), но въ то же время напоминали, что есть и кромѣ этихъ книги, хотя не поставленыя въ канонъ (т. е. не включеныя въ составъ еврейской библіи), но тѣмъ не менѣе полезныя для чтенія даже оглашеннымъ.... Въ этомъ классѣ они исчисляютъ книги, составляющія у насъ дополненіе къ еврейскому канону.... Въ послѣдствіи времени при большемъ раскрытии и разясненіи ученія Церкви объяснено различие между книгами каноническими и неканоническими. Первые, къ которымъ причисляются всѣ книги еврейской библіи, приняты Церковью за несомнѣнно богоулюбивыя; прочая же книги ветхозавѣтныя, не имѣя достоинствъ несомнѣнной богоулюбивости, признаются однако полезными и потому употребляются въ Церкви, хотя не могутъ служить основаніемъ вѣроученія въ тѣхъ случаяхъ, если бы кто-нибудь захотѣлъ только на нихъ основывать свое вѣроученіе.“ Nestor Dagaev, Istorija vet. kanona р. 272.

librorum non canonicorum auctoritate, cum in ecclesia falsi doctores se extulissent haec adnotat: „Patres ecclesiae christianaе IV saeculi in conciliis ecclesiasticis praecepient, ut ex libris Veteris Testamenti soli illi libri, qui pridem ab omnibus sacri iudicati erant, legerentur. Tales libros agnoscebant Patres libros Hebraei thesauri scripturae sacrae, quos canonicos nominabant (ceteri libri non canonici appellantur, quia non ubique codicibus librorum sacrorum comprehendebantur), sed simul monebant praeter hos alios esse libros etsi in canonem non receptos (i. e. non comprehensos Hebraico scripturae sacrae corpore), tamen utiles ad legendum etiam catechumenis.... In quem numerum referebant libros qui apud nos canonem Hebraicum supplent. Tempore procedente cum longius progrederetur et describeretur doctrina ecclesiae, discrimen inter libros canonicos et non canonicos explanatum est. Illos in quibus omnes libri Hebraici thesauri numerantur, haud dubie divinitus inspiratos esse, ecclesia professa est; hos reliquos Veteris Testamenti libros, quos divini spiritus instinctu conscriptos esse non constat ecclesia nihilominus utiles iudicat ob eamque rem adhibet, quamquam in eis fundamenta dogmatum poni non possunt ita, ut iis solis ullum doctrinæ sacrae locum quispiam probare queat.

Uno etiam adducto, coque celeberrimi procuratoris ecclesiasticae academie, Pauli Sokolov testimoniorum satis erit. Is in pretioso opere „Historia scripturarum Veteris Testamenti in ecclesia Christiana ab incunabulis christianismi usque ad Origenis tempus (hoc addito)“¹⁰⁰⁾ postquam quae de sacrorum librorum V. T. origine et auctoritate divina eorumque canone in scriptis patrum apostolicorum et apologetarum iveniuntur, exposuit, haec colligit: „Quae de usu non canonicorum et apocryphorum Veteris Testamenti librorum diximus, demonstrant patres et doctores ecclesiae illius aetatis libros non canonicos in LXX receptos magni fecisse: eorum auctoritatem in dubium vocari non posse existimabant... Quamquam nonnumquam libros canonicos, quin etiam apocryphos allegabant, tamen eius generis locos in comparatione innumerabilium ex canonicis libris allatorum repperimus. Accedit, quod hi loci

¹⁰⁰⁾ Исторія Ветхозавѣтныхъ Писаній въ Христіанской церкви отъ начала Христіанства до Оригена включительно. Москва 1886. р. 71: Сказанное нами употребление неканоническихъ и апокрифическихъ книгъ Бетхаго Завѣта само собою показываетъ, что отцы и учителя церкви разсматриваемаго времени относились къ неканоническимъ книгамъ перевода LXX съ особеннымъ уваженiemъ; они усматривали въ нихъ такія книги, авторитетность которыхъ несомнѣнна.... Правда, они цитировали иногда неканоническая и даже апокриф скія книги, но такихъ цитать, при цѣлыхъ сотняхъ изъ каноническихъ книгъ, мы нашли весьма немногого. Притомъ, всѣ эти цитаты приводятся отцами церкви не для обоснованія доиматическихъ истинъ, а исключительно для цѣлей нравственныхъ, (каковы напр., увѣщаніе къ покаянію, удаленію отъ грѣшниковъ и проч. у Климента), приводятся не въ формѣ свидѣтельствъ, подтверждающихъ истинность сказанного, но какъ продолженіе собственной рѣчи. Но такое пользованіе неканоническими книгами на ряду съ каноническими, безъ сомнѣнія, нѣсколько не говорить о смѣшении послѣднихъ съ первыми, потому что нравственная назидательность тѣхъ или другихъ книгъ далеко не то, что ихъ безусловная пустота.“

a patribus ecclesiasticis allegati numquam ad confirmanda dogmata, sed tantum morum gratia adhibentur (e. gr. ad commonefaciendum poenitentiae agendae, removendum a peccatoribus etc. apud Clementem), non ut testimonia, quibus vera esse exposita confirmetur, sed ut pars propriae (sc. scriptoris) expositioni adiuncta. Talis usus librorum non canonicorum una cum canonicis certe nequaquam testatur promiscuos habitos esse hos et illos quia librorum vis ad mores formandos sanctitatemque alendam idem non est atque eorum absoluta veritas.[“]

Alii de librorum non canonicorum auctoritate Russorum theologi eadem sentiunt aut non repugnant¹⁰¹⁾.

Slavorum Meridionalium catholicorum liturgicae linguae. (Ad quaestionem de unitate liturgiae.)

VIII.

Fontes historicos liturgiae Glagolito-Romanae inde a XIII. saeculo nobis in syllogen redigentibus complurā nova vel hucusque² non pro merito curata, occurrerunt. Quae linguae slavicae in S. Liturgia Romana inde a XIII. saeculo et quo iure viguerint, clarandum nobis proposuimus, illa de causa praeципue, quod haec quaestio prorsus hucusque neglecta est; dum res pro anteriore aetate iam alio loco incepta porro tractatur^{1).}

I. Linguae apud Slavos Meridionales inde a XIII. saeculo in sacris adhibitae.

1. Lingua Slovenica, quae et palaeoslavica a SS. Cyrillo et Methodio in S. Liturgiam inducta, origine tenus erat dialectus vulgaris Macedonica (Thessalonicensis?) vel Pannonica,²⁾ quac brevi post in usu communi esse desiit, et inter linguas emortuas cessit.

2. Lingua Slavonica vel Glagolito-croatica, ab extra-neis lingua Dalmatica Hieronymiana, Illyricum litterale etiam appellata, in S. Liturgiam Romani Ritus recepta in Slavonia, vel Illyrico occidentali, ab illis Slavicis populis, qui hodie Slovenci, Croatae Serbique dicuntur, dialectus vulgaris Illyrici Occidentalis erat. Haec lingua Slavonica erga linguam palaeoslavicam ita se fere habet, sicuti lingua Latina vulgaris in Missale Romanum recepta erga linguam classicam latinam; non sub respectu grammatico tantum sed etiam sub

¹⁰¹⁾ Cfr. Дагаев, Исторія канона ветхз. p. 224 et aliis locis; Jungarov, Общес. п. к. введение p. 217; Vigouroux-Voroncov, Руководство къ чтенію и изученію Библії. Москва. I. 1899. p. 41—53. Ad hoc: Bogoslovski Glasnik, Karlovici III. 1903 p. 308—314 recens. a dre J. Čupič, etiam Slavorum lit. theor. I. p. 96; A. P. Lopuhin, Толковая Библия. I. Пятокнижие Моисеево. СПб. 1904. p. V. et seq.

¹⁾ Cfr. La liturgia Glagolito-Romana nella sua origine e nel suo svolgi-mento storico-giuridico, in ephemeride Romana „La Rassegna Giuridica Ecclesiastica Anno II (1904), p. 657 ss., 792 ss.; Anno III (1905) p. 449 ss.

²⁾ Nota est controversia inter Slavistas hac in materia pendens; Miklošićiana enim schola palaeoslavicam linguam dialectum Pannonicam, Jagićiana vero dialectum Macedonicam, proprius vero Thessaloni-censem, tenet.

respectu historico. Quum enim lingua palaeoslavica ab usu vulgari pariter ac lingua Latina vetus remota esset, lingua Slavonica, pari modo ac vulgaris Latina in Missale Romanum recepta, postquam lingua palaeoslavica extincta est, aliquot saecula vulgo apud Croatas Istriam Dalmatiamque incolentes vignit. Hi enim hanc suam linguam vulgarem usque ad XII. saeculum „Slavonicam“ tantum dixerunt: ³⁾ inde vero a XIII. saeculo „Slavonicam“ promiscue et „Croaticam“, sed XVI. saeculo exclusive „Croaticam“. Lingua vero „Slavonica“ vel „Croatica vulgaris“ in S. Liturgiam Ritus Romani recepta a philologis „Glagolito-croatica“ vel „redactio Croatica“ illa de causa appellatur, quia characteribus Glagoliticis, qui et Hieronymiani dicuntur, libri sacri eiusdem descripti sunt; et liturgia Slavica Romana etiam nomine „Liturgia Glagolito-Romana“ venit.⁴⁾

Quum enim apud Croatas, praecipue Istriam et Dalmatiam incolentes, usque ad XV. exclusive et inde a XVI. ad XVIII. sporadice, usus characterum glagoliticorum non tantum in ecclesiasticis sed etiam in civilibus negotiis vigeret, linguae Glagolito-croaticae usus vulgaris in viridi observantia etiam XVII. saeculo certe fuit: ⁵⁾ qui pedentim deinde intermissus est; illam praecipue ob causam, quod anno 1648 libri liturgici Glagolito-Romani Russorum consuetudinem loquendi imitati sunt, ⁶⁾ et consequenter lingua Glagolito-croatica ab usu communi re-

³⁾ Croatae usque ad XII saeculum linguam suam vulgarem vel litterariam nunquam „croaticam“ sed „slavonicam“ tantum appellant; ita in diplomate Crescimiri Croatiae Dalmatiaeque regis 1069: „vulgaris sclavonica“ (Monumenta Slavorum Merid. VII, 73); et in diplomate Colomani Hungariae Croatiaeque regis 1111: „sclavonice“ (Smiciklas, Codex Diplomaticus XII s. 22 et pluries, uti in Indice Alphabetico p. 476 sub v. „Sclavonica lingua (idem quod Croatica)“).

⁴⁾ Cfr. Jelić, L' istituto croato a Roma, Zara 1902, 12 ss. — Venetae vero eandem linguam liturgicam Glagolito-croaticam „lingua Schiavona“, „seru · Dalmatus“, „sermo Dalmatus secundum Divi Hieronymi Ritum atque institutionem“, „rito Dalmato“, appellabant; cfr. Jelić, F(ontes) h(istorici) L(iturgiae) G(lagolito)-R(omanæ) XIV s. 8; XV s. 123; XVI s. 11, 25, 30, 32, 43, p. 4 ss. (Nota, nos opus hoc brevitatis causa notis „F. h. L. G.-R.“ infra citaturos esse.) Ita etiam Cardinalis Hosius Legatus Apostolicus ac Praeses S. Concilii Tridentini: „Dalmatarum lingua“, „Dalmatica lingua sacros libros Hieronymum vertisse constet“; F. h L. G. R. XVI s. N. 110 p. 24. Postea vero lingua glagolito-croatica ab extraneis Illyrica litteralis communiter dicta est.

⁵⁾ Cfr. Liturgistam episcopum Traguriensem medio XVII s., et Ioannem a Foča Bosnensem anno 1658, hoc asserentes (F. h. L. G.-R. XVII s. N. 134 p. 38; N. 163 p. 47).

⁶⁾ Quum Urbanus papa VIII. unioni Orientalis Ecclesiae consuleret, novam editionem librorum liturgicorum glagoliticorum cura Raphaelis Levaković M. O., ad captum vulgarem etiam Septentrionalium Slavorum accommodari iussit; ex tunc lingua liturgica Glagolito-croatica mixtura quaedam Croato-russica facta est; cfr. Surmin, Povjest književnosti hrvatske i srpske, Zagreb p. 60 s. Sed iussu Pii papae IX, Leonis papae XIII., et Pii papae X., in novissimis duabus editionibus „Missalis Romani Slavonico idiomate“, 1893 et 1905 (cfr. F. h. L. G.-R. XIX s. N. 108 p. 91; N. 115 p. 102) textus purgatus Croato-glagoliticus XIV et XV saeculi russismis demptis, eliminatus est.

mota est, et inter linguas mortuas sub nomine „linguae palaeocroaticae“ (starohrvatski jezik) recensetur.

3. Lingua Dalmatica vel Illyrica vulgaris origine tenus idem ac lingua Slavonica, sed characteribus potius Latinis conscripta formasque euphonicas dialecti „ikaviensis“ Istro-dalmaticae affectans. Haec enim inde a medio XIV. saeculo vulgo aequo ac Slavonica lingua vigens etiam in litteris characteribus Latinis Gothicis usurpari coepit et typographicia arte deinde per Illyricum Occidentale, simul cum lingua Slavonica existens, in civili commercio potius invaliduit. Cum autem lingua Slavonica inde ab anno 1648 in usu communi esse desiisset, lingua Dalmatica vel vulgaris Illyrica eiusdem locum obtinuit, in litteris profanis praevalens, donec XIX. saeculo a lingua litteraria Serbo-croatica recentissima loco suo in litteris depulsa, in libris tantum liturgicis ecclesiasticis et in usu vulgari Istriae, Dalmatiae ac Bosniae vigeat.

4. Lingua litteraria Serbo-croatica vel idioma Slavicum meridionale, dialectus vulgaris Hercegoviensis „ijekavština“, XIX saeculo ad honorem litterarium, Dalmatica vulgari lingua dialecti „ikavština“ posthabita, elevata, in vita civili et commercio vulgari fere ubique apud Serbos et Croatas nunc praevalet.

5. Claritatis causa relationes harum linguarum ad invicem ob oculos proponuntur hoc schemate :

Lingua Slavorum primitiva communis

L. Slovenica palaeoslavica (dialectus Macedonica vel Pannonica)	L. Slavonica vel glagolito- croatica (dalmatica Hieronymiana, Illyricum literale)
L. Dalmatica vel Illyrica vulgaris „ikavensis“ (Illyrica vulgaris; lingua vulgaris Istriae, Dalmatiae et Bosniae).	L. litteraria Serbo-croatica, idioma Slavicum meridionale „ijekaviense“ huius temporis lingua vulgaris Dalmatiae meridionalis ac Hercegovinae).

II. *Liturgiae Glagolito-Romanae specifice lingua
Glagolito-croatica et vulgaris Dalmatica »ikaviensis«
propriae sunt.*

6. Ex concessione Hadriani papae II. (869) et confirmatione Ioannis papae VIII. (880) ab Apostolis Slavicis ss. Cyrillo et Methodio lingua „Slovenica“ in sacram liturgiam inducta est. Haec enim quia posteriore aetate obsolevit a philologis „palaeoslavica“ vel „veteroslovenica“ appellatur; et nunc iam inter linguas mortuas est.

Inter philologos adhuc disputatur. utrum palaeoslavica lingua dialectus Macedonica (Thessalonicensis) an potius Pannonica fuerit; sed certum est eam linguam vulgarem fuisse, quam apprime etiam Slavi Illyrici Occidentalis vel Slavoniae, qui Slovensi Croatae Serbique nunc dicuntur, vulgariter intelligebant.

7. Ab aetate Cyrillo-methodiana apud Slavos orientales liturgia Graecoslavica, apud Slavos catholicos Illyrici occidentalis liturgia Sla-

onica iuxta Romanum Ritum, quae vulgo Liturgia Glagolito-Romana appellatur, passim invaluit. Dum in liturgia Graecoslavica palaeoslavica lingua cum cyrillianis characteribus viget, in Illyrico occidentali lingua Croatica vulgaris iuxta Romanum Ritum characteribus vero peculiaribus glagoliticis, uberius evoluta est.

Codices manuscripti Liturgiae Glagolito-Romanae et antiquiores libri typis impressi ante annum 1648, non lingua palaeoslavica dialecti Macedonicae vel Pannonicæ, sed potius „Slavonica“, quae tunc vulgaris Glagolito-croatica vocabatur, conscripti sunt; unde apud philologos redactio haec librorum sacerorum nomen „Glagolito-croatica“ habet; ita ut ipsum Missale Glagolito-Romanum, non aliter ac „Missale Croaticum“ denominaretur. In fronte enim eiusdem Missalis anno 1531 ab episcopo Segnensi Simeone Kozičić de Begna typis editi sic legitur:

Misal hrvacki
po običaju rimskoga dvora
idest:
Missale Croaticum
secundum consuetudinem Curiae Romanae ⁷⁾.

Reapse XIV. s. in universo Illyrico Occidentali Liturgiam Glagolito-Romanam communiter in usu fuisse, testis est aequalis chronographus Pulkava († 1380): „papa — in perpetuum statuit, quod in lingua Slowanica possint misse et alia divina officia celebrari. Et sic per archiepiscopatus et provincias Spalatensem, Ragusiensem et Iadriensem et apud omnes suffraganeos eorum et multos alias episcopatus tam per presules quam per sacerdotes misse et alia divina usque hodie in slavonico celebrantur“ ⁸⁾.

Hanc vero linguam Slavonicam liturgicam Glagolito-croaticam Slavoniae vel Illyrici Occidentalis linguam vulgarem, at non palaeoslavicam Macedonicam vel Pannonicam, tunc iam extinctam, ex praeclaro testimonio pontificio eiusdem temporis, fuisse patet.

Epistola enim Clementis papae VI. anno 1346 ad Arnestum, Pragensem archiepiscopum data, explicite declarat, linguam glagolito-croaticam in s. liturgia vigentem inter catholicos Illyrici Occidentalis vel Slavoniae illo tempore fuisse linguam vulgarem

„Significavit nobis — Karolus Marchio Moraviae, quod in Slavonia et nonnullis partibus de Slavonica lingua existentibus misse et alie hore canonice ad landem Christi in eorum vulgari de licentia et ex indulto Sedis Apostolicae leguntur, et etiam decantantur“ ⁹⁾. Haec lingua vulgaris in Slavonia anno 1346 vigens in sacris, a Pontifice Innocentio IV. epistola anno 1248 ad Philippum Segnensem episcopum data, cum lingua Croatico-glagolitica vel Hieronymiana identificatur: „in Slavonia est littera specialis, quam illius terre clerici se habere a beato Hieronymo asserentes, eam observant in divinis

⁷⁾ Cfr. Ijubić, Ogledalo književne povesti jugoslavjanske I. Rieka 1864, p. 38; Surmin, Povjest . . . p. 59.

⁸⁾ Cfr. F. h. L. G.-R.: XIV s. N. 29 p. 12 s.

⁹⁾ Cfr. F. h. L. G.-R. XIV s. N. 5 p. 4.

ofticiis celebrandis¹⁰⁾; et passim adhuc XVII. s. vigit, prout ex testimonio liturgistae Pacis Jordani episcopi Traguriensis et Ioannis a Foča M. O., iam citato, patet¹¹⁾.

8. Sed iam ante exitum XIV. saeculi in S. Liturgiam Romanam apud Dalmatas, lingua Dalmatica vulgaris dialectus „ikaviensis“ introducta est. Quum enim apud Croatas characteres glagolitici usque ad XVI. saeculum etiam in civili commercio exclusive adhiberentur, sacerdotes extranei Latina lingua sacra persolventes et characterum glagoliticorum ignari, libros Glagolito-croaticos liturgicos characteribus Latinis, formisque grammaticis secundum dialectum Dalmaticam „ikaviensem“ accommodatis descripserunt; et ita linguae Glagolito-croaticae etiam Dalmaticam „ikaviensem“ comparem adiunxerunt.

Haec consuetudo ab anno 1350 c. inducta per Franciscanos M. O. in Dalmatia meridionali et Bosnia, XV.⁰ saeculo procedente ab aliis Franciscanis Dalmatis accepta est, ut ex codicibus liturgicis comprobatur¹²⁾. Quum vero eadem aetate, Dalmatia et Istria maritima sub Venetico dominio constitutis, Latini praesules et sacerdotes plerunque ex Italia peregre profecti characteresque glagoliticos ignorantes constituti essent, ut desiderio pietatis populi Liturgiae Glagolito-Romanae hucusque assuefacti satisfacerent, in missa Latina sollemini vel cantata partes cantatas, praecipue Evangelium et Epistolam, lingua Dalmatica vulgari „ikaviensi“ secundum consuetudinem a Franciscanis M. O. iam receptam, iuxta Evangeliarium Dalmaticum vulgare decantabant. Typographica vero arte introducta, pluriiae editiones eiusdem Evangeliarii Dalmatici vulgaris, ab iisdem Italis „Schiavetto“ nominati, prodierunt.

Editio princeps Bernardini Spalatensis M. O. 1495 Venetiis excusa sic inscribitur: *Vulgarizatio Dalmatica Epistolarum et Evangeliorum atque Prephacionum et Benedictionum continentium in Missali. — Evangelia et Epistolae cum Praephationibus et Benedictionibus per anni circulum in lingua Illyrica feliciter explicita; emendata et diligenter correcta per fratrem Bernardum Spalatensem. Impressum Venetiis per Damianum Mediolanensem. Anno MCCCCXCV, die XII Martii¹³⁾. Plures quam viginti editiones successerunt¹⁴⁾, inter quas etiam Romana Bartholomaei Cassii Soc. Iesu anno 1641¹⁵⁾ facta, ut putatur iussu pontificio a S. Congregatione Propagandae Fidei, nam anno 1640 ab eadem S. Congregatione et Rituale vulgare Dalmaticum iussu Urbani papae VIII. a B. Cassio curatum, editum est¹⁶⁾.*

¹⁰⁾ L. c. XIII s. N. 3, p. 9.

¹¹⁾ L. c. XVII s. N. 134 p. 38; N. 163 p. 47.

¹²⁾ Lectionarium Badiense a Franciscanis M. O., qui ex Bosnia 1394 in conventum Badiensem Corcyrae Nigrae, nunc Ragusiensis dioeceseos, emigrarunt, characteribus Latinis Gothicis conscriptum; F. h. L. G.-R. XV s. N. 133 p. 31. — Evangeliarium vulgo „Croatium“ a. 1450 c. a Franciscanis M. O. Iadrae Latinis characteribus Gothicis pariter conscriptum; l. c. XV s. N. 35 p. 11.

¹³⁾ F. h. L. G.-R. XV s. N. 123 p. 29.

¹⁴⁾ Cfr. l. c. Index Analyticus p. XXXIX.

¹⁵⁾ l. c. XVII s. N. 116 b. p. 80.

¹⁶⁾ Cfr. l. c. N. 109 p. 32 et 82.

Lectionarium vel Evangeliarium Dalmaticum partes missae cantatas (demptis Secretis et quae a solo sacerdote sollemniter celebrante recitantur), nec non omnia Benedictionalia in Missali Romano contenta et Ritualia extra Administrationem sacramentorum adhibenda continet.

Ex hoc patet, Lectionarium vel Evangeliarium Dalmaticum nihil aliud esse nisi excerpta ex Missali Glagolitico-Romano, characteribus Latinis transcripta ad usum sacerdotum Latina lingua sollemniter celebrantium, inductum ab extraneis sacerdotibus, praecipue Italicis, qui, ut se consuetudini communi Illyrici Occidentalis accommodarent, missam Latinam sollemniter celebrantes, partes cantatas etiam Dalmatica vulgari lingua decantabant. Primum factum est hoc in civitatibus maritimis Istriae et Dalmatiae inde a medio XIV.^o saeculo: sed posterioribus saeculis praecipue ab anno 1648¹⁷⁾, eadem consuetudo etiam in parochiis foraneis, a glagolitis officiatis, passim invaluit.

9. Quum autem nec sacerdotes Liturgia Glagolito-Romana celebrantes, ad administrationem Sacramentorum Ritualis Glagolitici „Trebnik“ copiam sufficientem haberent (nam typis editum non est), et sacerdotes Latini characterum glagoliticorum in scii Rituali Slavico characteribus Latinis exscripti indigerent, Urbanus papa VIII. anno 1640 B. Cassio S. I., Poenitentiario Apostolico S. Petri in Vaticano, mandavit, ut Rituale Romanum in linguam Dalmaticam vulgarem („communiori dialecto“) converteret et idem Rituale Dalmaticum Vulgare typis S. Congregationis Propagandae Fidei edi Motu Proprio („Te praecipiente“ in dedicatione) iussit et ut sibi dedicaretur concessit¹⁸⁾.

10. Quod Rituale Dalmaticum Vulgare aliquoties a loci Ordinariis editum, anno tandem 1893 Leone XIII. iubente a S. Congregatione Propagandae Fidei denuo editum est, idque lingua Serbo-croatica vulgari recentissima, quod idioma „litterarium Slavicum meridionale“ appellatur¹⁹⁾.

11. Lingua Dalmatica vulgari ex consuetudine in partibus cantatis missae Latinae sollemnisi iam a medio saeculo XIV. in liturgiam se insinuante et deinde ex induculo Urbani anno 1648 in Rituale Romanum inducta, sponte factum est, ut lingua eadem vulgaris, etiam in aliis ritibus liturgicis, praecipue in illis, qui a choro populari decantantur, sensim in locum obsoletae ab anno 1648 propter librorum liturgicorum inopiam linguae glagolito-croaticae introduceretur; quod quum ex plurimis fontibus historicis eruitur, tum ex rescripto S. Congregationis Officii ad episcopum Polensem anno 1744 dato liquet²⁰⁾.

¹⁷⁾ Ex quo anno nempe ob russificationem librorum liturgicorum glagoliticorum (cfr. supra § 2, nota 6.) lingua vulgaris glagolitico-croatica exolevit

¹⁸⁾ F. h. L. G.-R., XVII s. N. 109 p. 32 et 82.

¹⁹⁾ Cf. l. c. Index Analyticus p. XXIX., In Approbatione editionis anni 1893 p. III. sic testatur: „Manuscriptum Ritualis Romani Slavonicom-meridionali idiomate, quod hucusque bis typis vu'gatum est, scilicet Romae anno 1640 (Typ. de Propaganda Fide)“ etc.

²⁰⁾ F. h. L. G.-R., XVIII s. N. 61 p. 28 s.

III. In S. Liturgia Romana usus linguae Glagolitico-croaticae vulgaris Croaticae, tam Dalmatiae »ikavensis« quam Serbo-croaticae litterariae recentissimae a S. Romana Ecclesia specialiter confirmatus existit.

12. Concessio privilegialis usus linguae Slavicae in S. Liturgia ab Hadriano papa II. (869) in genere et a Ioanne papa VIII. (880) confirmata, compluribus S. Romanae Ecclesiae de lingua Glagolitico-croatica vulgari et de lingua Croatica vulgari „ikaviensi“ in specie sancta indultoque vero recentissimo ad idioma litterarium Serbo-croaticum extensa est.

13. Imprimis enim a SS. Concilio Lateranensi IV. Generali XII. anno 1215 celebrato, ius liturgicum particulare Glagolito-Romanum, ceteris iuribus liturgicis particularibus tunc vigentibus, Latino Graecoque, lege generali ex toto aequatum est²¹⁾. Quam sanctionem generalem speciales secutae sunt.

Nam Innocentius papa IV. rescripto, anno 1248 ad Philippum Segnensem episcopum et anno 1252 ad Fructuosum Vegensem episcopum dato, ius privilegiale consuetudinarium, ex primaeva concessione Hadriani II. Ioannisque VIII. confirmatione manans, sollemniter recognovit ratumque fecit pro lingua tunc vulgari Glagolito-croatica²²⁾; eodem modo ac Clemens VI. implice iam citato rescripto anni 1346 fecerat.

14. Hae enim tres pontificiae confirmationes usum linguae glagolito-croaticae tunc vulgaris, sed XVII. saeculo obsoletae respiciunt. Diximus, statim post postremam pontificiam confirmationem, a sacerdotibus Latinis linguam Dalmaticam vulgarem „ikavensem“ in partibus cantatis missae Latinae sollemnisi, praecipue in Evangelio et Epistola introductam esse (supra § 8.), ita ut apud Glagolitas Croatas lingua Glagolito-croatica vigente, ab anno 1350 c. apud sacerdotes Latine celebrantes, lingua vulgaris Dalmatica ex parte invaluerit.

De hoc duplici usu linguae Slavicae in S. Romana Liturgia in SS. Concilio Tridentino, quum quaestio de usu linguae vulgaris in sacris tractaretur, actum est, episcopis Dalmaticis et Istriensis rem exponentibus, praeiente vero Jadrensi archiepiscopo Mutio Callino²³⁾. In specie Cardinalis Hosius Legatus Apostolicus et S. Concilii praeses votum de introducenda etiam apud Polonus in sacris lingua glagolito-croatica („Dalmatica lingua Hieronymiana“) potius quam Polonica vulgari de- prompsit²⁴⁾; archiepiscopus vero Jadrensis Mutius Callinus de usu linguae Dalmaticae vulgaris in missa Latina sollemni rettulit²⁵⁾. Quamobrem Sacrosancta Synodus, de his certior facta, non tantum usum

²¹⁾ Canon IX in Decretal. Gregorii IX., Lib. I. Tit. 31, cap. 14 receptus; F. h. L. G.-R. XIII s. N. 1, p. 5.

²²⁾ Cfr. F. h. L. G.-R. XIII s. N. 3, N. 5 p. 9; et sententiam canonista e N. Nilles s. I. „Innocenz IV. und die glagolitisch-slavische Liturgie“ Zeitschrift für kath. Theologie, Innsbruck 1899, XXIV Bd. 66 ss

²³⁾ Cfr. F. h. L. G.-R. XVI s. N. 111—113, p. 24 ss.

²⁴⁾ F. h. L. G.-R. XVI s. N. 110 p. 24.

²⁵⁾ L. c. XVI s. N. 112 et 113, p. 27.

earundem linguarum non reprobavit sed implicite approbavit, cum ratione stabili firmaque usum linguae vulgaris iam introductum in S. Liturgiam Canone VIII. Doctrinae de Sacrificio missae confirmaret: „retento ubique cuiusque ecclesiae antiquo, et a S. Romana Ecclesia probato ritu“²⁶⁾, et in specie usum linguae Dalmaticae vulgaris Evangelium et Epistolam decantandi intra missam Latinam sollemnem²⁷⁾.

15. Cui sollemni confirmationi Tridentinae accessit S. Pii V. decretum, qui libros liturgicos glagolito-croaticos et Dalmaticos vulgares a codificatione Iuris Latini Occidentalis reformati exemptos provinciae Iuris Liturgici Orientalium Ecclesiarum adscripsit²⁸⁾; quod etiam ex constitutione Benedicti papae XIV. „Ex pastorali munere“ anno 1754 data²⁹⁾, et ex usu sequentium saeculorum Curiae Romanae³⁰⁾, et ex sententia probatorum scriptorum patet³¹⁾.

16. Usus linguae vulgaris Dalmaticae in missa Latina sollemni confirmatione Tridentina anni 1562 „speciosum privilegium“ nationale factus, a S. Congregatione Inquisitionis sequenti anno 1563 in urbe Jadrensi, ubi interim sublatus fuerat, sollemniter restitutus, in universa Dalmatia et finitima Istria, nec non in ecclesia nationali S. Hieronymi Romae sine intermissione semper viguit.

17. Liturgista Pax Iordanus Traguriensis episcopus de usu Evangeliorum Croatici tam apud Dalmatas in genere, quam in sua dioecesi, anno 1643³²⁾ eodem modo atque eius in sede successor Ioannes Paulus Garzoni relatione ad S. Congregationem a. 1675 datâ referunt: hic vero explicite de Evangelio et Epistola vulgari lingua inter missarum maiorum sollemnia in universa dioecesi adhibita testatur³³⁾.

In dioecesi Jadrensi vero lingua vulgaris Dalmatica inde a Tridentina confirmatione in missa Latina sollemni pontificali et conven-

²⁶⁾ L. c. XVI s. N. 111, p. 26.

²⁷⁾ L. c. XVI s. N. 112, et N. 113, p. 27.

²⁸⁾ L. c. XVI s. N. 119 p. 29; N. 123, p. 30.

²⁹⁾ L. c. XVIII s. N. 80 p. 39 s.

³⁰⁾ Omnis materia, quae linguas Slavicas in S. Romana liturgia attinet, provinciae S. Congregationis Propagandae Fidei, quod forum ordinarium est Iuris Liturgici Orientalium Ecclesiarum, semper deputata est: F. h. L. G.-R. XVII s. N. 44–47, 49–58, 60, 61, 64, 65, 70, 72, 73, 83–85, 87, 88, 99–102, 109, 121, 130, 131, 154, 163, 182, 218, 223, 224, 237, 244; XVIII s. N. 63, 72, 78, 83, 119, 120, 127, 118 a a; XIX s. 16, 17, 71, 78–80, 91, 92, 107, 108. Recentissima aetate revocata est iuridica materia Liturgiae Glagolito-Romanae ad forum extraordinarium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium, l. c. XIX. N. 109, quod S. Rituum Congregatione mediante sua decreta publicat; semper tamen in provincia S. Congregationis Propagandae Fidei negotiis ordinariis permanentibus l. c. XIX s. N. 107, 108, 115.

³¹⁾ Cfr. Benedicti papae XIV. (Cardinal. Prospero Lambertini) Della S. Messa, ed. Venetiis 1749, Sez. I., C. VI., §. 2, p. 447.; Merati. Novae observationes ad B. Gavanti: Thesaurus sacrorum Rituum, Romae 1738, I. p. 25; Bouix, Tractatus de iure liturgico, Parisiis 1853, Pars I., Cap. I., p. 202.

³²⁾ Pacis Jordani Vincentini Elucubrationes diversae; de re Sacra, ed. Venetiis 1693 L. II., T. I., n. 335; cfr. F. h. L. G.-R., XVII s. N. 134 p. 38.

³³⁾ Cfr. F. h. L. G.-R. XVII s. N. 205 p. 57.

tuali in principalioribus quoque sollemnitatibus, praeceps in Epistola et Evangelio semper in usu fuit: quod patet ex iam citata actione archiepiscopi Mutii Callini in S. Tridentino Concilio a. 1562 et apud Curiam Romanam anno 1563, ex publico testimonio Ordinariatus Jadrensis annorum 1750, 1843, et ex fide anni 1877 archidiaconi Jadrensis C. F. Bianchi³⁴⁾.

Idem valet de dioecesi Sibenicensi, teste Synodo dioecesana anni 1611³⁵⁾; item de dioecesi Spalatensi, cuius duplex synodus dioecesana (1620, 1688) „privilegium“ illud celebrat: archiepiscopus Stephanus Cupilli 1711 anno in missa pontificali ab adversariis defendit³⁶⁾: ac de dioecesi Makarskensi nunc eidem unita, testante convisitatore episcopi Nicolai Bjanković anno 1710³⁷⁾.

Ragusiensis dioecesis peculiari modo de consuetudine usus linguae vulgaris in missa Latina cantata et sollempni, praeceps in Evangelio Epistolaque canenda gloriatur ad concessionem primam Ioannis papae VIII.. ad confirmationes Innocentii papae IV.. SS. Concilii Tridentini et Benedicti papae XIII. provocans. Synodus enim dioecesana anno 1763 celebrata Capite III. haec statuit: „Et cum a multis saeculis receptum sit, Ioannis VIII. P. M. decreto concessum, et ab Innocentio IV. confirmatum, ut apud Illyricos populos divina officia lingua eorum vulgar i celebrari possint, iubemus omnibus diebus Dominicis, et Festis de praecerto in omnibus Ecclesiis Parochialibus post lectionem Epistolae, et Evangelii Latinam, eadem lingua Illyrica, clara elataque voce a Parrocho perlegi: Quod Romae etiam in Urbe media, in Collegiata S. Hieronymi Illyricorum S. M. Benedictus XIII. de anno 1725 statuit faciendum. Ita enim fore speramus, ut et rudis populus ad Sacra mirifice alliciatur, nec maximis emolumentis ex divinorum Oraculorum auditione provenientibus, per nostram negligentiam fraudetur; et Pastores ipsi munitam habeant viam, et aptiorem occasionem, quae lecta fuerint ad plebis aedificationem explicandi“³⁸⁾. Idem tradit historiographus sacer Ragusinus Fr. Cerva anno 1724 ad Tridentinam confirmationem provocans³⁹⁾; item Daniel Farlati S. I. anno 1800⁴⁰⁾.

Eadem consuetudo linguae Dalmaticae vulgaris in missa sollempni et cantata Latina tam in paroeciis quam in cathedrali in universa dioecesi Pharensi vetustissima est, praeceps cantus Epistolae et Evangelii in prima missa sollempni Nativitatis Domini et in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum in cathedrali et in omnibus missis parochialibus.

³⁴⁾ Cfr. F. h. L. G.-R., XVI s. N. 112, 113, 115, p. 26 ss.; XVIII s. N. 70 a p. 72; XIX s. N. 52 p. 45; N. 82 p. 69.

³⁵⁾ L. c. XVII s. N. 23 p. 9.

³⁶⁾ L. c. XVII s. N. 225 p. 63; XVIII s. N. 17 b p. 73.

³⁷⁾ L. c. XVIII s. N. 17 a p. 73.

³⁸⁾ Acta authentica Synodi dioecesanae Ragusieensis anni 1763. MSS. Bibliothecae Conventus S. Francisci M. O. Ragusii N. 934, Cap. III., De verbi Dei praedicatione.

³⁹⁾ F. h. L. G.-R. XVIII s. N. 62 p. 30.

⁴⁰⁾ Illyrici Sacri T. VI. p. 29; F. h. L. G.-R. XVIII s. N. 125 p. 70.

Idem etiam in Istria de eadem consuetudine linguae vulgaris in missa Latina sollemni vel cantata dicendum est, sicuti ex actis Synodi Dioecesanae Aemoniensis anno 1780 celebratae et ex relatione Caroli Camutii Iustinopolitani episcopi ad S. Congregationem Concilii anno 1765 data, patet⁴¹⁾.

18. Quum inde a XV. saeculo usus canendi in missa Latina sollemni Evangelium et Epistolam lingua vulgari Dalmatica in ecclesia nationali S. Hieronymi Slavorum Romae invaluisset, S. Sixtus papa V., constituto anno 1589 apud eandem ecclesiam Capitulo Collegiato, privilegium nationale praefatum in missa conventuali ac sollemni Latina confirmavit; quod „speciosum privilegium“ anno 1725 a Benedicto papa XIII. peculiari statuto recognitum, semper in viridi observantia, a liturgista Merati et cardinali Dominico Bartolinio, S. Rituum Congregationis olim Praefecto, a Synodo dioecesana Ragusiensi anni 1763 necnon a Capitulo Collegiato eiusdem ecclesiae S. Hieronymi, iure merito celebratur⁴²⁾.

19. Peculiaris cura S. Sedis Romanae semper fuit Liturgiam Glagolito-Romanam atque usum linguae Dalmaticae vulgaris in Latina liturgia conservandi et augendi; quod revera praesenti tempestate albo lapillo notandum est, ut novatorum quorumdam Slavicorum contra studia Curiae Romanae consuetudinem Latinam Slavis dandi declamationes retundantur.

Quum enim Segnensis episcopus anno 1654 novationes quasdam Liturgiae Glagolito-Romanae iniquas et adversas introduceret, a S. Congregatione Propagandae Fidei severe reprehensus est⁴³⁾; idem episcopo Absorensi anno 1805 accidit⁴⁴⁾. Anno vero 1887 usus liturgiae Glagolito-Romanae in provincia Antibarensi, ubi olim iam exoleverat, a S. Sede benigne sollemniter restitutus est⁴⁵⁾; et rescripto pontificio anni 1900 ab adversariorum persecutione in tuto positus est⁴⁶⁾.

Missalis Glagolito-croatici duabus editionibus (1893 et 1905) Summi Pontifices Leo XIII feliciterque regnans Pius papa X, re ostenderunt, se Liturgiam Glagolito-Romanam stabilem apud Slavos Meridionales, ab adversariis internis externisque ex causis politicis acriter impugnatam, incolumem tuere velle.

Idem de specioso privilegio usus linguae Dalmaticae vulgaris in S. Liturgia Romana dicendum est. Praeter relatas iam confirmationes post SS. Concilium Tridentinum factas a S. Sixto V. et Benedicto XIII,

⁴¹⁾ F. h. L. G.-R. XVIII s. N. 88 p. 44; N. 107 p. 52.

⁴²⁾ Cfr. Jelić, L' istituto croato a Roma. Zara 1902, p. 30 s.; F. h. L. G.-R. XVIII s. N. 99 p. 48; Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei SS. Cirillo e Metodio, Roma Tip. Vaticana 1881, p. 160; F. h. L. G.-R. XIX s. N. 315, p. 142. De confirmationis statuto Benedicti XIII. cfr. acta Synodi dioecesanae Ragusiensis supra iam §. 17 relata; Merati, Novae observationes ad B. Gavanti: Thesaurus Sacrorum Rituum, Romae 1738, I. p. 25, cfr. F. h. L. G.-R. XVIII s. N. 52, p. 21.

⁴³⁾ F. h. L. G.-R. XVII s. N. 154, p. 42.

⁴⁴⁾ L. c. XIX s. N. 16, p. 27.

⁴⁵⁾ L. c. XIX s. N. 99, p. 84.

⁴⁶⁾ L. c. XIX s. N. 109 A p. 94.

alias duas adhuc commemorare libet. Confirmationes dico S. Congregationis Propagandae Fidei et Concilii episcopo Iustinopolitano anno 1765 c. de recognito usu Evangeliorum vulgaris „Schiavetto“⁴⁷); et S. Congregationis Officii anni 1744, qua decretum episcopi Polensis et Venetiae Inquisitionis de tollendo usu linguae Slavicae vulgaris in ritu funebri peragendo, abolitum est⁴⁸).

Speciosissimum pariter privilegium usus linguae vulgaris Dalmaticae in Rituale Romano sacerdotibus glagolitice pariter ac latine sacra patrantibus Motu Proprio ab Urbano papa VIII anno 1640 concessum⁴⁹), benignissimo pariter Motu Proprio Leonis papae XIII etiam ad linguam Serbo-croaticam litterariam huius temporis anno 1893 extensum est⁵⁰.

20. Quum Litteris Decretalibus die 5. Augusti 1898, de usu linguae Slavicae in S. Liturgia ad Ordinarios Slavorum Meridionalium datis⁵¹), S. Sedes canonem IX. S. Concilii Lateranensis IV. Tridentinamque confirmationem non abrogavisset, et ne unam quidem ex tot superius relatis concessionibus et recognitionibus Summorum Pontificum revocavisset, dicendum est nullum ius novum in materia usus linguarum Slavicarum in S. Liturgia Romana iisdem Litteris Decretalibus inductum esse; ius ergo antiquum, inde a XIII.⁰ saeculo plures sollemniter recognitum auctumque, necnon consuetudine tot saeculorum firmatum, non innovatum, hodie datum viget.

Dr. L. Jelić.

MISCELLANEA.

Κωνστ. Ι. Ἰνοβούνιώτης, Η ΜΕΣΗ ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΣ ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ. Athenis (typogr. Σ. Βλάστου) 1904, 116 pag.

Omnibus profectus doctrinae theologicae in ecclesia orientali cupidis gratissimum certe est, quod etiam Graeci theologi ad subtiliores quaestiones dogmaticas peculiaribus libris tractandas aggrediuntur. Hic scriptor, cuius libri censuram facere in animo est, bene meminit suum non esse totius rei fontem aperire, sed quaestionem movere (p. 20). In hoc proposito exsequendo certissime laude dignus est, quamquam res ab eo exposita ipsa ad magna desideria notanda nos provocavit. Sed age sententias eius ex ordine exponamus.

I⁰ capite (p. 21—27) scripturam sacram duo status animarum post mortem discernere docet: ante resurrectionem et post resurrectionem. Qui differunt *a)* in eo, quod ante resurrectionem anima privata est suo corpore: desiderium illud, ut supervestiantur (2 Cor 5, 4), quod iam hic fideles habent post mortem cessare non potest: ante resurrectionem mors non est plene superata (Apc 20, 14) *b)* in eo, quod perfecta beatitudo demum post resurrectionem conceditur; corona iustitiae s. Paulo redditur post resurrectionem, non statim post

⁴⁷⁾ F. h. L. G.-R. XVIII s. N. 88, p. 44.

⁴⁸⁾ L. c. XVIII s. N. 61, p. 28 s.

⁴⁹⁾ L. c. XVII s. N. 109 p. 22 et 82.

⁵⁰⁾ L. c. XIX s. N. 107 p. 90.

⁵¹⁾ L. c. XIX s. N. 109 p. 91 ss.

mortem (2 Tim 4, 8); ex 1 Thess 4, 17 discriben locum hoc beatitudinis manifestum est; nam ante resurrectionem animae non sunt sine intermissione apud Christum (*εἰς ἀπάντησιν, πάντοτε*); beatitudo earum minuitur etiam propter relationem ad homines in statu viae positos (Lc 16, 13 [sic; == 23?]); neque poenae damnatorum ante resurrectionem (*δόθυροι Lc 16, 24*) eaedem sunt ac postea; c) in eo, quod post resurrectionem erit novum caelum et nova terra.

Hinc sequitur post mortem statim fieri particulare quoddam iudicium (*μεροκή τις κοίσις*), quo relativa (*σχετική*) beatitudo vel miseria animae defuncti decernitur. In secundo vero Christi adventu iudicium ultimum, terminale (*ἡ τελικὴ κοίσις*) fiet, quod inutile esset, si prius aeternum (*τελική*), et praemium vel poena eo constituta plena esset (p. 24).

Quibus expositis occurritur iis, quae opponi solent: Hebr 9, 27; 12, 23; Phil 1, 23; 1 Cor 5, 10; Rom 6, 7. — Nec 2 Cor 5, 6—8 (cf. p. 66) adversarios iuvat, quia — aliis omissis — etiam in paradyso inferni (*τοῦ ᾿Αἰδου*), animae Christo coniunctae esse possunt, sicut iam in terra sunt. Difficultatem omnem inde oriri existimat, quod apostoli et primi christiani (cf. Atzberger, 98 ff.) Christum brevi redditum esse sperantes statum interiacentem negligebant.

Testimonia traditionis afferuntur ex Iustino (Dial. c. Tryph. p. 307), Irena eo (C. haer. 4), Tertulliano (De anima c. 55), Io. Chrysostomo (Hom. 28 in Hebr.) Lactantio, Ambrosio, quibus adduntur „*καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν πατέρων τῆς ἐκκλησίας*.

II^o capite (p. 27—35) agitur de doctrina V. T. de Šeol. Šeol in duas partes dividebatur: paradisum seu sinum Abrahae pro piis et gehennam pro malis. Boni beatitudinem futuram gustantes manent in paradyso usque ad resurrectionem — ad transitum in paradysum superiorem, in caelum; mali manent in gehenna in aeternum.

III^o capite (p. 35—50) descensus Christi in infernum tractatur. Paucis locis scripturae sacrae dogma hoc continetur: non demonstratur locis Mt 12, 40; Rom 10, 6; Eph 4, 8; sed tantum Io 20, 17; Act 2, 27; Lc 23, 43; 1 Pet 3, 19 (p. 38—44), 1 Pet 4, 6. Cum Christi descensus in infernum eo spectaret, ut ethnici evangelium praedicaretur, necesse est eos converti potuisse (p. 47). Etiam alios, quibus in hac vita praedicatum non est, evangelium audituros esse post mortem hinc tantum conici potest; idque iure conicitur; non enim est, cur solum semel praedicatum sit evangelium in inferno. E 1 Pet 4, 6 vero concluditur fore, ut ante iudicium universale omnibus evangelium innotescat, quibus id in hac terra non contigerit.

E Patribus Christi in infernum descensum testantur Polycarpus (1, 2), Ignatius (Magn. 9, 3), Hermas (Sim. 9, 16 cum: apostolis descendit), Melito Sard., Iustinus (Dial. 99). Hippolytus (De Antichr. 45: etiam Io. Bapt. eo descendit, praecursor), Clemens Alex. (Strom. 2, 9; 6, 6: cum discipulis baptizantibus). Cum alii iustorum causa Christum eo descendisse existiment (Iren., Haer. 4, 27; Tert., De anima 7, 55 etc.) alii universalitatem praedicationis et salutis statuunt (Athanas., Greg. Naz. [Hom. 42, 59], Euseb.), alii universalitatem

praedicationis concedunt, salutis negant, eos solos, qui praedicanti crediderint, salvari dicentes (Iustinus, Clem. Alex. et generatim Alexandrini).

IV^o capite (p. 51—62) ratione. quibus animas defunctorum non omnino incorporeas esse defendi solet, refelluntur.

V^o capite de loco animarum exponitur. E Mt 11, 23 aliisque locis et a priori infernum (Sheol) esse proprium locum (non solum statum) eumque infra, sub terra, non tamen omnem, quippe cum etiam per aërem usque ad caelum extendatur (Eph 2, 2: 6, 12). Illud caelum, in quod animae iustorum post mortem veniunt (2 Tim 4, 18; Hebr 12, 23 Apc 21, 2), ad infernum pertinet, quod probatur e 1 Cor 15, 55: Phil 2, 10: Apc 5, 13 Duæ inferni partes singulari quodam et ignotae naturae abyssso distincentur tertiae non est locus (p. 71). Eadem traditione confirmantur. Velut Iustinus (Dial. 5, 223) animas piorum meliore loco, impiorum deteriore tempus iudicii exspectare dicit. Hippolytus (Prov. 30, 18) animas iustorum sub terra versari testatur (quidquid alibi statuere videtur Ant. 30, 31, 59 al.). Item secundum Tertullianum animae omnium iustorum sub terra sunt (De an. 56; De idol. 13: De resurr. c. 17), solae martyrum animae in paradyso recipiuntur, qui tamen aequi in inferno est (Scorp. 12), etsi alibi aliter loquatur (De resurr. 26. De mon. 5). Augustinus (Civ. D. 20, 15) iustos non in caelo sed in inferno ponit, unde tamen (21, 13) in caelum veniant. Item secundum Irenaeum utrorumque, bonorum et malorum, locus est sub terra.

P. 75 perquam breviter adnotatur memoratu dignum esse omnia testimonia conspirare locum, in quem martyrum animae statim post mortem perveniant, esse caelum.

VI^o capite (p. 76—77) animas post mortem vivere in tempore probatur: alioquin enim ea, quae in terris geruntur, cognoscere non possent: cf. Apc. 6, 10. Verum post iudicium universale cessabit omnis rerum motus (*παῖει πᾶσα ἀνάπτυξις καὶ πᾶσα κίνησις, διότι ὅλα εἴνε πλέον τελείως ἀνεπτυγμένα, τό τε καλὸν καὶ κακόν*: cf. illud s. Thomae Aqu.: in ultima consummatione cessabit corporum motus: I., q. 63, a. 6; F. Maxim. C., Amb. f. 255 b [C. G.]).

VII^o capite (p. 77—81) animas non esse in statu defectionis demonstratur.

VIII^o capite (p. 81—87) animas mortuorum gandia vivorum gaudere vivorum dolere angoribus (in Christo enim coniuncti sunt incolae terrae cum caelitibus: Apc. 6, 10) atque inter se adiuicare docemur.

IX^o capite (p. 87—98) felicitas et miseria animarum post mortem tractatur. Aliquam beatitudinem animae piae statim obtinent (Apc. 14, 13); a pari malae aliquam miseriam; nentri plenam (Lc. 16, 25). Beatitudo illa magis (non tamen unice) in internis spiritualibus statibus (*ἐσωτερούσαι πνευματικὰ καταστάσεις*) consistit; mali poenam damni patiuntur: fieri enim nequit, ut desideria eorum (terrena) implentur. Ignis, de quo N. T. loquitur tropice explicandus est (p. 90), quod maxime ex Mt. 13, 42 et ex insociabilitate ignis et tenebrarum probatur. Quamvis gravis sit conscientiae ericiatus, omnis malorum poena hoc contineri non potest, quia — praeter alia — peccati dolor

non est sine peccati odio et poenitentiae possibilitate, quae in scriptura s. negatur.

Sintne iam ante iudicium universale varii beatitudinis et miseriae gradus, scriptura non docet. Status animae morumque condicio post mortem alia esse non potest atque antea. Unde efficitur ut iam ante iudicium sint varii beatitudinis ac miseriae gradus. Plurimi in sanctitate imperfecta decedunt, imprimis ii, qui sero facti sunt christiani; ipsi baptismio regenerati sanctitate perfecta carentes in infernum descendunt; sanctitas autem et beatitudo inter se colligatae sunt.

IX⁰ capite (p. 98—114) de „evolutione“ animarum post mortem (ante iudicium) agitur. Pars perficitur in sanctitate — nam ad animas corpore solutas diabolus, mundus, caro non pertinent, pars in malitia. Nec enim mali in his terris adeo depravati esse solent, ut eis statim poena aeterna constitui possit; iustitiae et caritati divinae repugnat, ut aeternum praemium vel poena paucorum annorum homini constituatur (114). Sicut perfecta beatitudo non est sine perfecta sanctificatione ita nec perfecta condemnatio sine perfecta malitia (100). E Patribus allegantur Irenaeus, Origenes, Hermas. (Hinc inferre solent theologi orientales, velut Homjakov, Polnoe sobr. sočin.³ II., 123 (M. 1886) etiam pro beatis [martyribus quoque] preces fieri posse).

Tamen nec boni in illo statu in malos nec mali in bonos converti possunt (p. 103).

Hic demum quaestio de purgatorio tractatur. Catholicorum responsa et propria argumenta (cf. Slav. litt. theol. II., 158—160) ignorantur. D. nec verum miratur nec iuste miratur papam non concedere indulgentias nisi „ἐπὶ χρηματικῇ ἀμοιβῇ“ i. e. nisi eleemosynam largientibus.

Denique inquiritur de sorte „non vocatorum“ post mortem et infantium sine baptismo decedentium (p. 107—114). Consideratis variis scripturae s. locis (Mt. 11, 20; Lc. 12, 47; 2 Pet. 2, 20; 1 Tim. 2, 4 etc.; non innititur Mt. 12, 31) concluditur ethnicos nec pro honestate operum suorum nec omnes promiscue condemnatum iri sed fore, ut in statu illo ante iudicium universale vocentur, cui vocationi ita responsuri sint, sicut pro condicione morum in his terris respondissent. Simile etiam de mente captis statuitur. Infantibus baptizatis negat satis esse sacramentum receptum; propria voluntate ab eis bona percepta custodienda esse. Quod discrimen inter infantes baptizatos et non baptizatos in illa vita a D teneatur, non liquet.

His expositis sententiis non possum quin reprehendam, quod vir ingenii satis acuti neglectis reconditionibus scientiae fontibus nec satis erudite ea, quae aggressus erat, tractavit nec omnia, quae ad hoc argumentum spectabant, comprehendit. Unam quaestionem, quae sine dubio ab eo tractanda erat, cum expositis omnino coniunctam eisque antiquorem, hic ante oculos ponere liceat.

D. multum inquirit sitne beatitudo post mortem statim perfecta an imperfecta; sed in caput rei, sitne sita in sola spe (*οἱ μὲν τῇ ἐλπίδι χάροντες, οἱ δὲ τῷ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳς λυπούμενοι οὐ γὰρ ἔλαβον οἱ ὄγιοι τῇ ἐπαγγελίᾳ τῷν ἀγαθῷν ἔτι* etc. Synaxar. ap. Nilles,

Kalendarium² 1897, II., 32) an in ipsa visione Dei, non inquirit. Certum enim est homines iustos (i. e. a peccato gravi liberos) defunatos admitti ad visionem Dei idque, si nihil eis luendum est (etsi quis non habet peccatum, tamen, quia habuit, potest debere poenam), statim¹.

Beatitudinem iustis promissam visione Dei (quae est cognitio Dei diversa a nostra sicut visio sensitiva ab abstracta rei cognitione) conferri una vox est Patrum, manifesto illud „tunc“ 1 Cor. 13, 12 (tunc autem facie ad faciem) vel illud „cum apparuerit“ 1 Io. 2 de vita aeterna interpretantium. En Irenaei (l. 4, c. 20, n. 5) verba: „aeterna vita unicuique evenit ex eo, quod videat Deum.“ Item 1o. Chrysostomi (Ad Theodor. laps. n. 10): „Quodsi Petrus obsecuram quandam videns futurorum imaginem omnia statim reiecit ab animo ob inditam ex tali visione voluptatem, quid dicetur, quando ipsa rerum veritas aderit, quando apertis aedibus regiis intueri licebit regem ipsum non amplius in aenigmate neque per speculum, sed facie ad faciem, non amplius per fidem, sed per speciem.“ Cf. Theophilus Ant., Ad Antol. l. 1, n. 7; Recognit. Clementin. l. 3, c. 27, 29, 30. Clem. Alex., Strom. 5, p. 548: Origenes, In Io. t. 1, n. 16; Cyprianus, Ep. 56: Novatian., Trin. c. 18, al. 26; Basilius, De Spir. s. c. 16, n. 38; Gregorius Naz., Or. 28 (al. 34), n. 4. 17; or. 32 (al. 26) n. 15; Gregorius Nyss., Or. de Meletio t. II., p. 1025 s.: Cyrillus Alex., In Io. l. 10; Hilarius, In Ps. 118 l. 8, n. 7. 8. Augustinus, Tr. 21 in Io.: Ep. 147, n. 24 ss.: Ep. 148, n. 7: De civ. D. l. 11, c. 29: Fulgentius, Ep. 14 ad Ferrand. 3, n. 33; Gregor. M. Moral. l. 18, n. 90—3. Cf. Franzelin, De Deo uno³ th. 15 p. 188—190 (1883).

Hanc visionem beatificam tribui iustis statim post mortem probatur e 2 Cor. 5, 6—8 cuius loci interpretationem nescio quomodo cum inspiratione et traditione componendam a 1o. propositam iam novimus. Dicit enim Paulus: Dum sumus in corpore, peregrinamur (*ἐνδημοῦμεν*) a Domino; et hanc peregrinationem a Domino dicit ideo (vel eatenus) nos pati, quia non per speciem (*διὰ εἰδούς*) ambulamus, sed per fidem. Porro huic peregrinationi opponit peregrinationem a corpore, quacum coniunctum sit „praesentem esse (*ἐνδημῆσαι*) ad Dominum,“ utique per speciem. Et hanc subsequi mortem saltem mox concedi; quodsi mox, in iusto non est ratio, cur non statim manifestum est inde, quod voluntatem peregrinandi a corpore et perveniendi ad Dominum dicit bonam esse; quae bona non esset, si fatua esset. Cf. etiam Metaphanes Critopulus, Confess. cp. 20 (ap. Kimmel p. 194). Si igitur cum praesentia ad Dominum et ambulatione per speciem (distincta ab

¹⁾ Cf. Io. Plusiadenus (— Ios. Methoneus), Apologia syn. flor. c. 4 Migne P. G. 159. 1283 ss.); R. Bellarminus, De sanctor. beatitudine l. 1.; Alph. a Castro, Adv. omnes haeres. l. 3; Petavius, De Deo l. 7, c. 13. 14; Tournely, De Deo q. 14; Thomas a Iesu, De unione c. 1, a. 6 (Migne Th. c. c. V. [1841], c. 441—50); Lud. A. Muratori, De paradiso². Venetiis 1755: Th. Mamachi, De animab. iustor. in sinu Abrahae 1766; Stentrup, Soteriol. th. 145; A. Franki, Dvje poslanice. Zadar 1881, str. 100—115 etc.

ambulatione per fidem) coniuncta est visio beatifica, demonstratum est visionem Dei tribui iustis statim post mortem. De hoc vero dubitari imprimis vel ipsa ratio videtur vetare. Nam cognitio per speciem in oppositione ad fidem esset alioquin aut cognitio per immediatam evidentiam, aut per ratiocinium aut esset quidem visio, sed tantum accidentium, ex quibus mediate tantum cognosceretur essentia. Immediata evidentia, si non est de sola exsistentia Dei, sed etiam essentiam eius comprehendit, nihil aliud est quam visio; ratiocinatio non opponitur fidei nisi quod illa certitudinem necessariam ferre potest, qua haec forte semper carebit; sed Paulum non cogitare solum discrimen inter certitudinem necessariam et liberam, manifestissimum est. Quodsi agatur de visione tantum partiali, haec aut refertur ad Christum hominem aut ad Dei gloriam; sed cognitione intuitiva Dei gloriae non sumus praesentes ad Dominum; nec de visione materiali Christi hominis transfigurati agitur; nam subiectum cognitionis est anima soluta a corpore, quae non continetur accidentibus huius mundi, quippe quorum cognitio non esset ad usum accommodata, ad quem in hoc mundo necessaria est. — Deinde conferatur hic locus cum 1 Cor 13, 13 (*πίστις*) et cum interpretatione huius loci apud Patres recepta. — Denique etiam huius loci interpretatio consideretur a s. Io. Chrysostomo (supra) etc. proposita.

Idem ex altero revelationis fonte probatur.

Consentiantur enim traditionis testimonia I⁰ falsum esse animas iustorum post mortem non fore mox beatas (vel habere sortem defunctorum in V. T. iustorum²⁾ vel expectare demum promissae mercedis exsecutionem et gaudere tantum spe non ipsa possessione. Hoc paene omnes Patres expresse docuerunt, velut Clemens Rom., Ep. 1. ad Cor. c. 6 (*γέρας γενναῖον*); cf. c. 5. 45; Polycarpus, Ep. ad Philipp. c. 9 (*παρὰ τῷ κυρίῳ*; loco debito); Dionysius Alex. ap. Euseb. l. 7, c. 22; Clemens Alex., Strom. l. 7 (praemium et honores); Eusebius, Vita Const. l. 1, c. 2; Lucifer, Moriendum pro Filio Dei; Cyprianus, De mortalitate (in fine: remunerati); Ambrosius, De bono mortis c. 3. 10. 11—12 (reppromissam hereditatem; remuneracionis gloriam); De fide resurr. l. 2, n. 94; Ep. 15, n. 4 etc.; Constit. apost., l. 5, c. 8; Afrem, Serm. ad monachos, qui requieverunt et alibi (ap. Bickell, Carmina Nisibena, Prolegom. c. 6, p. 24—28); Basilios, Or. in 40 martyres; Gregor. Naz. Or. 10 (*σωμαγάλλειον μυσθόν*); Or. 3 (*δόξης οὐληορομήσαντα*); Or. 18 (*τὴν τῆς ἁγίας Τοιάδος ἔλλαμψιν, ἵσ σὺ νῦν παραστάτης*); Antoninus, Ad Arearium exul. (resurrectio: ut ipsa caro videat, quod tua anima cum exierit, mox videbit); Io. Chrysostomus, Hom. ad baptizandos; Or. panegyr.

²⁾ De hoc nominatim cf.: Io. Chrysost., Hom. de sanctis Berenice, Prosope et Domnina; Rabulas, Hymnen für die verstorbenen Gläubigen (Bickell, Ausgewählte Schriften der syr. Kirchenväter S. 267 f.); Ignatius, Ad Trall. 2; Clem. Alex., Strom. 6; Origin., Hom. 15 in Gen.; Cyrillus Alex., Ad reginas; Athanas., Or. de incarn. Christi: Ep. ad Lucif.; Cyrillus Hieros. Catech. 4; Augustin., Ep. 49; Gennadius, De eccl. dogm. c. 78. 79; Irene. l. 5, c. 31 etc.

de s. Philog. etc. (cf. Muratori, De parad. c. 15—16); Epiphanius, Haer. 59 seu 79; Hieronymus, Ep. 27 (Epit. Paulae) c. 16; Ep. 24 (ad Mareel. de ex. Leae); [Augustinus], Serm. de consolatione mortuorum; [Leo M.], Serm. 96 in cathedra s. Petri; Petrus Chrysol. Serm. 66 (praenia: dulcia: gloria); Serm. 119; Gregorius M., Mor. l. 4. c. 27; l. 35, c. 9; Fulgentius, De fide c. 3; Ep. 2 ad Gallam; Synesius, Hymn. 1; Prudentius, Hymn. V. de s. Vinc.; Honoratus, Vita Hilarii Arel. (cum Christo gloria frueris); Basilius Seleuc. De s. Steph.; Isidor. Pelus., Ep. l. 1, 376; l. 2, 179; l. 4, 121; l. 5, 396. — E Graecis posterioribus commemoramus hos: Daniel mon., Vita s. Io. Climaci; Andreas Cret., De s. Tito (fin.); De s. Nicolao; Io. Damasc., Or. de s. Barbara; Theodorus Stud., Serm. 42; Ignat. Diae., Vita Nicephori patr. Cp. (angelis comparantur); Germanus in epist. lecta a. 787 in Conc. VII. act. 4. Post schisma: Simeon Metaphr., Vita s. Ioannici; Passio ss. Acyndini, Aphth....; Nicephorus Gregoras, Vita s. Codrati; Manuel Palaeologus, Or. de Theodoro Despota etc. Adde testimonia liturgica velut Hymn. de s. Tito Thaumat. (2. Apr.) etc. ap. Comnenum Papadopolim, Praenot. mystagog. (fin.) Io. Plusiadenum l. c.

Illi Patres, qui pro contraria sententia afferuntur, si reapse contrarium usquam senserunt, certissime secum ipsi dissenserunt multo pluribus locis. Cf. Augustin., Conf. l. 9, c. 3; Tract. 26 in Io. n. 16 (cf. Petavius l. c. 13, n. 6; Muratori l. c. c. 17); Theodoret., Graec. affect. l. 8; Bernardus, Serm. 2. in nat. s. Victoris confessoris etc. (cf. Mabillon, Praef. ad eius serm. n. 20—23: adnot. ad Serm. 2. in festo oo. ss., n. 4); Ioannes XXII. in bullis canonic. s. Ludov. Tolosani (a. 1317), s. Thomae Herford. (1320), s. Thomae Aquin. (1323).

Martyres hac spe ad mortem properasse notum est. Cf. Ignat., Ep. ad Magnes: ad Trallian. (*Θεοῦ ἐπιύχω*): Ep. eccl. Smyrn. de mart. b. Polycarpi c. 17 (*βραβεῖον ἀνατίθητον ἀγαλλόμενος*): c. 8. 12; Acta s. Symphorosae; s. Epipodii et Alexandi; ss. Fructuosi, Angurii et Eulogii; s. Pothini ep. (ap. Euseb. l. 5, c. 1 s.): s. Sadoth etc.; Auctor Vitae s. Syncleticae; Io. Chrysost., De s. Ignatio M.; Gaudentius, tract. 17. Cf. de hoc argumento Constantius, Praef. gener. ad op. Hilarii Piet. § 6, s. 3, n. 219. Hurter, Ss. Patrum opusc. selecta, t. 13 (Oenip. 1870), Praef. p. 39—43.

II^o Neque desunt positiva Patrum testimonia iustos frui visione beatifica iam post iudicium particulare. Velut Gregorius Nyss., Or. funebr. in Pulcheriam (*ώς καλὸς ἐκεῖνος ὁ ὄφθαλμὸς ὁ τὸν Θεὸν βλέπων*): Gregorius Naz., Or. 20 de s. Basilio; (*καὶ συνεποπτεύοντες τὴν ἀγίαν καὶ μαραρίαν Τοιάδα*): Or. 11 (in calce); Clemens Alex. Strom. l. 5 (p. 546): Cyprianus, De exhort. mart. (aperi eos, ut Deus videatur et Christus); Ambrosius, De bono mortis c. 11; Io. Chrysost., Or. panegyr. de s. Philogonio (*οἱ παρόντες δρῶσιν*); Hom. 1. in Phil. (*οὐ γροζίζεις τί αἰρήσῃ*); Hom. 3. in Phil. (*πρὸς πρόσωπον*); Augustinus, Serm. 303 de s. Laurentio; Enarr. in Ps. 119 (per faciem Dei illic cernunt): Paulinus Nolan., Natal. VI.;

Eustratius, Or. de s. Eutychio (fin.) et pecul. tract. („inspicunt sanctam et beatam Trinitatem“). E posterioribus allegari possunt Nicetas Paphlago; Ioannes Diacon. (Vita s. Ios. Hymnogr. vers. fin.); Michael Psellus (Resp. ad Michaelem Ducam); Nilus mon. (Vita s. Philaretii); Gregorius Cypricus (Or. de s. Georgio M. v. fin.); Nicolaus Cabasilas (Or. de s. Theodora fin.) etc. E liturgia solum pulcherrimum illud ex ode 9. canonis Ioannis Theologi afferamus: Νῦν οὐκ ἐν αἰνίγματι, πρὸς πρόσωπον δὲ πρόσωπον, τῆς τοντῆς τὸν χειμάρρον δοῶν ἡξίωσαι, καὶ τὸν ποταμὸν τῆς εἰρήνης, καὶ τὴν πηγὴν τῆς ἀθανασίας, ἵς νῦν ἀρδενόμενος ἀπολαύεις τῆς θεώσεως. Cf. quae (29. Iun.) de Paulo dicuntur (Νῦν οὐκ ἐν αἰνίγμασιν οὐδὲ ἐν ἐσόπισι...) et similia de Antonio, Cyrillo, aliis ap. Io. Plusiaden. l. c.

Quae cum ita sint appareat nos scriptori iniuriam non intulisse iudicio quod supra de eius libro fecimus. *A. Špaldák.*

Revue Augustinienne 1906. N. 52—3. — L. Baurain, Notes de théologie russe. Pag. 78—89. Exponitur theologos Russorum notam catholicitatis intelligere de conciliari fundamento (»ecclesia septem conciliorum«) et de conciliari regimine ecclesiae, vocem καθολικός voce sobornyyj redditentes. Ad eorum opinionem sobornost' est unionis dogmaticae omnium membrorum expressio; concilia non sunt oecumenica nec infallibilia nisi propter id, quod ab universitate christiana, a corpore fidelium professione unius fidei coniunctorum reiecta non sunt. Unde sobornost' norma infallibilitatis ecclesiae, nota praincipia ecclesiae verae habenda est (Cerkovnyj Golos). Multi ecclesiam democratice, quodammodo instituto, temperari volunt. Factio vetustati propitia intelligere incipit illam verbi vim non esse extollendam. — Deinde p. 85—89 historia sententiae de vi epicleseos in theologia Russorum tractatur. Sil'vestr Medvědev († 1691) usum adorandi species eucharisticas statim post verba Domini prolata testatur. Ut hic usus a Polonorum Latino-rumque auctoritate repetatur (cum Ioachimo patr. Mosc.) fieri vix potest. In Raskol tunc idem defendebatur. Theodorus diaconus diserte dicit (ap. P. S. Smirnov, Vnutrennye voprosy v Raskolē v XVII. věkě p. 232) mutari dona oblata verbis, quae Christus in arcana illa coena pronuntiavit. Quodsi alii palaodoxiae defensores cum hoc non consenserunt, transsubstantiationem non post verba illa, sed antea, inter proscomidiam fieri putabant; certe igitur non per epiclesin. —

L'Assomption (p. 110—112). Immaculatam Deiparae conceptionem agnoscitur esse condicioneum assumptionis B. M. V. in caelum; negatur tamen hanc ex illa necessario sequi. Sed — si modo vera assumptionis privilegii notio tencatur — cur tot patres mirati sunt Deiparam mortuam esse, cum peccati, propter quod apostolus homines mori dicit, expers fuerit, i. e. non peccaverit? Cf. Zeitschrift f. kath. Theologie 1904, p. 774—5.

L'Immaculée Conception et les Grecs modernes 113—5. Neglecto sententiae, quae ap. Isidor. Thessalon., In dormit. Dp. n. 33 (M. 139, 161, B) legitur, parente primus Deiparam a peccato liberam fuisse negasse dicitur Metrophanes Critopoulos; quem secuti sunt Seb. Kymenites, Diamantes Rhysios, Ephraemus II. patr. Hierosol., Eugenius Bulgaris, Theophilus Papaphilos, Athanasius Parius.

Zeitschrift für katholische Theologie 1906. P. 376—8. N. Glubokovskii liber de evang. s. Pauli indicatur ab A. Špaldák. — J. Kern in commentary, quae inscribitur »Zur Kontroverse der katholischen und der griechisch-orthodoxen Theologen über das Subjekt der hl. Ölung« praeclare et magna eruditio de controversia inter theologos catholicos et graeco-orthodoxos agit, in qua subiectum sacramenti unctionis infirmorum versatur. — P. 597—624.

1. Iam Simeon, Thessalonicensis archiepiscopus Latinis exparvavit (Migne P. G. t. 155, 520), quod solis morientibus hoc sacramentum concedant. Idem obiecit Metrophanes Critopulus (Kimmel, 155 s.), ob idem graviter eos accusant theologi Russorum: Ignatius (Semenov), *O tainstvalj edinoj, svjatoj, sobornoj i apostolskoj cerkvi*.² Spb. 1863, p. 275 ss.; M. Arhangelskij, *Izslědovanie ob istoričeskem razvitii činosoveršenija Eleosvjaščenija*, Spb. 1895, p. 79 ss.; Macarius, *Pravoslavno-dogmatičeskoe bogoslovie*.⁵ Spb. 1895, II. p. 470 ss.; A. Běljaev in *Encyclopaedia theologica* V. 397 ss.; idem et Graeci huius temporis eis criminis vertunt: Mesoloras, *'Εγχειρίδιον λειτουργικῆς τῆς ὁρθοδόξου ἀνατολικῆς ἐκκλησίας*. 'Αθήν. 1895, p. 219; Andrusos, *Δοκιμιον συμβολικῆς*. 'Αθήν. 1901, p. 336; K Ralli, *Περὶ τῶν μυστηρίων τῆς μετανοίας καὶ τοῦ εὐχελαίου*. 'Αθήν. 1905, p. 123.

Quod ad haec attinet, discriminem faciendum est inter consuetudinem a saeculo XII. coeptam solis infirmis graviter decubentibus iisque iam ante mortem constitutis vel fere desperatis conferendae s. unctionis infirmorum et doctrinam ipsam authenticis documentis contentam. Mos ille, avaritia nonnullorum sacerdotum (cf. Harduin, t. 7, 107. 1081. 1237. 1979; Preger, Beiträge 64 ff.; Göbel, *Die Missionspredigten* 333), fictis atque vanis opinionibus fidelium (Harduin t. 7, 107. 337. 1081. 1979; t. 10, 1946), theologorum quorundam sententiis (Bonaventura, In l. 4, d. 23, a. 1, q. 1, ad 1; D. Scotus, In l. 4, d. 23, q. unica), non a Spiritu s. introductus, improbandus est. Gewiss, inquit auctor. p. 617, sind die orientalischen Theologen im Rechte, wenn sie die seit dem 12. Jhd. innerhalb der katholischen Kirche stark verbreitete Sitte tadeln, derzufolge man die Krankenölung erst verlangt und erteilt, wenn die Hoffnung auf Genesung aufgegeben ist und der Tod nahe bevorsteht. Effectus enim praecipuus huius sacramenti, ea confirmatio animi, qua aptus fiat, qui »volle Verzeihung jeglicher Schuld und gänzliche Nachlassung aller zeitlichen Strafen erlange, und so, falls der Herr ihn ruft, bereit sei, ohne Durchgang durch das Reinigungsfeier sofort der ewigen Seligkeit teilhaftig zu werden« tum vanus evadit. Neque antiquis temporibus hic abusus fuit, quod optime probatur e Caesario Arel. (Migne, P. L. 67, 1075), Cyrillo Alex. (P. Gr. 68, 470 s.), Io. Mandacuni (J. Schmid, H. Reden des J. M. 220 ff.), Isaac Antioch (Bickell, S. I. A. opera p. 187 s.), Procopio Gaz. (Migne, P. G. 87, 764); Innocentio I., Ep. a d Decent.

Verum doctrina catholica de unctione infirmorum non in abusu, decretis pontificiis impugnata, sed in decretis dogmaticis concilii Tridentini, in catechismo Romano, ex decreto eiusdem concilii edito, in rituali Romano quaerenda est. Concilium Tridentinum de subiecto s. unctionis infirmorum agens certe docet: esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constituti videantur (*Doctrina de sacr. extr. unct. c. 3.*). Itaque generatim infirmis s. unctionem administrandam esse docet s. synodus; utique si quis ex quacumque causa in extremo periculo mortis nondum hoc sacro ritu munitus versatur, ei imprimis conferendam esse, ut saltem salvetur, etsi effectus ille praclarus, tota sanitas supernaturalis animae, vix iam obtineri possit. — Etiam nomen »extremae« unctionis, etsi ab abusu impositum (Chardon, *Histoire des sacrem.*, ch. 1), tamen verum sensum admittit. Ceterum idem abusus etiam in Russia invenitur (cf. Arhangelskij op. c. p. 261 s.; A. Dmitrievskij, *Nedostatki sovremennoho cerkovno-religioznago vospitanija*. Kiev 1901, p. 17.)

2. Ex alia parte nonnulli theologi catholici reprehenderunt Orientales, quod etiam sanos ungant. Cf. P. Arcadius, *De concordia l. V, c. 4;* Th. Raynaud, *Heteroclitia spiritualia* t. XVI, p. 164; Benedictus XIV, l. 8, c. 5.

Verum est a Graecis in ecclesia Constantinopolitana et alibi etiam in sanis ritum unctionis infirmorum adliberi idque fieri posse

et sacramentum esse doceri. Cf. Stephanus (ep. Mogilev.), Tainstva i obrjady pravoslavnoj cerkvi. Harkov 1904; G. Jacquemier in Echos d' Orient 1899; F. di Mento in Bessarione 1899—1900 (p. 538 s.). — Mesoloras o. c. 218 ss.; Ralli o. c. 115.

Sed omnino alias est usus et doctrina Russorum; cf. Ignatius l. c.; Macarius l. c.; Arhangelskij o. c. p. 81.; A. Maltzew, Die Sakramente 451; quibuscum Serbi conveniunt; cf. N. Milaš, Kirchenrecht d. morgenländ. Kirche² 1905, 684. Et revera unctionem sanorum, quae apud Graecos fit sacrilegam esse certum est, nec rima, quam nonnulli repperisse se putant tristitia pro morbo posita, teneri potest; quod ostenditur cum ex tota antiquitate schisma illud deplorandum praecedente, tum ex contextu loci s. Iacobi (5, 13). Qui error a confuso s unctionis ritu ceremoniis quibusdam sacramentalibus repetitur (cf. Goar, Eucholog. p. 349 ss.).

Quod attinet effectum principalem s. unctionis infirmorum, qui est sanitas omnimoda supernaturalis, obtinenda cooperando gratiis actualibus uberrime et extra ordinem commune in collatis, licet pro theologis catholicis res sit maximi momenti, tamen quia intime cum doctrina de purgatorio multum inter orientales et occidentales controversi connectitur, modo loqui de eo non videbatur esse opportunum.

Velehradie 8. Oct. 1906.

Ot. Židek

Aliorum iudicia de nostro periodico.

Slovenec 1906. Štev. 38. (Febr. 16.) — Do sedaj še ni bilo poskusa kako večje književno medslovansko podjetje ustanoviti na cerkveni in bogoslovsko znanstveni podlagi. Ta ideja se je šele pred dvema ali tremi leti porodila v mladih glavah in naenkrat zbudila mnogo zanimalja v odličnih znanstvenih in cerkvenih krogih; ideja se je širila pod imenom »ideje Cirilo-Metodijske«, svoje središče je imela na bogoslovske akademiske sestanki v Velehradu. »Ideja C. M.« hoče organizirati katoliške Slovane na cerkvenem in bogoslovsko-znanstvenem polju in njih pozornost obrniti na slovansko-grški vzhod; zraven pa hoče posredovati med slovanskim vzhodom in zapadom med Slovani in ne-Slovani — vse to pred vsem na bogoslovsko-znanstvenem in cerkvenem polju, vsaka politika je strogo izključena. Na ta način hoče zapad seznaniti z vzhodom in narobe, vsem Slovanom pa s tem priboriti njih številu in zmožnostim primerno stališče na bogoslovsko-znanstvenem in cerkvenem polju. Na tej podlagi je zasnovan novi časopis.

Kar nepričakovano je l. 1905 meseca marca izšla 1. št. vseslovenskega bogoslovskega časopisa pod naslovom »Slavorum litterae theologicae. — Conspectus periodicus«.

Po treznejem preudarku je bil izbran za časopis latinski jezik, ki se je res že izkazal kot najprimernejši. Plašno je nastopila 1. št. svojo pot med širni slovanski in ostali svet . . Optimisti so se bali za drobni listič, pesimisti so ga pa takoj obsodili na smrt. A izredni blagoslov božji je spremljjal novi časopis in z vsako št. mu je rastel pogum. Ob koncu prvega letnika so bili tudi največji optimisti presečeni nad izrednim uspehom . .

Časopis je takoj iskal stika z ruski in bogoslovske krog i; hitro je našel navdušenega prijatelja v osebi bogoslovskega učenjaka N. N. Glubokovskega, prvega ruskega biblicista in urednika ruske »Bogoslovsko-Enciklopedije« in zato najvplivnejšega ruskega bogoslovskega pisatelja. Kar naenkrat je pa vrhutega zasijala še zlata svoboda v Rusiji, in časopis in njega ideje imajo zdaj že popolnoma svobodno pot v Rusijo; ustanoviteljem se še sanjalo ni, da bodo to že v enem letu dosegli. Da se je časopis usta-

novil ravno v tako ugodnem trenutku, to gotovo spada med slučaje, ki niso slučaji.

Tudi pri nas se večkrat govorí o teh stvareh in ljudstvo v izobraževalnih društvih in drugod rado posluša taka predavanja. V omenjenem časopisu najde vsak dosti gradiva in informacij; a kar je glavno, to gradivo nima samo časnikarske in informacijske vrednosti, ampak tudi popolno znanstveno vrednost, ker je vse vzeto iz prvih virov, povsod so citirani dotedni časopisi, knjige in strani, tako da se na podatke tega časopisa lahko vsak popolnoma zanesljivo opira, zraven pa tudi vidi, kje ima iskati podrobnejšili podatkov ako jih želi.


Dr. Fr. Grivec.

Theologisch-praktische Quartalschrift. Linz, 1906, II. Heft, S. 404.

»Slavorum litterae theologicae . . . Die orientalische Kirche mit der römischen zu vereinigen, war seit der Entstehung des Schisma die Sehnsucht aller Katholiken. Ganz besonders hegte diesen Wunsch der gottselige Papst Leo XIII., dessen Bestrebungen, die schismatischen Slaven in den Schoss der katholischen Kirche zurückzuführen, auf daß wieder ein Schafstall und ein Hirt werde, erkannt sind. Der Grund, warum es zu dem entscheidenden Schritte noch ziemlich weit ist, liegt nicht zuletzt in der Unkenntnis der theologischen Literatur der römischen Kirche seitens der Schismatiker. Schisma ecclesiasticum inquit Glubokovskij, (so lesen wir in der Vorrede der ‚Slavorum litt. theol‘.) ex humanis dissensionibus ortum est et humana conservatur obstinatione, quae mutuis suspicionibus alitur et augetur; quam ob rem accurata rerum cognitio, aequa confessio, ingenua agnitus optima via est ad removendum tristissimum impedimentum‘. Und weil ‚difficultates ab hominibus paratae honesto studio humano facillime superantur‘ (ibid.), entschlossen sich heuer die bestbekannten böhmischen theologischen Schriftsteller Dr. Tumpach und Dr. Podlaha, beide Metropolitan-Kanoniker bei St. Veit in Prag, unter Mithilfe anderer hervorragender Fachmänner zur Herausgabe der oberwähnten Zeitschrift, Slavorum litterae theologicae . . . Ein edles Vorhaben, dem wir vom ganzen Herzen den reichlichsten Segen Gottes wünschen, wie auch, daß die Worte der Redaktion: ‚omnes rerum, quae a nobis tractandae sunt, peritos, ut operis nostri socii fiant et quae edere paramus, variae eruditionis accessionibus augeant, invitamus‘, bei recht vielen Theologen Anklang finden.

Corrigenda in fasciculis III. et IV.

- P. 190 infra v. 27 post capax adde et qua perfici potest
» 195 supra v. 23 ante rationes adde qui
» 195 supra v. 27 loco continnanda lege continuanda
201 infra v. 27 post baptizandi adde cf. Revue internat. de
theol. 1906, 122.
226 infra v. 4 loco syriacus. lege syriacus
238 supra v. 27 loco ub̄ lege ab
251 infra v. 4 loco imuere lege innuere
256 supra v. 22 loco orthodoxae lege orthodoxae
” 256 infra v. 4 loco tualiam lege tualium
” 258 infra v. 21 loco 5—9 lege 5—9)
259 infra v. 3 loco Быть lege Быть
288 infra v. 1 loco ⁸⁶⁾ lege ⁸⁷⁾
292 supra v. 12 ante hos adde discerneret,



A

- Abramovič D. 53.
Agapit 119.
Aksakov N. 276, 277.
Akvilonov E. 53, 154, 279.
Almazov A. 62, 156.
Angelov G. 20.
Antouij ep. 276.
Arhangel'skij A. 120.
Arhangel'skij M. 156, 314.
Arsen'ev K. 53.
Arsenij ep. 51, 265.
Ar'obolevskij S. 53.
Avdaškevič M. 114.
Babák E. 161.

Babuškin S. 255.
Bajkov A. 40, 179.
Bandurski W. 97.
Barsov N. 117.
Barsukovo Z. 53.
Bartošík 10.
Bažanov N. 53.
Bělevič-Stankovič V. 51.
Bělikov D. 53.
Bělina J. 12.
Běljaev A. 273, 314.
Běljaev N. 158.
Bělodřd P. 111, 120.
Beneševič V. 53.
Berdnikov I. 118.
Bilbasov V. 177.
Binički F. 91.
Blagorazumov N. 118.
Blagověščenskij M. 131.
Bogdaševskij D. 112, 154.
Bogoljubskij M. 119.
Bogorodskij A. 41, 42.
Bolek F. 8.
Boľšakov S. 54.
Borozdin A. 54.
Bratkov S. 53, 274.
Brodovič I. 254.
Bronzov A. 110, 114, 119.
Bulgakov A. 110.
Bulgakov S. 113.
- Bulla F. 87.
Burgov A. 154, 156.
Butkevič T. 111.

Cankov S. 19, 20, 89.
[Castranus] 7.
Cincadze K. 255.
Czaykowski K. 97.
Cel'cov I. 32.

Černocký K. 245.
Černík J. 7.
Černý J. 5.
Červík J. 8.
Čiževskij I. 54.
Čupić J. 296.

Dagaev N. 131, 291.
Dębicki W. 93.
Dmitrevskij A. 155, 314.
Dmitrevskij I. 156.
Dobronravov 62, 119.
Dombrovski A. 125.
Domentijan S. 123.
Druzinin A. 46.
Dudarev P. 156.
Dvořák R. 6, 8, 9, 10.
Dyobuniotes K. 306.

Evdochim ep. 51.
Evsěev I. 54.
Esaulov M. 116.

Fedyv V. 56.
Filaret 117, 118, 119, 127, 160, 286.
Filimonov A. 252.
Franki A. 160, 310.
Fryč F. 12.
Fulman M. 95.
Fux A. 18.

Gabryl F. 94.
Galažov I. 255.
Gerbanovskij M. 54.
Giduljanov P. 54.

- Giljarov-Platonov N. 54.
Glagolev A. 113.
Glagolev S. 54, 275.
Glubokovskij N. 54, 111, 114, 257, 258.
Godlewski M. 26, 94.
Goetz L. 261.
Golab J. 94.
Golubev A. 50, 52, 156, 272.
Golubinskij E. 54.
Gomerov V. 158.
Gorskij A. 117.
Gostomski W. 97.
Grigorev K. 46.
Grigorevskij M. 119.
Grivec F. 20, 33, 37, 57, 316.
Gromoglasov J. 53.
Grunskij N. 54.
Gusev D. 118, 119, 158.
- Haluščynskyj M. 47, 102, 105, 111, 272.
Haškovec P. 11.
Hazuka V. 8.
Hejčl J. 9.
Herner K. 246.
Hradský V. 4.
Harlampovič K. 43, 54.
Hitrov M. 54.
Čhodyn'ski S. 93.
Homjakov A. 153, 309.
Hrustalev A. 252.
- Ignatij ep. 54.
Ignotij (Semenov), 314.
Il'inskij G. 54, 120.
Il'inskij Th. 52, 273.
Ioann arhim. 117.
Ivancov-Plat. A. 255.
Ivanovskij N. 44, 46.
Ivanovskij V. 54.
- Jacimirskij A. 255, 268.
Jagič V. 76.
Janczak L. 94.
Jaremko D. 264.
Jarosin'ski L. 94.
Jastrebov I. 152.
Jašek A. 5, 12, 123, 282.
Javůrek 5.
Jelić L. 246, 297, 305, 306.
Jemelka F. 259.
Jenštein J. 3.
Jeričević N. 91.
Jež C. 109, 191, 261, 265.
Jivanka J. 9.
Jokl 11.
Jungerov P. 125, 289.
- Kadeřávek E. 81, 85, 161.
Kachník J. 2, 84.
Kapterev N. 49, 153, 275.
- Karban F. 6.
Kašpar K. 243.
Kašpar L. 9.
Kazanskij I. 55.
Kerenskij V. 45, 47.
Kern J. 313
Kesarev E. 55.
Kirillov A. 119.
Klučarev A. 46.
Koblov Ja. 44, 55.
Komarnyckyj 191.
Kondakov N. 113.
Konickij G. 285.
Konopka C. 93.
Kopyciński A. 62.
Kordač 83.
Korsunskij I. 288.
Koržinskij S. 162.
Kovačić F. 58, 60, 195.
Kovin N. 55.
Kozák F. 6.
Krasnosel'cov N. 155.
Krašeninnikov M. 122.
Kratochvíl F. 7.
Kratochvíl J. 14.
Krechowiecki 155.
Krestnikov I. 98.
Kruglov A. 120.
Krutikov T. 117, 118.
Krymskij A. 55.
Kryštufek F. 18, 83, 178.
Kubiček A. 242.
Kudrjavcev P. 277.
Kupka J. 11.
Kurganov Th. 114, 266.
Kutepov 55.
Kybal V. 241.
- Lang V. 7.
Laškarev 117.
Latynin I. 119.
Lavrov P. 76, 120.
Lebedev A. 30, 33, 55, 112, 119, 280.
Lebedev D. 51.
Leonardov D. 254.
Leopoldov A. 252.
Lésaz J. 10.
Levašev 117.
Lipskij N. 105, 187, 259.
Likowski H. 97.
Lisiecki A. 96.
Ljubić 299.
Lopatin L. 265.
Lopuhin A. 119, 296.
Lovjagin E. 117.
Lukasziewicz 28.
Lysogorskij N. 55.
- Macenko 153.
Macko A. 28.

- Mahanov M. 253.
Makarij 158, 288, 290.
Mal'cev A. 233, 315.
Malickij N. 255.
Malinovskij B. 55.
Malov E. 251.
Malvy A. 155.
Malyševskij I. 119, 177.
Mansvetov I. 156.
Mareš 162.
Markošek J. 194.
Marr N. 55, 153.
Martynov A. 119.
Mazanov P. 55.
Medini V. 89.
Medved A. 195.
Meester de P. 154.
Meissner Cz. 96.
Mihail arhim. 277.
Mihail ep. 55.
Mihalovič H. 92.
Milaš N. 177, 261, 315.
Miletić L. 152.
Milovič V. 78.
Minskij N. 55.
Mitrović 263.
Modestov N. 55.
Moskov 78.
Müller V. 5.
Muretov M. 47, 52, 272.
Musil A. 5, 6, 7, 8, 9, 10.
[Mužný] 87.
Myścyn V. 52, 275.

Načov N. 120.
Něu A. 255.
Nikanor ep. 55.
Nikodim ep. 273.
Nikolaj ep. 56.
Nikol'skij K. 155.
Nikol'skij N. 44.
Nikol'skij S. 255.
Nikol'skij V. 43.
Nilles N. 302, 309.
Novák F. 7.
Nowowiejski A. 26.

Odincov N. 155.
Olesnickij A. 288.
Oliva J. 87.
Oliva V. 7, 12.
Orlov A. 274, 275.
Orlov M. 119.
Orlovskij P. 56.
Ostroumov N. 47, 252.

Palmieri A. 77, 253, 255.
Pal'mov N. 156
Panov 117.
Papadopulo H. 119.

Papadopoulos-Keramevs A. 120.
Parczewski A. 250.
Pastrnek F. 11, 120.
Pavič 122.
Pavlov A. 111, 262.
Pavlovskij A. 56.
Pečarič M. 195.
Perepečin V. 256.
Petit L. 121.
Petr ep. 256.
Petr L. 40, 53, 276, 280.
Petráček L. 256.
Petrov B. 252.
Petrovskij A. 156.
Petrovskij S. 256.
Pobědinskij-Plat. J. 118.
Podlahá A. 3, 8, 10, 12, 245.
Pokrovskij I. 46.
Pokrovskij N. 256.
Polikarp arhim. 118.
Ponomarev A. 158.
Ponomarev P. 256.
Popov A. 156.
Popov I. 56.
Popov K. 118.
Popov M. 56, 102.
Popov N. 56, 276.
Popov V. 119.
Posnov M. 113.
Prášek J. 5, 6, 8, 9, 10.
Preobraženskij A. 45.
Preobraženskij I. 56.
Preobraženskij N. 51.
Preobraženskij P. 117, 118.
Priselkov A. 117.
Prohorenko Th. 254.
Prokopovič Th. 283.
Protopopov P. 256.

Radonić I. 123.
Raev P. 253.
Ragozin Z. 8.
Raška J. 10.
Razumihin A. 56, 256.
Rědin Ě. 121.
Reindl F. 243.
Rejsner M. 256.
Rostworowski J. 250.
Roudnický V. 84.
Rouhal J. 6.
Rozanov N. 119.
Rožánek O. 174.
Roždestvenskij 113.
Runkevič S. 114.
Rusanov N. 56.
Ruvarac I. 194.
Růžička J. 5.
Rybinskij V. 113.
Rydel L. 97.

- Sáharov N. 50.
Sáharov V. 122.
Samsour J. 85, 179.
Sarnyckyj C. 193.
Savajtov P. 118.
Sedláček J. 5, 9, 124, 243.
Sedlák J. 13.
Serediuskij T. 158, 159.
Sergiev I. 56.
Sergievskij 160.
Sergij archiep. 156.
Sergij arhím. 56.
Sergij ep. 160.
Silen D. 273.
Sil'vestr arhím. 285.
Skardanickij G. 256.
Skopec J. 11.
Skvorcov K. 117, 118.
Slesina J. 9.
Smirnov Plat. G. 125, 292.
Smirnov I. 56, 118.
Smirnov P. 117, 256, 313.
Smirnov S. 208, 272.
Snopek Fr. 176.
Sobolevskij A. 120, 131.
Sokolov A. 117.
Sokolov I. 111.
Sokolov N. 117, 118.
Sokolov P. 295.
Sokol'skij V. 112.
Soldát A. 85, 245.
Solov'ev V. 56, 118.
Somrek J. 60.
Souček S. 243.
Spáčil B. 245.
Spasovič 175.
Spasskij A. 254, 273.
Speranskij A. 282, 292.
Statečný K. 1.
Stefan ep. (Mogil.) 315.
Steinochr I. 5.
Stejskal F. 7, 12, 13, 246.
Stepinac M. 24.
Stratilatov 117.
Stratonov I. 115.
Stroganov P. 256.
Suvorov N. 62, 117, 263.
Světlakov A. 253.
Světllov P. 50, 158, 160, 256, 278.
Sýkora J. 8, 10, 11, 12.
Syrku 89.
Syski A. 95.
Szaniawski A. 94.
Szczepański W. 92.
Szeześniak W. 28, 249.
Šestakov D. 114.
Šost'in A. 110.
Špaček R. 85.
Špalďák A. 17, 76, 114, 155, 232, 236,
 313.
Štědrý F. 242.
Šumov S. 275.
Šurmin 297.
Šverdík F.
Tadin K. 90.
Talija U. 24, 89, 90, 91.
Taniačkevyč D. 193.
Tarčev M. 256.
Thaddej arhím. 275.
Theofan arhím. 256, 276.
Tišomirov D. 256.
Tišomirov L. 256.
Tišomirov P. 51, 53, 273.
Tichý G. 13.
Tischer F. 245.
Titov Th. 57, 111.
Tkalcíč I. 21.
Tomič J. 152.
Tondini de Quarenghi 152.
Tošner 5.
Troickij I. 154.
Truskovskij I. 159.
Trzeciak S. 96.
Tupuzov V. 19.
Turaev V. 156.
Tyčinín P. 112.
Urban J. 29, 96, 97.
Uspenskij E. 125, 288.
Ušakov N. 117.
Ušeničník A. 59, 61, 195.
Vacek F. 86.
Wais K. 96.
Vajs J. 16, 25.
Vanček O. 10.
Vasilevskij M. 43.
Vašek B. 10.
Večerá C. 49, 281.
Velický M. 10.
Veselinović S. 122, 123.
Wietrowski 68.
Vinogradov A. 256.
Vinogradov E. 252.
Višnevskij M. 257.
Vladislavlev 257.
Vlk J. 16.
Volanskyj O. 193.
Vondrák V. 11.
Vozdvíženskij 160.
Vřešťál A. 4, 246.
Vvedenskij S. 257.
Vvedenskij V. 279.
Vychodil P. 11.
Zabělin 117.
Zaborovskij A. 253.

Zaozerskij N. 51, 118, 276.
Zapletal V. 9, 10.
Zaruckij K. 233.
Zavitnevič 153.
Zdziechowski 250.
Zháňel R. 246.
Zibrt Č. 120.
Zitek J. 3, 10.

Zlatarski V. 89.
Znamenskij S. 254.
Žák E. 5.
Žák F. 9, 186.
Židek O. 315.
Žundálek F. 24, 58, 91, 92.
Žuze P. 43.

B

Absolutio sacram. 68.
Absolutionis forma deprecatoria 232.
Absolutionis sacram. significatio 231.
Acathistus Deiparae 120.
Act 17, 27, 29: 258.
Adrianus patriarcha 114.
Aegypti antiquitates 5.
Afrem 117.
Alexandrinus patriarchatus 46.
Allatius L. 36, 233.
Americanismus 90.
Animarum status post mortem 159,
 306—313.
Antichristus 256.
Antiochiensis ecclesia 255.
Antiochenus patriarchatus 46.
Apc 20, 14: 306.
Apocryphi libri 122.
Apocryphi N. T. 11.
Apologeticae ratio 250.
Apologia 4, 52, 54, 116, 256, 257.
Apostolatus 87.
Archaeologia bibl. 5—6, 7, 8, 243.
Archaeologia christ. 274.
Ariana haeresis 122.
Aristides Ath. 98—102.
Arkaun 153.
Armeno-Chalcedonitae 55.
Arsenius (Macěvič) metrop. 56, 102, 105.
Ascetica 56, 94, 255, 256.
Ascetismus 56, 115.
Aspersio 26.
Attritio in art. mortis 159.
Augustinus 38.

Babylonia et biblia 7—8, 19, 91.
Baptismi historia 156.
Baptismus 55, 77.
Baruch 6, 113.
Basiliani 57.
Basilius aep. Novgor. 53.
Basilius metrop. Mont. 153.
Beatitudinis desiderium 195.
Beatitude ante resurrectionem 306—313
 (cf. Iustorum sors).
Bellum 43.
Běžjukov m. 256.
Biblia Bohem. 6, 11.

Biblia Bulgar. 78.
Biblia Polon. 94.
Biblia Slav. 11.
Biblica 5—13; v. Evangelia.
Bibliothecae descriptio 53, 54, 56, 96, 122.
Boëtius 60—1.
Bogomili 52.
Bogoris v. Boris.
Boris-Michael 120.
Breviarium 26.
Bulgaricae litterae 89.

Caelum: locus an status 160.
Callisti edictum 220.
Canon 101.
Canones apostolici 117.
Cantus eccl. orthod 55, 256.
Catechetica 92.
Categoriae 15.
Catholicitas 313.
Censura eccles. librorum 278.
Cereus episc. praeferend. 52.
Christi Cor 112.
Christi descensus in infernum 307.
Christi divinitas 85, 111
Christi existentia 12.
Christi fratres 112.
Christi genealogia 47—49.
Christi imagines 112.
Christi miracula 12, 52.
Christi nativitas 12.
Christi sanctitas 112.
Christiani legenda 86.
Christianismi praestantia 254.
Christianismi propagatio v. Iaponia
 orth. etc.
Chronologia bibl. 12.
Chrysostomus v. Ioannes Chrys.
Clemens Alex. 254.
Clemens Bulgarus 76, 195.
Clemens Rom. 117—8.
Coena Domini 60.
Cognitio 14—15.
Collegium Graecum 36.
Colores 108.
Communicatio in sacris 280.
Communio sub utraque 4.
Concilia oecumenica 30.

- Conciliorum compositio 276.
Conciliorum oecumenicitas v. Oecumenic.
Concilium apostolorum 111.
Concilium Basileense 233.
Concilium Constantiense 96—7.
Concilium Cp. (V. oec.) 280
Concilium Constantinopolitanum (1166) 121.
Concilium Ephes. 281.
Concilium Florentinum 123, 268.
Concilium Hierosolym. 111.
Concilium Illiber. 219.
Concilium Leopolitatum (1896) 191.
Concilium Nicaenum 141, 281.
Concilium Sirmiense 122.
Confessio monachis facta 272.
Confessio secreta (hist.) 26.
Confirmationis historia 156.
Conscientia 19.
Constantiense concilium v. Conc. Const.
Constantinopolitana ecclesia 111, 255.
Constantinopolitani patriarchae 45, 120.
Constitutiones apostolicae 118.
Contritio 110.
Contritionis vis 202
Controversiae quaestiones (inter Or. et Occ.) 20, 120, 153, 238 9, 255, 271.
Conversio post mortem 307; v. Mors, Damnat.
Cor Iesu v. Christi Cor.
Corani natura 252.
1 Cor 3, 15: 159.
1 Cor 14, 12, 16: 194.
1 Cor 15, 32: 258.
1 Cor 15, 55: 308.
2 Cor 5, 6—8: 307, 310.
2 Cor. 12, 7: 12.
Cosmologicum argumentum 27.
Creationis notio 163.
Crucis imagines 121.
Crystallorum formae 174.
Ctisiologia 163.
Cyrilli et Meth. statuae 245.
Cyrillus (Constantin.) 233.
Cyrillus et Methodius 28, 120, 249.
Cyrillus Lucaris 233.

Damnatorum obduratio 309; v. Obstin.
Damnatorum sors 159, 306—7.
Damianus 268.
Daniel 10, 54.
Dei cognitio ap. paganos 195.
Dei existentia 13, 27, 53.
Dei natura 15.
Dei potentia 174.
Deificatio hominis 157.
Demetrius Rostov. 103.
Derviš 253.

Deuterocanonical libri 113, 123—138, 282—296.
Dionysius Bar Salibi 236.
Doctrina 12 apost. 118.
Dogmatica 55, 157, 159, 235.
Dogmatis notio 235.
Dogmatum progressio 234, 235—6.
Dositheus patr. Ier. 153.

Ecclesia ac status 49, 183.
Ecclesia corpus Christi 157.
Ecclesia et potestas civilis 105.
Ecclesiae anima 157.
Ecclesiae caput 156—7.
Ecclesiae catholicitas v. Cathol.
Ecclesiae finis 53.
Ecclesiae institutio 112.
Ecclesiae munus 153.
Ecclesiae notae 28—9, 153.
Ecclesia persecutio 275.
Ecclesiae Russ. reform. 56, 77, 97, 154, 254, 255, 256, 273, 275, 277.
Educatio religiosa 46.
Emancipatio feminae 38, 57.
Encyclopaedia theol. 78, 109, 254.
Eph (Comment.) 154.
Ephodus 10.
Ephraemus v. Afrem
Epiclesis 60, 154, 313.
Episcopi electio 279.
Episcoporum iura 276.
Eschatologia Hebr. 154.
Esdras 10.
Esther 288.
Ethicae fundamenta 256.
Eucharistia 60, 256.
Eugenius Bulg. 154.
Eusebius Caes. 31, 119.
Euthymii reliquiae 88, 89.
Euthymii vita 89.
Evangeliorum codex Helat. 37.
Evangeliorum fides 52.
Evangelium Ostromiri 11.
Evangelium Rhemense 11.
Evolutio dogmatum v. Dogmatum progressio
Exclusiva 245.
Exegetica 55, 154.
Exodus 9.
Ezechiel 11.

Festa 156.
Festa V. T. 10.
Festum Inim. Concept. 16, 17.
, Filioque' insertum 153.
Florentina unio 57.
Francomurarii v. Latomi
Formationis (organismi) principium 163.
Fredericq 243.

- Gal 4, 8. 9: 258.
Gen 10, 22: 9.
Georgius V. Mogila 272.
Glagolitica 25, 54.
Gnoseologia v. Noëtica
Gorskij A. 32.
Gregorius V. p. Cp. 45.
Gregorius Camblak 268.
Gregorius Illumin. 153.
- Haereses 280.
Hagiographi 95.
Hagiographia 19; v. Menaea. Sancti.
Harnack 11, 60, 85, 87.
Hebr 6, 4 ss.: 73—5.
Hebr 10, 26: 75.
Hedvigis 97.
Hermas 115, 118.
Hexaëmeron 9.
Hierosolym. v. Ierosolym.
Hippolythus 220.
Historia bibl. 8, 9.
Historia eccles. 55.
Historia eccles. Alexandrinae 36.
Historia eccles. Antiochenae 36.
Histor. eccles. antiquae 30—32, 54. 55,
87, 114—15, 207—227, 255, 278.
Historia eccles. Armen. 153.
Hist. eccl. Bohem. 2—3, 83.
Historia eccl. Bulg. 19, 20, 120.
Hist. eccl. Croat. 21, 91.
Historia eccl. Graecae 33.
Hist. eccl. Grusiae 153, 255, 256.
Historia eccles. Ierosolymitanae 36.
Hist. eccl. Lithuan. 26, 94.
Historia eccl. Macedon. 20.
Hist. eccl. Moldav. et Valach. 265—272.
Hist. eccl. orthodoxae 256.
Historia eccl. Polon. 93, 94, 96, 249, 250.
Historia eccl. Rumen. 51.
Historia eccles. Russ. 38—9, 257.
Historia eccles. Ruthen. 57.
Hotowinski 97.
Homiletica 26, 56, 91, 195, historia 56.
Hominis origo 174.
Hominis natura 9.
Homo (anthropol.) 55
Honорius 153, 280—1.
Homjakov A. 153.
Husitismus 242.
Hyssopus 10.
- Iconoclastae 281.
Iconographia 27, 46, 54.
Ideae innatae 188—9.
Ideae rerum creatarum 163.
Idearum vis ad cognitionem 14, 16, 187.
Ieremias 9, 113.
Ierosolymitani patriarchae 111, 153.
Ierosolymitanum templum 246.
- Ierosolymitanus patriarchatus 46.
Ierosolymorum historia 113.
Ierosolymorum topographia 113.
Iesuitae 110.
Iesuitae in Graecia 35.
Iesuitae in Russia 94, 115.
Iesus Sirach 113.
Ignatius patr. Cp. 153.
Ignorantia excusans 176.
Imago Dei 9.
Immortalitas 195.
Index libror. prohib. 92—3.
Indulgentiae 153, 309.
Infallibilitas papae 153
Infallibilitatis ecclesiae obiectum 236.
Infantium sors 153, 309.
Infernī ignis 308.
Infernī locns 308.
Innocentius metrop. 53.
Inquisitio 85—6, 89.
Inspiratio 7, 95, 254.
Introductio in N. T. 10—11.
Introductio in V. T. 6.
Ioannes Ap. 112.
Io 1, 9: 14.
Io 2, 4: 90.
Io 20, 21 61—76.
1 Io 5, 16: 71.
2 Io 1, 1: 90
Ioannes Chrysost. 111, 119—120, 196—7,
201—2.
Ioannes IV. Ieiun. 111.
Ioannes Kronstadt. 79—80.
Iob 10.
Iosephus s. 13.
Isaias XL—LXVI. 52, 275.
Isidorus metrop. Mosecov. 153—4.
Iudei 56
Iudaismi historia 253.
Iudas Isc. 52, 272.
Ius eccl. orientalis 20, 53, 58, 261—4.
Ius internationale (de papatu) 40—1:
179—186.
Ius patronatus 96.
Iustificatio per fidem 274.
Iustorum sors post mortem 306—313.
- Jadwiga v. Hedvigis.
Jahve 113.
Jansenismus 178.
Japonia orthodoxa 77, 254.
Japoniae religio 91.
- Kant. 13, 265.
Kazaniensis academia ecclesiastica
251 2.
Kazaniensis imago Dp. 46.
Kazanienses scholae 54.
Kazanskij S. 273.
Kiovensis eparchia 257.

- Korinčaja 264.
Kyriopascha 51.
- Latomi 57.
Legendae pannonicac 76.
Leo Allatius v. Allatius.
Liberalis catholicismus 250–1.
Liberalismus 114.
Liberius 153.
Libertas voluntatis 259–260, 274.
Linguae vis v. Orat.
Liturgia 55 v. Breviarium, Sedes episc.
Aspersio, Paschales process., Kyriopascha, Cereus.
Liturgia orientalis 155–6.
Liturgia orthod. explic. 257.
Liturgia reformanda 278.
Liturgia Rumenica 268.
Liturgia secreta 272.
Liturgia Slavica 16, 21, 28, 78, 244, 246–9, 249, 296–306.
Liturgia V. T. 155.
Liturgiae lingua 194.
Liturgiae orthodoxae praestantia 256.
Liturgiae unitas 94, 296–306.
Δόγματα 14.
Loisy 7.
Le 3, 23–38.
Le 16, 23: 307.
Le 17, 21: 158.
Lutherus 274.
- Macarius Aegypt. 56.
Makarij ep. 54.
Makarij Gluharev 43.
Marcus Xylocar. 120.
Maria 49.
Maria sec. N. T. 12.
Maria corredemptrix 17.
Maria praefigurata 10.
Mariæ imagines 46, 54.
Mariæ immac. conceptio 12, 16, 17–18, 77, 154, 155, 193–4, 313.
Mariæ mors 17, 77, 155.
Mariæ sanctitatis causa 17.
Mariologia 17.
Matrimoniale ius 46, 245, 246, 278.
Matrimoniales leges 20.
Matrimonii minister 153.
Matrimonii solubil. 153, 237–8, 281–2.
Mt 1, 1–17: 47–49.
Mt 12, 31: 68, 70–1, 198, 203–5.
Mt 18, 15: 70.
Mt 27, 34: 90.
Matthaei evangelium 11, 49.
Matthaei evang. comm. 191.
Matthias Janow. 241.
Melchitae 57.
Menea 54, 77, 257.
- Metropolitae eccl. ant. 54.
Militaris cura animar. 246.
Miracula russica 46.
Missionarii de doctrinis bene meriti 179.
Mohylevienses archiepiscopi 26, 97.
Molocani 55.
Monachi Russ. 54.
Monasteria Lithuan. 94.
Monasteria orient. 56, 256, 257, 270.
Monasteria Serbica 152.
Monophysitismus 280.
Montenegrinus metrop. 153.
Moralis 4, 53, 81–3, 110, 246, 255; v. Bellum, Communic. in s. etc.
Morbi V T. 10.
Morel G. 79.
Mors. status viae terminus 68–9, 159, 307.
Mosaica religio 252.
Moscovienses metropolitae 154.
Moscoviensis ecclesia 55.
Motus rerum (corp.) cessabit 308.
Moskoviensis patriarcha 49–50, 273.
Moyses 8.
Muhamedanismus 55, 251–3, 254.
Mulieris christiana caritas 193.
Mundi consummatio 308.
Mysteria Graec. 18.
Mythologia Graeca 18.
- Nationalismus v. Patriae amor
Neamtzu 270.
Nehemias 10.
Nepluev N. 97.
Nietzsche 254.
Nilus 5.
Noëtica 14, 265.
Nominalismus 14–16, 94.
Nomocanon 264.
Novatiani 205–7.
- Obligationis principium 83.
Obstinatio damnator. 69, 309.
Oecumenicitas conciliorum 153, 234, 281.
Olomucensis episcopatus 245.
Ontologia 58 9.
Ontologicum argumentum 13.
Orationis origo 15.
Orationis vis 14.
Ordo 88.
Orientis latinisatio 233.
- Paedagogica 105, 187, 260, 275.
Paganitatis origo 257–8.
Palaeoslavicae litterae 16, 54, 54, 76, 77, 195, 120–1, 246.
Palaestina 5.
Papae auctoritas internationalis 40–41; 179 186.
Paparum potestas unde orta 181

- Paradisi situs 41.
Paradisi status 42—3.
Parochiae 54.
Parochiae Bosniae 58.
Paschales processiones 50.
Paschalia 54.
Paschalis dies 138—152.
Pastoralis 174—6, 256, 273.
Patriae amor 44.
Patriarchae Bulgaror. 89.
Patriarchae Russor. 49.
Patriarchae Russorum 114.
Patriarchatus Romani origo 181.
Patriarchatus Russ. 253—4, 276.
Patrologia 98, 117, 123, 254.
Pauli epistolae 55.
Pauli evangelium 114.
Pauli fontes 257—9.
Pauliciani Bulg. 152.
Paulus 12.
Paulus ap. 54, 55, 115.
Pavlov A. 263—4.
Peccati definitio 62.
Peccati remissio 63.
Peccatum contra Spir. s. 68, 70—1,
198, 203—5.
Peccatum originale 17, 153, 154.
Peccatum veniale 63, 70, 71.
Pentateuchi critica 87.
Pentateuchus 9.
Pcsa'h 10.
1 Pet 4, 6: 307.
Petrus episc. Romanus 180.
Petrus Mogil. 233, 268.
Pharao 9.
Pharisaei 256.
Philaretus metrop. Mosc. 114.
Philosophia 1. 56, 264.
Philosophiae hist. 273.
Philosophumon auctor 220—1.
Photinus ep. 122.
Piaristae 242—3.
Platon metrop. 55.
Plato 14—16.
Poenitentia publica 211—3.
Poenitentiae sacram. 60—76; 110,
195—232.
Poenitentiae sacram. minister 208, 272.
Poenitentiales canones 19.
Poloniae apostoli 249, 250.
Polycarpus 118—9.
Positivismus 90.
Possibilitatis notio 174.
Praejudicatae opiniones 40, 45, 275.
Pragensis archiepiscopatus 245.
Presbyteri 88.
Primatus Rom. pont. 3, 156.
Prophetiae 10. 52.
Propositionis definitio 14.
Prostitutio 175.
Protestantismi auctoritas 36.
Protestantismi origo 153.
Psalmi 9, 94, 194—5.
Ps. 21, 3—16: 195.
Psalm. comment. 193.
Pseudo-Isidorianae decretales 182.
Psychologia 94, 105—9; 187—191;
259 261, 264.
Psychologicorum phaenomenorum tri-
partitio 190.
Purgatorium 158—160, 309.
Qohélet 10.
Quartodecimani 138—152.
Realismus 94.
Receptio in eccl. 211—3.
Regnum coelorum 157—8.
Religio futura 55.
Religionis necessitas 175.
Religionis origo 91.
Renaudot 233.
Revelatio finita 234.
Revelationis criteria 234, 253.
Romani pontificis electio 245.
Rom 1, 19, 21: 258.
Rom 1, 24: 258.
Romanus pontifex v. Papa, Primatus.
Romil s. 19.
Russorum theologia 78.
Rutheni 191—2.
Saba (Sava) s. 194.
Sacramentorum causalitas 157.
Sadducaeii 256.
Saecularizatio in Russ. 103—4.
Sancti Russorum 103, 257.
Sapientiae liber 257—8.
Sap. 2, 5—9: 258.
Sap. 13; 14: 258.
Satisfactio 158, 160, 231.
Schismatis causae 36, 40.
Schismatis historia 55, 120, 123.
Scholae Russiae 255, 256.
Scholastica 274.
Scriptiones ecclesiasticae 54.
Sedes episc. 52—3.
Seminaria reformanda 50.
Senaherib 9.
Sensatio 107.
Serbi in Bosna-Herc. 58.
Sergiev 79.
Sil'vestr metrop. 114.
Sirmiensis dioecesis 122.
Sociologia 24, 46, 84, 89.
Socrates (hist.) 31.
Solov'ev Vl. 97.
Soteriologia 45.
Sozomenus 31.
Spencer 1—2.

- Status intermedius post mortem v. Ani-
marum st.
Status viae 159, 307; v. Mors.
Stefansku 271.
Stephanus metrop. 114.
Strossmayer J. 21—4.
Subbotin N. 53.
Symbolum ant. 101.
„Synodus s.“ 103, 105, 273.
Synthetica a priori iudicia 13.
Syrku 80.
Syrorum litterae 55.
Seol 307; v. Animarum st.

Talmud 154.
Teleologia 93.
Teleologicum argumentum 53.
Templorum structura 245.
Tempium Hierosol. 13.
Tertullianus 214—5.
Testamentum D. N. I. Ch. 11.
Theodoreetus 31.
Theologiae munus 275.
Theologica studia 90, 95.
Theophanes monach. 54, 56.
Theophanes Zatvornik 46.
1 Thess 4, 17; 307.
Thomas Aq. 195, 256.
- Thomas de Štitné 4.
Tkalčić I. 80.
Tolerantia 53, 77, 277.
Tolstoj L. 46, 90 1.
Traditio 234.
Transformismus 96, 161—174.
Transscriptio litt. russ. 80.
Trinitas 47, 88, 116.
Trullanum concil. 281.

Unetio infirmorum 13, 156, 313—5.
Unio (ecclesiar.) 28, 91, 155, 233.
Unionis tentamina 35—6, 57, 93.
Universalia 14.

Veličkovskij 255.
Veterocathoci 45, 47, 50, 233.
Veteroritualistae 43, 46, 47, 53, 54, 55.
Vigilius 280.
Visio Dei, quando concedatur 310—313.
Vita aeterna 153, 310—3.
Vladimiriensis eccl. cathedr. 256.
Vladislavienses suffraganei 93.
Voronežiensis dioecesis 257.

Zosima metrop. 273.
Zwingli 274.

